GELL. 17, 21, 43: Claudium et Tuditanum consules (*a. 240 a.Chr.n.*) secuntur Q. Valerius et C. Manilius (*a. 239 a.Chr.n.*), quibus natum esse Q. Ennium poetam M. Varro in primo de poetis libro scripsit eumque, cum septimum et sexagesimum annum ageret, duodecimum (*codd.*: XXII X[1]: duodevicesimum *Merula*) annalem scripsisse idque ipsum Ennium in eodem libro dicere.

HIERON. chron. a Abr. 1777 = 240 a.Chr.n.: Quintus Ennius poeta Tarenti nascitur. Qui a Catone quaestore Romam translatus habitavit in monte Aventino parco admodum sumptu contentus et unius ancillulae ministerio.

CIC. Brut. 78: hoc praetore (C. Sulpicio Gallo) ludos Apollini faciente cum Thyesten fabulam docuisset, Q. Marcio Cn. Servilio consulibus (*a. 169 a.Chr.n.*) mortem obiit Ennius.

HIERON. chron. a Abr. 1849 = 168 a.Chr.n.: Ennius poeta septuagenario maior articulari morbo perit sepultusque in Scipionis monumento via Appia intra primum ab urbe miliarium. quidam ossa eius Rudiam ex Ianiculo translata adfirmant.

GELL. 17, 17, 1: Quintus Ennius tria corda habere sese dicebat, quod loqui Graece et Osce et Latine sciret.

OPERA MINORA:

PORPH. Hor. Sat. 1, 10, 46: Ennius qui IV libros saturarum reliquit.

DIOM. GLK I 485: olim carmen quod ex variis poematibus constabat, satira vocabatur, quale scripserunt Pacuvius et Ennius.

M. AURELIUS apud Fronto. p. 56 van den Hout: Sota Ennianus remissus a te et in charta puriore et volumine gratiore et littera festiviore, quam antea fuerat, videtur.

CIC. div. 2, 11, 1: tum vero ea quae ἀκροστιχίς dicitur, ex primis versus litteris aliquid conectitur, ut in quibusdam Ennianis Q. ENNIVS FECIT.

SOTA

1* (Courtney = var. 25 Vahlen)

VARRO ling. Lat. 5, 62: vieri <id> est vinciri, a quo est in Sota Enni:

> ibant malaci viere Veneriam corollam

FEST. 514 L (375 M): viere alligare significat ut hic versus demonstrat: iba † … corollam.

FRAG. DE METRIS GLK VI 613: ionicus septenarius: ibant … coronam.

versus: sotadeus

2* (var. 27 V)

FEST. 488 L. (356 M): tonsam Ennius significat remum, quod quasi tondeatur ferro, cum ait … in [na] Sota:

> alius in mari vult magno tenere tonsam

versus: sotadeus

3* (var. 28 V)

FEST. 488 L (356 M); PAUL. 489 L (357 M): <tongere Aelius Sti>lo ait noscere esse … Ennius:

> alii rhetorica tongent

versus: finis sotadei

4* (var. 29 V)

FRAGM. DE METRIS GLK VI 613: ionicus a maiore:

> ille ictus retro rec<c>idit in natem supinus

re<c>cidit *Lachmann*: recidit **C**
versus: sotadeus

5* (var. 26 V)

PAUL. 51 L (59 M):

< ... > Cyprio bovi merendam

Ennius sotadico versu cum dixit, significavit id, quod solet fieri in insula Cypro, in qua boves humano stercore pascuntur.

Kess. 73 sq.
versus: finis sotadei

6* (inc. 7 V)

VARRO ling. Lat. 7, 103 sq.: multa ab animalium vocibus tralata in homines ... minus aperta ut ... Ennii a vitulo:

< ... > tibicina maximo labore
mugit

versus: finis et initium sotadeorum

SATVRAE

Liber I

7* (sat. 1 V)

NON. 761 L (474 M): convivant pro convivantur ... Ennius satyrarum lib. I:

malo hercle magno suo convivat sine modo

magno suo *Bothe*: suo magno *codd.*
versus: senarius iambicus

8* (sat. 2 V)

NON. 820 L (510 M): celere pro celeriter ... Ennius satyrarum I:

dum quicquid <des>, des celere

<des> *codd. recc.*
versus: pars senarii iambici

Liber II

9* (sat. 3 sq. V)

Serv. Dan. Verg. Aen. 12, 121 (589 Th–H): pilata fixa et stabilita … Ennius satyrarum II:

< … > contemplor
inde loci liquidas pilatasque aetheris oras

cum firmas et stabiles significaret quasi pilis fultas.

versus: hexameter dactylicus, v. 1 finis spondiacus

10* (sat. 5 V)

Non. 214 L (147 M): obstrigillare, obstare. Ennius satyrarum lib. II:

restitant occcurrunt obstant obstrigillant obagitant

versus: septenarius trochaicus

Liber III

11* (sat. 6 sq. V)

Non. 48 L (33 M): propinare … Ennius satyrarum lib. III:

Enni poeta, salve, qui mortalibus
versus propinas flammeos medullitus

cf. id. 202 L (139 M): medulllitus … Ennius satyrarum lib. III

Jocelyn[3]

versus: senarius iambicus

12* (sat. 8 sq. V)

Non. 754 L (470 M): criminat Ennius satyrarum lib. III (*codd.*: IIII):

nam is non bene vult tibi, qui falso criminat
apud te

Mariotti, S.[1] 119-125

1 qui] qui <me> *Quicherat*

versus: senarius iambicus; trochaicos quoque susp. Courtney

13* (sat. 10 sq. V)

Non. 52 L (66 M): politiones agrorum cultus diligentes … Ennius satyrarum lib. III:

< … > testes sunt
lati campi quos gerit Africa terra politos

Goujard; Jocelyn[3]
versus: v. 2 hexameter dactylicus, v. 1 finis spondiaci

Liber IV

14* (sat. 12 sq. V)

Macrob. Sat. 6, 5, 5: tristis pro amaro … Ennius in libro saturarum (*Columna*: Sabinarum *codd.*) quarto:

< … > neque <ille> triste quaeritat sinapi
neque cepe maestum

cf. Serv. Dan. Verg. Georg. 1, 75
versus: septenarium iambicum agnovit Courtney

Liber VI

15* (sat. 14–19 V)

Don. ad Ter. Pho. 339: haec non ab Apollodoro, sed e sexto satirarum Ennii (*cod. R. Stephani*: sed de sexto ali rarum est mi **GHJQ**: sed de cen …**V**: sed de sexto salis < … > *codd. alii*) translata sunt omnia:

quippe sine cura laetus lautus cum advenis,
infestis malis, expedito bracchio
alacer celsus, lupino expectans impetu,
mox alterius abligurris cum bona,
quid censes domino[s] esse animi? pro divum fidem
ille tristis est dum cibum servat, tu ridens voras.

1 cum] tu *L. Mueller* || **2** infestis *Ritschl, RhMus 11, 1857, 613*: infer(c)tis *codd.* || **3** expectans impetu *Muretus*: impetu expectans *codd.* || **4** alterius abligurris cum *Courtney*: cum alterius abligurrias *codd.* || **6** ille tristis est] ill' tristist *Courtney*
versus: senarius iambicus

Ex incertis libris

16* (sat. 20 V)

QUINTIL. 9, 2, 36: sed formas quoque fingimus saepe ... ut Mortem ac Vitam, quas contendentes in satura tradit Ennius.

17* (sat. 51–58 V)

GELL. 2, 29, 3: avicula, inquit (Aesopus), est parva, nomen est cassita ... 20 hunc Aesopi apologum Q. Ennius in satiris scite admodum et venuste versibus quadratis composuit, quorum duo postremi isti sunt:

hoc erit tibi argumentum semper in promptu situm,
ne quid expectes amicos, quod tute agere possies.

1 promptu **T**: promptum *codd., Courtney* || **2** tute agere possies *Fruterius*: tu agere possis *codd.*
versus: septenarius trochaicus

18* (sat. 59–62 V)

GELL. 18, 2, 7: enarratio horum versuum, qui sunt in saturis Q. Ennii uno multifariam verbo concinniter implicati. quorum exemplum hic est:

nam qui lepide postulat alterum frustrari,
quem frustratur, frustra eum dicit frustra esse.
nam si sese frustrari quem frustra sentit,
qui frustratur is frustrast, si non ille est frustra.

Mariotti, S.^{2}
3 frustra sentit **Π**: frustras sentit **F**^{2}**OXN**: frustrassent id **F**^{1}**δ** || **4** non ille] ille non *L. Mueller*
versus: sotadeus

19* (sat. 63 V)

GELL. 6, 9, 2: Q. Ennius in saturis ‘memorderit’ dixit per e litteram, non ‘momorderit’:

meum non est, ac si me canis memorderit

non est ac] non est ut NON. 205 L (140 M)
versus: senarius iambicus

20* (sat. 64 V)

Prisc. GLK II 434: Ennius:

numquam poetor nisi podager

Suerbaum; Grilli

versus: initium senarii iambici videtur; sotadeum agnovit Holford-Strevens ap. Courtney

21* (sat. 65 V)

Fest. 402 L (309 M): subulo Tusce tibicen dicitur. itaque Ennius:

subulo quondam marinas propter astabat plagas

Varro ling. Lat. 7, 35: apud Ennium (*Laetus*: enim *codd.*): 'subulo … aquas.' subulo dictus quod ita dicunt tibicines Tusci.

astabat] adstrabat *codd.*

versus: septenarius trochaicus

22* (sat. 66 V)

Paul. 51 L (59 M): (*post fr. 5*) idem (Ennius) cum dicit

propter stagna ubi lanigerum genus piscibus pascit,

esse paludem demonstrat in qua nascuntur pisces similes ranunculis, quos oves consectatae edunt.

versum Hedyphageticis attribuit Russo

23* (sat. 69 V)

Cic. nat. deor. 1, 97: ut Ennius:

simia quam similis, turpissima bestia, nobis

Q. Septimius Serenus, De medicina 819: sive homo seu similis turpissima bestia nobis.

24* (sat. 70 V)

Fest. 444 L (330 M): scirpus (scriptum F) est id quod in palustribus locis nascitur leve et procerum, unde tegetes fiunt. inde proverbium est in eas natum res, quae nullius impedimenti sunt, in scirpo nodum quaerere. Ennius:

quaerunt in scirpo, soliti quod dicere, nodum

Isid. Orig. 17, 9, 97: scirpus quo segetes teguntur, sine nodo, de qua Ennius: ‘quaerunt … nodo.’

25* (op. inc. fr. II 1 Sk.)

Pers. 6, 9–11:

Lunai portum, est operae, cognoscite, cives.

cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse / Maeonides Quintus pavone ex Pythagoreo.

Schol. Pers. *ad loc.*: hunc versum ad suum carmen de Enni carminibus transtulit. merito ergo ‘cor iubet Enni.’ ‘postquam destertuit’: sic Ennius ait in Annalium suorum principio, ubi dicit se vidisse in somnis Homerum.

A.E. Housman, CR 48, 1934, 50 sq., hoc frgmentum Saturis ascripsit, cf. O. Skutsch, The Annals of Quintus Ennius, Oxford 1985, p. 750 sq.

26* (sat. 67 V)

Varro ling. Lat. 7, 71: apud Ennium

< … > decem coclites quas montibus summis
Ripaeis fodere

ab oculo cocles ut ocles dictus qui unum haberet oculum

versus: hexameter dactylicus

27* (inc. 9 sq. V)

Don. ad Ter. Andr. 505 (nihil iam mutire): Ennius

nec dico nec facio <mu>

<mu> *Lindenbrog*

Varro ling. 7, 101: idem (Ennius) <mu> dicit id quod minimum est:

neque ut aiunt, μῦ facere audent

versus: hexametri dactylici pars altera

HEDYPHAGETICA

28* (var. 34–44 V)

Apul. apol. 39: Q. Ennius versibus scripsit. innumerabilia genera piscium enumerat, quae scilicet curiose cognorat. paucos versus memini, eos dicam:

omnibus ut Clipea praestat mustela marina,
mures sunt Aeni, asp[e]ra ostrea plurima Abydi[mus]
Mytilenae est pecten caradrumque apud Ambraciae sus.
Brundisii sargus bonus est; hunc, magnus si erit, sume.
apriculum piscem scito primum esse Tarenti;
Surrenti <tu> elopem fac emas, glaucumque aput Cumas.
quid scarum praeterii cerebrum Iovis paene sup[p]remi
(Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque)
melanurum, turdum, merulamque umbramque marinam.
polypus Corcyrae, calvaria pinguia carne,
purpura[m], mu[r]riculi, mures, dulces quoque echini.

alios etiam multis versibus decoravit, et ubi gentium quisque eorum, qualiter assus aut iurulentus optime sapiat, nec tamen ab eruditis reprehenditur.

Schol. Petr. 93 (saec. XV ?): scarus: piscis nobilissimi genus, Carpathio mari frequens (cf. Plin. nat. 9, 59 sq.), cerebrum Iovis dictus ab Ennio.

Bettini 55-76; Bo; Degani; Fucarina; Kess. 74 sq.; Kruschwitz; Schade

1 ut] sub *Birt, De Halieut. 1870, 126* ‖ **2** Abydi / **2a** … mus … Mytilenae / **3** est <creber> pecten … Ambraciefin (*loc. Graec.*) *Kruschwitz* ‖ **3** Ambraciae sus] Ambraciotas *Heinsius*: Ambraciai *Salmasius*: umbraciae finis *codd.* ‖ **6** Surrenti tu *Baehrens*: Surrenti *edd.*: Surrentia *codd.*: Surrenti autem *Lindsay* ‖ **7** scarum] scarus *Bergk metro consulens* ‖ **9** melanurum *codd.*: oclata *Schade* ‖ **10** carne *codd.*: acarnae *Salmasius*

ex ordine versuum cum Archestrati fragmentis comparato Kruschwitz docet Enni versus non ex textu continuo sumptos esse.

Archestratos, ed. O. Montanari, Archestrato di Gela 1: Testimonianze e frammenti, Bologna 1983 (fr. 129-131 Ennii Hedyphagetica)

Archestratus. The life of luxury, ed. Wilkins, J. - Hill, S., Blackaton, Totnes 1994

2 Archestr. 187, 1 τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρε⟨ι⟩α δ' Ἄβυδος

3 sq. Archestr. 187, 2 sq.

τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μιτυλήνη,
πλείστους Ἀμβρακίη παρέχει καὶ ἄπλατα μετ' αὐτῶν.

4 Archestr. 167 sq. τῆμος ἔχειν ὀπτὸν σάργον τυρῷ κατάπαστον
εὐμεγέθη, θερμόν, δριμεῖδεδαϊγμένον ὄξει.

6 Archestr. 142, 1 τὸν δ' ἔλοπ' ἔσθε μάλιστα Συρακούσαις ένι κλειναῖς
vel 151, 1 ἀλλά μοι ὀψώνει γλαύκου κεφαλὴν ἐν Ὀλύνθῳ

7 Archestr. 144, 1 *vel* 172, 1 *exemplo fuisse negat Kruschwitz*

10 Archestr. 181, 1 sq. πούλυποι ἔν τε Θάσῳ καὶ Καρίῃ εἰσὶν ἄριστοι
καὶ Κέρκυρα τρέφει μεγάλους πολλούς τε τὸ πλῆθος
(exemplar dubium esse putat Kruschwitz)

cf. ad fr. 22 et fr. inc. 86; Paretti

SCIPIO

29* (var. I V)

Suda (Lexicogr. Graec. ed. A. Adler, Leipzig 1931, II 285) s. v. Ἔννιος: Ἔννιος … Σκιπίωνα … ᾄδων καὶ ἐπὶ μέγα τὸν ἄνδρα ἐξᾶραι βουλόμενός φησι μόνον ἂν Ὅμηρον ἐπαξίους ἐπαίνους εἰπεῖν Σκιπίωνος.

Marastoni; Scholz[1]; Tar

30* (var. 1 V; op. inc. fr. 3 Sk.)

SHA Claudius 7, 7: dicit Ennius de Scipione:

quantam statuam faciet populus Romanus,
quantam columnam, quae res tuas gestas loquatur.

1 <o tum> quantam s. f. p. Romanus <tibi,/ **2** Scipio> quantam columnam <claro> quae <praeconio> / <3> r. t. g. l. *exempli gratia propos. Courtney*
versus: septenarius trochaicus, si Courtney coniecturas sequimur

31* (var. 9–12 V)

Macrob. sat. 6, 2, 26: (*ad Verg. Aen. 10, 101–103*) Ennius in Scipione:

< … > mundus caeli vastus constitit silentio
et Neptunus saevus undis asperis pausam dedit,
sol equis iter repressit ungulis volantibus
constitere amnes perennes, arbores vento vacant

versus: septenarius trochaicus

32* (var. 13 V)

Gell. 4, 7: Valerius Probus … Hannibalem et Hasdrubalem et Hamilcarem ita pronuntiabat, ut paenultimam circumflecteret … Ennii versum unum ponit ex libro qui Scipio inscribitur. eum versum quadratum numero factum subiecimus … versus Ennii quem dixit ita est:

< … > qua propter Hannibalis copias considerat

versus: septenarius trochaicus

33* (var. 14 V)

Macrob. sat. 6, 4, 6: (ad Verg. Aen. 11, 601) horret: Ennius in quarto decimo et in Erechtheo … et in Scipione:

sparsis hastis longis campus splendet [et] horret < … >

Serv. Verg. Aen. 11, 601 (*horret ager*) est autem versus Ennianus vituperatus a Lucilio (1190 V) dicente per inrisionem debuisse eum dicere 'horret et alget'.

Jocelyn[2]; Mariotti, I.; Mirales Maldonado

[et] *Courtney metro consulens,* et *def. Mariotti* | <fluctuat> *dub. coniec. Courtney*

versus: septenarius trochaicus secundum Courtney, hexameter dactylicus secundum Mariotti rez. Courtney 207

34* (scen. 12 V = 326 sq. TRF)

Gell. 19, 8, 6: inimicitiam autem Q. Ennius in illo memoratissimo libro dixit:

< … > eo <ego> ingenio natus sum:
<aeque> amicitiam atque inimicitiam in frontem promptam gero

1 <ego> Non. 188 L (129 M): <aeque> *Ribbeck*

versus: septenarius trochaicus

EPICHARMVS

35* (var. 45 V)

Cic. Lucull. 51: eadem ratio est somniorum … (Ennius) cum somniavit, ita narravit: visus Homerus adesse poeta, idemque in Epicharmo:

nam videbar somniare med ego esse mortuum

itaque simul ut experrecti sumus, visa illa contemnimus.

cf. Cic. fr. 47

Herrmann; Marastoni; Pascal; Tar

med *Manutius*: me et *codd.*: memet *Gulielmius*
versus: septenarius trochaicus

35a* (inc. 43 V., dubium)

SCHOL. Lucan. 10, 252: Ennius haec de Nilo ait, quod per aetatem sol ab inferioribus aquam supra revocet et hinc eo tempore Nilus increscat.

36* (var. 47 V)

VARRO r. r. 1, 4, 1: eius (agri culturae) principia sunt eadem, quae mundi esse Ennius scribit:

aqua terra anima et sol

versus incertus; vel trochaicum vel hexametrum dactylicum agnovit Courtney

37* (var. 51 V)

PRISC. GLK II 341: simplex quoque mentis Ennius protulit in Epicharmo:

terra corpus est, at mentis ignis est

versus: septenarii trochaici pars posterior esse potest

38* (var. 52 sq., var. 46 V)

VARRO ling. Lat. 5, 59: Epicharmus <cum> (*add. Spengel*) dicit de mente humana ait:

istic est de sole sumptus ignis

idem <de> sole[m] (*Spengel*: idem solem *codd.*):

isque totus mentis est.

ut humores frigidae sunt humi, ut supra (§ 24) ostendi. 60 quibus iuncti Caelum et Terra omnia ex <se> (*add. Laetus*) genuerunt, quod per hos natura

frigori miscet calorem atque humori aritudinem.

versus: septenarius trochaicus

39* (var. 49–51. 54-58 V)

VARRO ling. Lat. 5, 64: ideo dicitur Ops mater, quod terra mater. Haec enim

terris gentis omnis peperit et resumit denuo

quae

dat cibaria,

ut ait Ennius, quae

quod gerit fruges, Ceres

antiquis enim quod nunc 'G' 'C'. (65) idem hi dei Caelum et Terra, Iuppiter et Iuno, quod, ut ait Ennius

istic est is Iuppiter quem dico, quem Graeci vocant
aerem, qui ventus est et nubes, imber postea,
atque ex imbre frigus, ventus post fit, aer denuo.
haec<e> propter Iuppiter sunt ista, quae dico tibi,
qu<i>a mortalis atque urbes beluasque omnis iuva<n>t.

Marx; Kess. 77

quae **3** quod *Varroni dat Giardina, Mus. Crit. 10–12, 1975–1977, 205* || **5** ventus *Laetus 1471*: ventis *codd.* || **7** haec<e> *Courtney* || **8** qu<i>a *Laetus* | mortalis <arva> *Schoell* | urbes] arbusta *Courtney* | iuva<n>t *Spengel*

versus: septenarius trochaicus

Eur. Antiopa (2TGF 195): ἅπαντα τίκτει χθὼν πάλιν τε λαμβάνει

Men. mon. 145 Jae.: Γῆ πάντα τίκτει καὶ πάλιν κομίζεται

40* (var. 59 V)

VARRO ling. Lat. 5, 68: hinc Epicharmus Ennii Proserpinam quoque appellat (*sc. Lunam*) quod solet esse e terris.

40 a* (falsum)

TERTULL. de an. 18, 1: meminerat scilicet et Epicharmi comici:

animus cernit, animus audit, reliqua surda et caeca sunt

versus: septenarius trochaicus

41* (inc. 14 V)

ISID. orig. 11, 1, 108 sq.: dicta genua eo, quod in utero sint genis opposita. cohaerent enim ibi sibi (sibi *del. Vahlen*) et cognata sunt oculis … Ennius:

< … > atque genua comprimit
arta gena

cf. id. de diff. 2, 56.

Labate

versus: septenarii trochaici finis et initium

PRAECEPTA

42* (var. 31–33 V)

Prisc. GLK II 532: vetustissimi tamen etiam in simplici 'servi' protulisse inveniuntur … pro 'sevi'. Ennius in praeceptis:

ubi videt avenam, lolium crescere inter triticum
seligit secernit aufert; sedulo ubi operam addidit,
< … > quam tanto studio seruit

versus: septenarius trochaicus (v. 1 vidēt*)*

EPIGRAMMATA

43* (var. 19 sq.)

Cic. leg. 2, 57: (Sulla) primus e patriciis Corneliis igni voluit cremari. declarat enim Ennius de Africano 'hic est ille situs', vere, nam siti dicuntur ii, qui conditi sunt.

Sen. ep. 108, 33: Ennianos (*Pincianus 1536*: inanes *codd.*) colligit versus et in primis illos de Africano scriptos:

cui nemo civis neque hostis quibit pro factis reddere opis pretium.

ex eo se intellegere <opem> apud antiquos non tantum auxilium significasse, sed operam. ait [opera] enim Ennius (*Haase 1853*: (in) eius *codd.*) neminem potuisse Scipioni neque civem neque hostem reddere operae pretium.

ex illis tribus locis epigramma restituit Turnebus:

Hic est ille situs, cui nemo civis neque hostis
quibit pro factis reddere opis pretium.

Skutsch; Suerbaum[1]; Suerbaum[2]; Suerbaum 88-91

2 quibit *Pincianus*: qui vult **BA**: quivit *Muretus*

44* (var. 21–24 V)

Cic. Tusc. 5, 49: est in aliqua vita praedicabile aliquid et gloriandum et prae se ferendum … ut Africanus:

a sole exoriente supra Maeotis paludes
nemo est qui factis aequiperare queat.

cf. Paneg. Lat. 11 (12) (Mamertinus) 16, 3: quod ait ille Romani carminis primus auctor: a sole ... paludes

post paludes *lacunam duorum versuum coniec. Skutsch*

Sen. ep. 108, 34: Ennium hoc ait Homero [se] subripuisse, Ennio Vergilium. esse enim apud Ciceronem in his ipsis de re publica (fr. inc. 6) hoc epigramma Enni:

si fas endo plagas caelestum ascendere cuiquam est,
mi soli caeli maxima porta patet.

Skutsch

45* (var. 15 sq. V)

Cic. Tusc. 1, 34: quid? poetae nonne post mortem nobilitari volunt? unde ergo illud:

aspicete, o cives, senis Enni imaginis formam.
hic vestrum panxit maxima facta patrum.

mercedem gloriae flagitat ab iis, quorum patres adfecerat gloria.

Bettini 79-84; Skutsch; Suerbaum[1]

panxit *edd.*: pinxit *codd.*

46* (var. 17 sq. V)

Cic. Tusc. 1, 34 (*post fr. 45*): idemque:

nemo me lacrimis <decoret nec funere fletu
faxit.> cur? volito vivos per ora virum.

Lennartz; Skutsch; Suerbaum[1]

1 lacrimis] dacrumis *Bergk*

1–2 <decoret nec funera fletu / faxit> *ex Cic. Tusc. 1, 117 et Cato 73*

Conspectus metrorum

Vahlen	Co./Blänsd.	Vahlen	Co. /Blänsd.
sat. 1	7	19 sq.	43
2	8	21-24	44
3 sq.	9	25	1
5	10	26	5
6 sq.	11	27	2
8 sq.	12	28	3
10 sq.	13	29	4
12 sq.	14	31-33	42
14-19	15	34-44	28
20	16	45	35
57 sq.	17	46	38
59-62	18	47	36
63	19	48-50	39
64	20	51	37
65	21	52 sq.	38
66	22	54-58	39
67 sq.	26	59	40
69	23	inc. 7	6
70	24	9 sq.	27
var. 1 sq.	29 sq.	14	41
9-12	31	43	35a
13	32	scen. 12	34
14	33	–	40a
15 sq.	45	op. inc. fr. II 1 Sk.	25
17 sq.	46		

ACILII GLABRIONIS TABVLA

(cos. 191 a.Chr.n.)

(Klebs, E., RE I 1, 1894, 255 s.v. Acilius (Glabrio) n. 35)

Traina, A., Comoedia. Antologia della Palliata, Padova [4]1997

VITA:

LIV. 37, 46 *de triumpho Aetolico a. 190 a.Chr.n. gesto, ibid. 40, 34, 4–6 de aede et statua ab eo dedicata a. 181 a.Chr.n.*

PS. BASSUS GLK VI 265 (*inter exempla e tabulis triumphalibus petita*): in Acilii Glabrionis tabula:

fundit fugat prosternit maximas legiones

versus saturnius

M. AEMILIVS

(*cos. a. 179*)

(Klebs, E., RE I 1, 1894, 582 s.v. M. Aemilius (Regillus) n. 127)

Traina, A., Comoedia. Antologia della Palliata, Padova [4]1997

PS. BASSUS GLK VI 265: apud nostros autem in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant victoriaeque suae titulum saturniis versibus prosequebantur, talia repperi exempla: ex Regilli tabula:

duello magno dirimendo, regibus subigendis

cf. LIV. 40, 52, 5: supra valvas templi (*a L. Aemilio Regillo dedicati*) tabula cum titulo hoc fixa est: duello magno regibus dirimendo caput subigendis ....

(*quae sequuntur, in formam versuum redigi nequeunt*)
versus saturnius

PACVVI EPIGRAMMA

(*220 – non multum ante 130*)

(Helm, R., RE XVIII 2, 1942, 2159 s.v. Pacuvius nr. 6)

Courtney p. 47 sq.
M. Pacuvii fragmenta, ed. J. D'Anna, Roma 1967, 179
Massaro, M., Epigrafia metrica latina di età repubblicana, Bari 1992

Dahlmann, H., Studien zu Varro 'de poetis', Ak. Wiss. u. Lit. Mainz, 1962, 10, 533-676
Leo[2] 438 n.1
Richter, W., Staat, Gesellschaft und Dichtung in Rom im 3. und 2. Jahrhundert v. Chr., Gymnasium 69, 1962, 296 n. 1.

Suerbaum[1] 41 sqq.

Gell. 1, 24, 4: epigramma Pacuvii verecundissimum et purissimum dignumque eius elegantissima gravitate:

adulescens, tam etsi properas, hoc te saxulum
rogat ut se aspicias, deinde, quod scriptum est, legas.
hic sunt poetae Pacuvi Marci sita
ossa. hoc volebam nescius ne esses. vale.

1 tam etsi **TY**: tamen etsi **VPR** || te saxulum *Buecheler et Bormann, cf. CIL I², 1209*: te saxum **VP**: thesaurum **R** || **3** pacuvi ς: pacuvii **VPR**
versus: senarius iambicus

POMPILI EPIGRAMMA

(*s. II – I; Schanz – Hosius I § 63*)

Courtney p. 51

Non. 125 L (87 M): cluet, nominatur ... Varro ὄνος λύρας (*fr. 362, XV Cèbe*):

Pacui discipulus dicor. porro is fuit <Enni>,
Ennius Musarum. Pompilius clueor.

1 Pacui *Lachmann*: Pacuvius *codd.* | <Enni> *Roth*
Bardon I 52 sq.
cf. Epigrammation Papini sive Pompili sive Pomponi

M. PLAVTI INSCRIPTIO ARDEATIS TEMPLI

Buecheler, F., Altes Latein, RhMus 46, 1891, 243
Hermann, L., L'inscription d'Ardée, Hommages à M. Delcourt (Coll. Latomus 114), 1970, 179-181
Mazzarino, A., I quattro esametri di Marco Plauzio, Maia 3, 1950, 300-304
Paladini, V., Dignis digna, Epigraphica 12, 1950, 29-33

Plin. nat. 35, 115: decet non sileri et Ardeatis templi pictorem, praesertim civitate donatum ibi et carmine, quod est in ipsa pictura his versibus:

dignis digna. loco picturis condecoravit
reginae Iunonis supremi coniugis templum
Plautius Marcus; cluet Asia lata esse oriundus,
quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudat.

1 loco] Lycon *Bergk*: loquor *Hermann*: locom *Mazz.* | *post loco interp. Hertz* || **3** plautius Marcus **B**: mareus plautis (plaustis **FdT**) marcus **VRFdT**: mareas plautus marcus **h**: Plautus *M. Hermann* | cluet Asia lata *Bergk*: cluetas alata **B**: cloet asia lata *cett.*: cluet Sarsinate *Hermann* || laudat] laudet *Morel*

HOSTIVS

(*s. II a.Chr.n.*)

(Kroll, W., RE VIII 2, 1913, 2516 s. v. Hostius n. 1)

Courtney p. 52 sq.

Bardon I 178 sq.
Corbato, C., Aquileia repubblicana e imperiale, AAAd35, Udine 1989, 43-50
Fronza, L., Fonti di Livio per i capitoli 1-13 del libro 41, RIL 82, 1949, 109-118
Vinchesi, M.A., Il Bellum Histricum di Ostio, Epos storico enneggiante, in: DMP I 35-59

BELLVM HISTRICVM

Liber I

1

SERV. DAN. Verg. Aen. 12, 121 (589 Th–H): Hostius belli Histrici primo:

percutit atque hastam pilans prae pondere frangit

pilans id est figens.

J.M. Stowasser, Vermutungen zur lateinischen Anthologie, WSt 32, 1910, 99 n. 1; Vinchesi 41 sqq.

2

PRISC. GLK II 270: vetustissimi etiam ‘hoc pecu’, unde ‘haec pecua’ plurale dicebant. Hostius (*Fabricius*: Hostilius *codd.*) in I annali:

saepe greges pecuum ex hibernis pastibus pulsi

Vinchesi 44 sqq.
pastibus **R**^{2}: partibus **RK** | pulsi **AHK**: pulsae *cett.*

Liber II

3

Macrob. sat. 6, 3, 6: hunc (*Hom.* B 489) secutus Hostius poeta in libro secundo belli Histrici ait:

non si mihi linguae
centum atque ora sient totidem vocesque liquatae

Vinchesi 46 sqq.
1–2 non – liquatae *om.* **NPT** || **2** sient **NPTR**: sint **F**: fient **A**

4

Macrob. sat. 6, 5, 8: (*ad Aen. 3, 75* arquitenens) hoc epitheto usus est ... et Hostius libro secundo belli Histrici:

dia Minerva <simul>, simul autem invictus Apollo
arquitenens Latonius ...

Vinchesi 48 sqq.
1 dia] dea **A** | <simul> *Haupt*: <ruit> *Ritschl*: sedet *vel* sedens *Vinchesi 50* | simul autem] simulavit **A** || **2** arquitenens] arcitenens **TA**

Ex incertis libris

5 (1+5 Co.)

Serv. Dan. Verg. Aen. 12, 121 (*post fr. 1, fortasse hoc quoque ex libro I*) idem:

sententia praesto
pectore pilata

id est fixa, stabilis.

Vinchesi 52
2 pilata *Daniel*: pilato **F**

6

Fest. 488 L (356 M) *s.v. tesca*: Hostius belli <Histrici lib.... >

per gentis alte aetherias atque < … >
i; violabis templa antiqua <deum>.

Vinchesi 53 sqq.

1 alte *cod. teste Urs.*: alt *teste Keilio*, ait *Lindsay*[1] | <avia tesca> *Ursinus, Courtney*: <ardua tesca> *Baehrens* | **2** i, violabis < … > templa antiqua < … > *Vinchesi* 54: <et I>I: ... violabis / t. a. < ... tesca> *Courtney* | *verba* violabis *e. q. s. ab Hostii versu seiungit Lindsay*[1], *quia in cod. ante* violabis *distinctio observatur* | <deum> *Scaliger, Ursinus*

7

Fest. 432 L (325 M) *s. v. scaevam*: scaevam volgus quidem et in bona et in mala re vocat, cum aiunt bonam et malam < … > in mala pone< … > aput Graecos σ<καιόν … > pro sinistro sca<evum usurpavit ... Hos>tius in belli Hi<strici libro ... *6 fere litterae*>

sentit scaev<a *lacuna 15 fere litt.* > obit penitus o...

Vinchesi 56 sq.

3 sca<evum usurpavit … > *F. Orsini* | **4** scaev<a *Courtney*

L. ACCIVS

(*170 – ca. 86*)

(Marx, F., RE I 1, 1894, 142-147, s.v. Accius n. 1)

Accius, Oeuvres (fragments) par J. Dangel, Paris 1995
Courtney p. 56 sq.
De Rosalia, A., Lexicon Accianum, Hildesheim 1982

Barabino, G., Le citazioni virgiliane in Malsacano, in: Grammatici latini di età imperiale, Genova 1976, 215
Buecheler, F., Coniectanea de Silio, Iuvenale, Plauto, aliis poetis latinis, RhMus 35, 1880, 390-407
Casaceli, Lingua e stile in Accio, Palermo 1976
Dangel, J., Accius grammaticus?, Latomus 49, 1990, 37-58
Degl'Innocenti Pierini, R., Studi su Accio, Firenze 1980, 55-89
De Rosalia, A., L'allitterazione in L. Accio, ALGP 7/8, 1970–1971, 139-215
Glaser, K., Bericht über Accius für die Jahre 1926–1930, Burs. Jbb. 242, 1934, 70 sq.

Henriksson, K.E., Griechische Büchertitel in der römischen Literatur, Ann. Ac. Sc. Fenn., Ser. B vol. 102, Helsinki 1956
Hermann, G., De L. Atti libris Didascalicon, Opuscula, Leipzig III (1841) 1877, 390-394
Immisch, O., Zu Callimachus und Accius, Philologus 69, 1910, 59-70
Knoche[1]
Kroll, W., De Attio et Praxidico, AJPh 59, 1938, 479
Leo[2] 384-405
Madvig, N., De Attii 'Didascalicis' commentatio, Opuscula Academica, Hauniae 1832, 87-110 = [2]1877, 70 sq.
Mariotti, S., Accio in Malsacano, RFIC 94, 1966, 181-184
Pasqu. Pasquazi Bagnolini, A., Accio 'grammatico', Atti e memorie dell'Arcadia 74, Roma 1980–81, 337-372
Pepe, L., Accio, Lucilio e la geminatio, SIFC 20, 1946, 105-120
Pighi, G.G., Gli Annali di Accio, in: Scritti ... C. Vassalini, Verona 1974, 371-380
Ribbeck, O., Praxidica und Parerga des Accius, RhMus 41, 1886, 631 sq.
Rosellini, M., Fortuna e sfortune di Accio negli anni novanta, RFIC 124, 1996, 120-122
Soubiran, J., Recherches sur la clausule du sénaire (trimètre) latin. Les mots longs finaux, REL 42, 1964, 429-469
Timpanaro[1], S., Il Praxidicus di Accio, Maia 34, 1982, 21-30 (= Nuovi contributi di filologia e storia della ling. lat., Bologna 1994, 227 sqq.)
Timpanaro[2], S., 'Muta cum liquida' in poesia latina e nel latino volgare, RCCM 7, 1965, 179 sq.
Timpanaro[3], S., Due note enniane, RFIC 114, 1986, 5-47

VITA:

HIERON. chron. a Abr. 1878 = 139 a. Chr.: L. Accius tragoediarum scriptor clarus habetur natus Mancino et Serrano coss. (*170 a. Chr.*) parentibus libertinis, et seni iam Pacuvio Tarenti sua scripta recitavit. a quo et fundus Accianus iuxta Pisaurum dicitur, quia illuc inter colonos fuerat ex urbe deductus.

CIC. Brut. 229: Accius isdem aedilibus (*a. 140 a.Chr.n.*) ait se et Pacuvium docuisse fabulam, cum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset; *cf. Brut. 72 (= fr. 16), Gell. 13, 2, 1.*

NON. 336 L (226 M): statura generis feminini. Lucilius lib. XXVIII (*fr. 747 Kr.*): quare pro facie, pro statura Accius.

PLIN. nat. 34, 19: notatum ab auctoribus et L. Accium poetam in Camenarum aede maxima forma statuam sibi posuisse, cum brevis admodum fuisset.

VAL. MAX. 3, 7, 11: is (*sc. Accius*) Iulio Caesari amplissimo ac florentissimo viro in conlegium poetarum venienti numquam adsurrexit, non maiestatis eius immemor, sed quod in comparatione communium studiorum aliquanto se superiorem esse confideret.

CIC. Planc. 59: gravis ille et ingeniosus poeta; *cf. id. Sest. 120.*

CIC. leg. 2, 54: (D. Brutum) doctum hominem sane, cuius fuit Accius perfamiliaris.

CIC. Phil. 1, 36: nisi forte Accio tum plaudi et sexagesimo post anno palmam dari, non Bruto putabatis.

OPERA:

HOR. epist. 2, 1, 55: aufert / Pacuvius docti famam senis, Accius alti.

CIC. Arch. 27: D. quidem Brutus, summus vir et imperator, Acci, amicissimi sui, carminibus templorum ac monimentorum aditus exornavit suorum.

SCHOL. BOB. Cic. Arch. 27 (*164 sq. Hildebr.*): hic Brutus Gallaecus fuit cognomento ob res in Hispania non minus strenue quam feliciter gestas. eius etiam nomini <dicatus Acci> (*add. Niebuhr*), poetae tragici, exstat liber, cuius plurimos versus, quos Saturnios appellaverunt, vestibulo templi Martis superscripsit Brutus.

VAL. MAX. 8, 14, 2: similiter honoratus animus erga poetam Accium D. Bruti suis temporibus clari ducis extitit, cuius familiari cultu et prompta laudatione delectatus versibus templorum aditus, quae ex manubiis consecraverat, adornavit.

PERS. 1, 76: est nunc Brisaei quem venosus liber Acci / ... moretur.

GELL. pr. 8: est qui memoriales titulum fecerit, est qui πραγματικά et πάρεργα et διδασκαλικά.

GELL. 3, 3, 1: *cf. Volcac. Sedigit. testim.*

VEL. LONG. GLK VII 55: nec Accium secuti sumus semper vocales geminantem, ubicumque producitur syllaba, quoniam expedita debet esse condicio scribendi.

TER. SCAUR. GLK VII 18: primum ... per adiectionem illa videntur esse vitiosa, quod Accius geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas voluit, cum alioqui adiecto vel sublato apice longitudinis et brevitatis nota posset ostendi.

ANNALES

Liber I

1 (Dangel p. 262, 1 Co.)

Prisc. GLK II 163: Accius tamen masc. hoc (*alvus*) protulit annali I:

Maia nemus retinens gravido concepit in alvo

Non. 285 L (193 M): et alius auctoritatis obscurae: 'Maia ... alvo'.

Char. 101 B (81 K): alvum ... masculino ... Accius frequenter.

Maia *Non.* **HG**: mala *Prisc.* **G** *et Nonii* **L** | Maia nemus] mala manu *Scaliger*: mala sinu *Unger* | gravido] grado **L** *Non.* | concepit **R**[2]: concipit **R** *Prisc.*: cepit **L** *Prisc.*

Liber XXVII

2 (Dangel p. 263, 2 Co.)

Fest. 132 L (146 M); Paul. 133 L (147 M): Metelli dicuntur in lege militari quasi mercennarii. Accius Annali XXVII:

calones famulique metellique caculaeque

a quo genere hominum Caeciliae familiae cognomen putat (*codd.*: putatur *Paulus*) ductum.

metellique *edd.*: metallique *codd., Paul. Fest.*: metelique *ed. princ.* | caculaeque *Paul. Fest.*: cauleque *codd.*: caulaeque *ed. princ.*

versus: hexameter dactylicus (metelliquē!, cf. Courtney p. 57)

Ex incertis libris

3 (Dangel p. 263, 3 Co.)

Macrob. sat. 1, 7, 36: apparet Saturnalia vetustiora esse urbe Roma, adeo ut ante Romam in Graecia hoc sollemne coepisse L. Accius in annalibus suis referat his versibus:

maxima pars Graium Saturno et maxime Athenae
conficiunt sacra, quae Cronia esse iterantur ab illis,
cumque diem celebrant, per agros urbesque fere omnes
exercent epulis laeti famulosque procurant
quisque suos, nosterque itidem est mos traditus illinc
iste, ut cum dominis famuli epulentur ibidem.

3 cumque **T**: huncque **F**: *an* conque (=concelebrant)? *Morel* | fere] *om.* **A**: per *Anglic., L. Mueller* || **4** epulis] epulas *Baehrens* || 5 nosterque *Baehrens*: nostrique *codd.*: nostrisque *Gronovius* | est *Gronovius*: et *codd.*

4 (Dangel p. 264, 4 Co.)

Prisc. GLK II 254: (hoc ossum) Accius ... in annalibus:

fraxinus fixa ferox infensa infinditur ossis

Leo 391

fixa **LK**: fissa *cett., Mueller, Warm.* | ferox] ferax **H** | infinditur **L**: infrenditur *L. Mueller*: illiditur *susp. Warm.*

5 (Dangel p. 262, 5 Co.)

Non. 284 L (193 M): 'alvus' ... masculino. Accius annalibus:

. . . ut quam fragilissimus alvos

Prisc. GLK II 268: ut ... alvus

fragilissimus] gracilissimus *Courtney* | alvos *Roth*: alvo sed *et* alvus et *codd. Nonii*: Calvus *L. Mueller*

versus: finis hexametri dactylici

DIDASCALICA[3]

Liber I

6 (Dangel p. 252)

Gell. 3, 11, 4–5: Accius autem in primo didascalico levibus admodum argumentis utitur, per quae ostendi putat Hesiodum natu priorem: 'quod Homerus', inquit, 'cum in principio carminis Achillem esse filium Pelei diceret, quis esset Peleus, non addidit; 'quam rem procul' inquit 'dubio dixisset, nisi ab Hesiodo iam (*Theog. 1006*) dictum videret. de Cyclope itidem', inquit, 'vel maxime quod unoculus fuit, rem tam insignem non praeterisset, nisi aeque prioris Hesiodi carminibus (*Theog. 142*) involgatum esset.'

7 (Dangel p. 253)

Non. 827 L (524 M): inimiciter. Accius didascalicorum lib. I:

placare hostem ferocem inimiciterque accensum

[3] Buecheler et Courtney opus versibus scriptum esse negant.

Leo[2] 387, Pasqu. 353
hostem ferocem] ferocem hostem *Lachmann, Warm.*
versum sotadeum agnovit Dangel ferocem hostem *scribens*

8 (Dangel p. 252)

NON. 539 L (341 M): mactare, honorare Accius didascalicon lib. I:

... sapientiaeque invictae gratia atque honoris
patera Nestorem mactavit aurea.

Leo[2] 389, Pasqu. 353
2 patera Nestorem *Turnebus*: pater honesto rem *codd.*
versus sotadeos agnovit Dangel invictae / gratia ... mactavit / aurea *distinguens.*

9 (Dangel p. 253)

PRISC. GLK II 253: eius contrarium 'impos impotis'. Accius in I didascalicon:

audax falsidica, gnati mater pessimi,
odibilis, natura impos, excors, ecfera.

Im. 68; Leo[2] 387, Pasqu. 355
1 audax falsidica *Buecheler*: falsidica audax *codd.* | falsidica] falsifica **BDGL** (*quod Knoche[1] 694 praefert*) || **2** ecfera *Lachmann*: et fera *codd.*
versus: senarius iambicus, alii alia cf. Dangel, app. crit.

Liber II

10 (Dangel p. 254)

NON. 243 L (165 M): redhostit, reddit. Accius ... didascalicon lib. II:

ut dum velint brevitatem consequi verborum,
aliter ac sit relatum redhostiant responsum.

Im. 70; Leo[2] 387, Pasqu. 356
1 velint brevitatem] brevitatem velint *Lachmann, Warm.* || **2** aliter ac sit] aliter assit **F**[3]: aliter aliter **L** | rel<l>atum *metri causa Lachmann, Bettini 77* | redhostiant responsum *Hermann*: redhostire (-dost-) sponsum *codd.*
versus sotadeus cum Lachmanni coniecturis

11 (Dangel p. 254)

NON. 262 L (178 M): temerius. Accius didascalicon lib. II:

sed Euripidis, qui choros temerius in fabulis ...

Leo[2] 389, Pasqu. 357
Euripidis] Euripides *Madvig*
versus sotadeos agnovit Dangel temerius / in *distinguens*

Liber VIII

12 (Dangel p. 254)

NON. 286 L (194 M): balteus ... neutro ... Accius didascalicon lib. VIII:

actoribus manuleos baltea machaeras < ... >

Leo[2] 387, Pasqu. 358
manuleos] manuleas *vir doct. ap. Madvig (Advers.)* | baltea machaeras] <et> baltea <et> m. *Lachmann*
versum sotadeum post Mueller, Lachmann, Baehrens agnovit Dangel

Liber IX

13 (Dangel p. 255)

CHAR. 179 B (142 K): poematorum ... Accius quoque didascalicorum IX:

nam quam varia sint genera poematorum, Baebi, quamque
longe distincta alia ab aliis, nosce.

Leo[2] 387, Pasqu. 358
1 Baebi quamque] bęb; q̱q (*i.e.* baebus quamquae) **N** || <sis> nosce *Mercier, Dangel*: <sint> nosce *Lachmann*
versus sotadeos post Lachmann agnovit Dangel post Baebi *distinguens*

14 (Dangel p. 255)

CHAR. 284 B (220 K): statim Accius in didascalicon VIIII:

vectigalia egerantur vestra et serventur statim

pro statute et ordinate.

Leo[2] 390, Pasqu. 359
egerantur vestra et serventur *Warm., Dangel*: legerant uestra et seruantur

N: egerant vestra et struantur *Lachmann* | serventur *Warm.*: locantur *Buecheler*

versum sotadeum agnov. Lachmann, Baehrens, septenarium trochaicum Dangel

15 (Dangel p. 255)

Prisc. GLK II 92 *de comparativo et superlativo vocum in -ficus terminantium*: apud vetustissimos ... Accius in VIIII didascalicon:

et magnificissimei excelsissimeique honore

Leo[2] 389, Pasqu. 359

magnificissimei *Hertz*: magnificissime (-gnicis- **H**) *codd.* | excelsissimeique *Hertz*: excellissime *vel* excel(s)issimique *vel* excellentissimique *codd.*

versum sotadeum agnoverunt Lachmann, Baehrens, Dangel

Ex incertis libris

16 (Dangel p. 257)

Cic. Brut. 72: Accius autem a Q. Maxumo quintum consule (a. 209) captum Tarento scripsit Livium annis XXX post quam eum fabulam docuisse et Atticus scribit (fr. 1 Fun.) et nos in antiquis commentariis invenimus, docuisse autem fabulam annis post XI C. Cornelio Q. Minucio consulibus (a. 198) ludis Iuventatis, quos Salinator Senensi proelio voverat.

Leo[2] 388

17 (Dangel p. 258)

Gell. 3, 3, 9: M. tamen Varro in libro de comoediis Plautinis primo (*fr. 88 Fun.*) Acci verba haec ponit:

nam nec Geminei lenones nec Condalium nec Plauti Anus
nec Bis compressa nec Boeotia umquam fuit, neque adeo
Agroecus neque Commorientes Macci Titi.

Leo[2] 388

lenones *Thysius, Marshall*: leones **VPRC** *Warmington* | Macci Titi *Ritschl*: m̃. accii (actii **V**) titi **VPR**

versus esse putavit G. Hermann

18

CIC. Brut. 229: *cf. testim. vitae*

Leo^2 389

SOTADICA

Liber I

19 (Dangel p. 262, 8 Co.)

GELL. 6, 9, 16: L. Accius in Sotadicorum libro I 'sciciderat' dicit. verba haec sunt:

non ergo aquila, ita uti praedicant, sciciderat pectus

PRISC. GLK II 517: non ... pectus.

Leo^2 392

non **RV** *Prisc.*: num **P** *Dangel* | uti *Carrio, Leo*: ut hi **VPR**: ut *codd. Prisc.*
versus sotadeus

Ex incerto libro

20 (Dangel p. 258, 9 Co.)

DIOM. GLK I 385: Attius (Actius **B**) ... alibi eodem modo:

unde omnia perdisci ac percipi queuntur

Leo^2 392

queuntur] quaeuntur **ABM**

versus sotadeus

PARERGA

Liber I

21 (Dangel p. 264, 10 Co.)

NON. 85 L (61 M): porcae agri ... Accius parergorum lib. I:

< ... > bene proscissas †cossigerare †ordine
porcas bidenti ferro rectas ducere

1 <i> bene *Soubiran* | proscissas] proscissas *Hermann* | cossigerare] sulcos

signare *G. Hermann:* configurare *susp. Courtney* || **2** ducere *Courtney*: deruere *Ald.*: cernere *L. Mueller*: dirimere *Havet*

versus: si Soubiran, Hermann, Havet sequimur, senarius iambicus, cf. Dangel

PRAGMATICA

Liber I

22 (Dangel p. 256, 11 Co.)

NON. 229 L (156 M): ponderitatem a pondere, ut gravitatem. Accius pragmaticon lib. I:

et cuncta fieri cetera
imbecilla <ob> ponderitatem gravitatemque nominis

Pasqu. 361

2 <ob> *Madvig*: non quod *codd.*: nunc ob *Havet* | nominis *Madvig*: hominis *codd.*

versus: Madvig, Mueller, Baehrens restituerunt septenarios trochaicos: Havet et Dangel senarios iambicos agnoverunt: et cuncta fieri cetera imbecilla nunc / ob ponderitatem gravitatemque nominis

Ex incertis libris

23 (Dangel p. 256, 12. Co.)

NON. 219 L (150 M): perperos, indoctos stultos rudis insulsos mendaces. Accius pragmaticis:

describere in theatro perperos
popularis

Leo[2] 391, Pasqu. 361

1 describere] discribere L

versus: septenarios trochaicos agnoverunt Hermann, Mueller, Baehrens, Dangel

24 (Dangel p. 256, 13 Co.)

NON. 219 L (150 M): idem eodem:

et eo plectuntur poetae quam suo vitio saepius
<aut> ductabilitate nimia vestra aut perperitudine

Pasqu. 362

1 et eo] ideo *Iun.* || **2** <aut> *G. Hermann* | ductabilitate nimia] d. <animi> n. *Onions*

versus: septenarius trochaicus

25 (Dangel p. 257, 14 Co.)

GELL. 20, 3, 2: sicinnium ... genus veteris saltationis fuit. saltabundi autem canebant, quae nunc stantes canunt. posuit hoc verbum L. Accius poeta in pragmaticis appellarique

sicinnistas (ait) nebuloso nomine;

credo propterea nebuloso, quod sicinnium cur diceretur obscurum esset.

Leo[2] 391, Pasqu. 364

saltabundi autem canebant <tum> quae nunc stantes canunt / <et> sicinnistas <appellant hos> nebuloso nomine *suppl. Dangel*

versus: septenarium trochaicum restituit Leo[2]

PRAXIDICVS

25 a (Dangel p. 265)

PLIN. nat. 18, 200: adiecit his Attius in Praxidico, ut sereretur, cum luna esset in ariete, geminis, leone, libra, aquario.

cf. 1, 18 in conspectu fontium: Attius qui praxidica scripsit.

Kroll; Leo[2] 391, 2; Timpanaro[1]

Kroll et Courtney fr. spurium iudicant; Ribbeck et Dangel 55 et 392 titulum Praxidica *esse arbitrantur*

Fragmenta incertae sedis

26 (Dangel p. 264, 7 Co.)

SERV. Verg. Aen. 4, 404 (536 Th): hemistichium Enni (*ann. 474 V*[2]) de elephantis dictum, quod ante Accius est usus de Indis:

it nigrum campis agmen ...

Leo 391; Timpanaro[2] et [3]

it] id **NH**

versus: initium hexametri dactylici agnovit Dangel

27 (Dangel p. 259)

Varro ling. Lat. 7, 64: miraculae a miris, id est monstris; a quo Accius ait:

personas distortis oribus deformis miriones

distortis *Madvig*: distortas *codd.* | *cf. C. Gl. L. V 33, 25; 84, 6*

versus incertus, sed Soubiran secuta Dangel reliquias senariorum iambicorum agnovit

28 (Dangel p. 258)

Varro ling. Lat. 7, 96: obsc<a>enum dictum ab sc<a>ena; eam ut Graeci [aut] Accius scribit 'scena'.

29 (Dangel p. 250)

Varro ling. Lat. 5, 98: haec (*sc.* ariugae) sunt quorum in sacruficiis exta in olla, non in veru coquuntur, quas et Accius scribit et in pontificiis libris videmus.

30 (Dangel p. 259)

Ter. Scaur. GLK VII 18: *cf. Testimonia operum*

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 8: cum longa syllaba scribenda esset, duas vocales ponebat, praeterquam quae in 'i' litteram incideret: hanc enim per 'e' et 'i' scribebat.

31 (Dangel p. 259 sq.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 8: Accius vero cum scriberet aggueis aggulus, N non ponebat.

aggueis ... ponebat *I. Mariotti*: anguis anguies angules imponebat **BV**: anguis anguies i. **ω**: anguis angueis i. ς

cf. id. p. 19, 11 et Varronis fr. e libris de origine linguae Latinae p. 201, 4. Mar. Victor. l.c.: idem nec 'z' litteram nec 'y' in libros suos rettulit.

32 (Dangel p. 264, 6 Co.)

Malsach. ars gramm. 249, 20 Löfstedt: nitor, nisus sum, sed veteres nixus sum ... Accius:

illum defendere nixi sunt

Barabino; Mariotti; Citti 230

illum *om.* **N** | [sunt] Mariotti

versus: post defendere *finem versus iambici vel trochaici esse putat Löfstedt*, sunt *secl. Mariotti, def. Dangel*

hemistichium restitutum Annalibus dedit Mariotti

33

Varro ling. Lat. 6, 80: hinc visenda vigilant †vigilium invident †et attj || cû (*cod.*: et anticum *Victorius, Flobert ed. 1985*) illud:

oblivio lavet qui incidit invidendum

a quo etiam violavit virginem pro vit<i>avit dicebant.

Citti 230

oblivio lavet] obviolavit **B**: oblicuo leivet *Baehrens*: oculis violavit *C.O. Mueller* | <in> inv. *L. Spengel*: in invidentiam *P. Flobert, ed. Varro l.l. VI, Paris 1985* | *a tragoedia certe alienum putat Ribbeck TRF* ^{3}*1897, 261*

versus incertus

VALERIVS AEDITVVS

(*s. II a.Chr.n. exeunte*)

(Helm, R., RE VII A 2, 1948, 2312 sq. s. v. Valerius Aedituus n. 95)

Courtney p. 72 sqq.

Alfonsi, L., Da Valerio Edituo a Porcio Licino, RhMus 101, 1958, 254-256

Bardon I 131 sq.

Della Corte, F., Per l'identità di Valerio Edituo con Valerio Sorano, RFIC 63, 1935, 68-70

Granarolo[1] 312 sq. et Granarolo[2] 50-55

Holford-Strevens, L.A., Adversaria minora Gelliana et Apuleianum, LCM 10, 1985, 111 sq.

Jocelyn, H.D., Some observations on Valerius Aedituus ap. Gell. XIX 9, 12, Eikasmos 5, 1994, 247-250

Luiselli, B., Apul. De mag. 9; Gell. 19, 9, 10 e Valerio Edituo, Porcio Licino e Lutazio Catulo, AFLC 28, 1960, 9 sqq.

Masaracchia, E., Valerio Edituo, fr. 1 Morel, 4, SIFC 77 (Terza serie II) 1984, 236-239

Pighi, G.B., De nonnullis veterum Romanorum poetarum fragmentis, in:

Miscell. di studi alessandrini in memoria di A. Rostagni, Torino 1963, 552
Stark, R., Sapphoreminiszenzen, Hermes 85, 1957, 325-335
Traina, A., Forma e suono, Roma 1977, 41-45
Usener, H., Zu Gellius, RhMus 19, 1864, 150 sq.
Wright, J.R.G., A komos in Valerius Aedituus, ClQ 25, 1975, 152 sq.

OPERA:

APUL. apol. 9: apud nos vero (*sc. vorsus amatorios fecerunt*) Aedituus et Porcius et Catulus, isti quoque cum aliis innumeris.

EPIGRAMMATA

1

GELL. 19, 9, 10: tum resupinus (*sc. Antonius Iulianus*) ... versus cecinit Valeri Aeditui veteris poetae, item Porci Licini et Q. Catuli, quibus mundius, venustius, limatius, tersius Graecum Latinumve nihil quicquam reperiri puto. (11) Aeditui versus:

dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis,
  quid mi abs te quaeram, verba labris abeunt,
per pectus manat subito <subido> mihi sudor:
  sic tacitus, subidus, <dum pudeo>, pereo.

Alfonsi; Jocelyn; Masaracchia; Pighi; Stark 327; Traina

2 mi *ed. Ald. 1515*: mi(c)hi *codd.*| verba **O**^{2}**X**: membra *cett.* || **3** subito <subido> mihi *Usener*: mihi subito *codd.*: subito mihi <frigidus> *Stark*: subido <gelidus> mihi *Pighi* || **4** sic **O**^{2}**X**: si *cett. codd.* | <dum pudeo> *Usener, Traina*: duplideo *codd.*: <dum stupeo> *Alfonsi*: <dum taceo> *Pighi*: <dum madeo> *Masaracchia*

cf. CLE p. 934 Buecheler

2

GELL. 19, 9, 12: atque item alios versus eiusdem addidit, non hercle minus dulces quam priores:

quid faculam praefers, Phileros, qua est nil opus nobis?
  ibimus sic, lucet pectore flamma satis.
istam nam potis est vis saeva extinguere venti
  aut imber caelo candidus praecipitans;

at contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
  nulla est quae possit vis alia opprimere.

Wright

1 quid **Fg**: qui **δ** | qua **Fγ**: que **δ**: quae *Baehrens, Holford-Strevens* | est nil *Gronov.*: ni(c)hil est *codd.*: est *post Beroaldum del. Baehrens, Tandoi DMP I p. VII, Holford-Strevens* | nobis **FNδ**: *om.* **OXP** || **2** pectore] pectoris *Baehrens* || **3** istam nam *Turn.*: istam non *codd.*, *Gronovius*: istanc <aut> *Courtney* || **5** at **F**[2]: ad *codd.* | si **Fδ**: *om.* **γ**

Q. LVTATIVS CATVLVS

(*ca. 150 – 87*)

(Münzer, F., RE XIII 2, 1927, 2072-2082 s.v. Q. Lutatius Catulus n. 7)

Courtney p. 75 sq.

Alfonsi[1] 9-17
Calboli, G., Un frammento di C. Laelius Sapiens?, in: PLF 141-172
Granarolo[1] 313 sq.
Dahlmann, H., Das Rosciusepigramm des Q. Lutatius Catulus, Gymn. 88, 1981, 21-44
Granarolo, J., D'Ennius à Catulle, Paris 1971, 32-36
Perutelli, A., Lutazio Catulo poeta, RFIC 118, 1990, 257-281
Pope, M., Quid si non ... – an idiom of classical Latin, Phoenix 36, 1982, 53-70
Spaltenstein, F., Lutatius Catulus et l'épigramme sur Roscius: imaginaire poétique et sentimental, in: Cristante, L., Incontri Triestini di fil. class. IV – 2004-2005, Trieste 2006, 59-68
Tandoi, V., Gli epigrammi di Tiburtino a Pompei, Lutazio Catulo e il movimento dei preneoterici, QAICCF 1, 1981, 133-175 (= id., Scritti di filologia e di storia della cultura classica, Pisa 1992, 128-155)

VITA:

CIC. Rab. perd. 26: Q. vero Catulum, ..., in quo summa sapientia, eximia virtus, singularis humanitas fuit, *cf. Mur. 36*

id. de or. 3, 9: tenemus enim memoria Q. Catulum, virum omni laude praestantem, cum sibi non incolumem fortunam, sed exilium et fugam deprecaretur, esse coactum, ut vita se ipse privaret; *cf. Vell. 2, 22, 4.*

Plut. Mar. 14, 14: συνάρχοντα Κάτλον αὐτῷ (sc. Mario) Λουτάτιον ἄνδρα καὶ τιμώμενον ὑπὸ τῶν ἀρίστων καὶ τοῖς πολλοῖς οὐκ ἐπαχθῆ.

Opera:

Cic. Brut. 132: iam Q. Catulus non antiquo illo more, sed hoc nostro, nisi quid fieri potest perfectius, eruditus. multae litterae, summa non vitae solum atque naturae, sed orationis etiam comitas, incorrupta quaedam Latini sermonis integritas; quae perspici cum ex orationibus eius potest tum facillume ex eo libro, quem de consulatu et de rebus gestis suis conscriptum molli et Xenophonteo genere sermonis misit ad A. Furium poetam, familiarem suum.

Plin. epist. 5, 3, 2 sqq.: facio nonnumquam versiculos severos parum ... (4): facile impetrari posse confido, ut errare me, sed cum illis sinant, quorum non seria modo, verum etiam lusus exprimere laudabile est. (5) an ego verear ..., ne me non satis deceat, quod decuit M. Tullium, ... Q. Catulum, ...

Apul. apol. 9: *cf. testim. Valerii Aeditui*

EPIGRAMMATA

1

Gell. 19, 9, 14: Quinti Catuli versus illi fuerunt:

aufugit mi animus; credo, ut solet, ad Theotimum
  devenit. sic est, perfugium illud habet.
quid, si non interdixem, ne illunc fugitivum
  mitteret ad se intro, sed magis eiceret?
ibimus quaesitum. verum, ne ipsi teneamur,
  formido. quid ago? da, Venus, consilium.

Perutelli; Pope

1 aufugit] offugit **XΠ** | mi ς: mi(c)hi *codd.* || **3** quid **FOX**[2] **ΠN**: qui **X**[1]**δ** | quid? quasi *Korsch* | interdixem **Fγ**: interdixissem [illegible] | illunc **FΠN**: illum g·**δ**: illinc **OX** || **5** verum *ed. Beroald. 1503*: verbum *codd.*

cf. Fronto ep. ad M. Caes. 1, 2, 1 v.d. Hout: at ego ubi animus meus sit nescio, nisi hoc scio illo nescio quo ad te profectum eum esse.

cf. Callim. ep. 41 (Pfeiffer):

Ἥμισύ μευ ψυχῆς ἔτι τὸ πνέον, ἥμισυ δ᾽ οὐκ οἶδ᾽
  εἴτ᾽ Ἔρος εἴτ᾽ Ἀίδης ἥρπασε, πλὴν ἀφανές.
ἦ ῥά τιν᾽ ἐς παίδων πάλιν ᾤχετο; καὶ μὲν ἀπεῖπον
  πολλάκι ‘τὴν δρῆστιν μὴ ὑποδέχεσθε νέοι᾽.

†ουκισυνιφησον· ἐκεῖσε γὰρ ἡ λιθόλευστος
κείνη καὶ δύσερως οἶδ' ὅτι που στρέφεται.

5 *sub voce corrupta* δίφησον *latere susp. Pfeiffer*

2

Cic. nat. deor. 1, 79: Quintus Catulus huius collegae et familiaris nostri pater dilexit municipem tuum Roscium, in quem etiam illud est eius:

constiteram exorientem Auroram forte salutans,
cum subito a laeva Roscius exoritur.
pace mihi liceat, caelestes, dicere vestra:
mortalis visus pulchrior esse deo.

Dahlmann; Spaltenstein

1 exorientem *edd.:* exoriente **CE**: exurgentem **A** | forte **B**[1]: sorte **B** || **3** vestra] vera **O** || **4** visus] visust *cod. Urs. Ven.*

PORCIVS LICINVS

(*s. II a.Chr.n. exeunte*)

(Gundel, H., RE XXII 1, 1953, 232 sq. s.v. Porcius n. 48)

Courtney p. 82 sqq.

Alfonsi, L., Da Valerio Edituo a Porcio Licino, RhMus 101, 1958, 254-256
Bardon I 124-128
Calboli, G., Un frammento di C. Laelius Sapiens?, in: PLF 141-172
Dahlmann, H., Studien zu Varro De poetis, Ak. Wiss. u. Lit. Mainz 1962, 10, 29-32
Fraenkel, Ed., Textkritisches, MH 19, 1962, 223 sq. (= id., Kl. Beiträge II, Roma 1964, 65 sq.)
Frassinetti, P., Explanationes ad Porcium Licinum, Petronium et Minucium Felicem, Athenaeum 32, 1954, 384-392
Funke, H., Porcius Licinus fr. 1 Morel, RhMus 120, 1977, 168-172
Galdi, M., Ad Porcium Licinum, RIGI 11, 1927, 3 sq. et 21-24
Glaser, K., Bericht über die fragmentarisch überlieferten Dichter der Republik (1926–1930), Burs. Jbb. 247, 1934, 41-55
Granarolo[1] 314 sq. et Granarolo[2]

Häußler, R., Das historische Epos der Griechen und Römer bis Vergil, Heidelberg 1977, 128 sq.
Leo[2] 436-439
Luiselli, B., Apul. De mag. 9; Gell. 19, 9, 10 e Valerio Edituo, Porcio Licino e Lutazio Catulo, AFLC 28, 1960, 9 sqq.
Pighi, G.B., Ennio e Tutilina, AAT 107, 1973, 277-290
Ross, D.O., Style and Tradition in Catullus, Harvard 1969, 144
Skutsch, O., On three fragments of Porcius Licinus and on the Tutiline gate, BICS 17, 1970, 120-123
Timpanaro, S., Alcuni tipi di sinonimi in asindeto in latino arcaico e in età classica repubblicana, RFIC 116, 1988, 257-259

Opera:
Apul. apol. 9: *cf. testim. Valeri Aeditui.*

1

Gell. 17, 21, 45: Porcius ... Licinus serius poeticam Romae coepisse dicit in his versibus:

Poenico bello secundo Musa pinnato gradu
intulit se bellicosam in Romuli gentem feram.

Dahlmann; Funke; Häußler 128 sq.; Leo[2] 436 n.1; Skutsch 120 sqq.; Timpanaro
2 se *ed. Ald.* 1515: sese *codd.*
versus: septenarius trochaicus

2

Varro ling. Lat. 5, 163: < ... re>ligionem (regionem *Turnebus*) Porcius designat, cum de Ennio scribens dicit eum coluisse Tutilinae loca:

coluit Tutilinae loca

Pighi 277 sqq.; Skutsch 120 sqq. ; Traina, Suppl. Morel. 20
versum constituit Skutsch
versus: fortasse finis septenarii trochaici

3

Suet. vita Ter. apud Don. p. 3 Wessner (*de Terentio*): hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano et C. Laelio, quibus

etiam corporis gratia conciliatus existimatur: quod ... Fenestella arguit ... quamvis ... Porcius suspicionem de consuetudine per haec faciat:

dum lasciviam nobilium et laudes fucosas petit,
dum Africani vocem divinam inhiat avidis auribus,
dum ad Philum se cenitare et Laelium pulchrum putat,
dum [se amari ab his credit] in Albanum crebro rapitur ob florem aetatis suae:
post sublatis rebus ad summam inopiam redactus est.
itaque ex conspectu omnium abiit Graeciam in terram ultimam,
mortuust Stymphali, Arcadiae oppido. nil Publius
Scipio profuit, nil illi Laelius, nil Furius,
tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime:
eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam,
saltem ut esset, quo referret obitum domini servulus.

Bardon I 123 sqq.; Calboli 141 sqq.; Fraenkel 223 sq.; Granarolo[1] 315; Skutsch 120 sqq.

1 lasciviam] lascivam **A**: lascivias **T** | laudes fucosas *A. Wolf*: fucosas laudes **TFV** || **2** vocem divinam *Muretus*: voce divina **FV**: vocē dum & **A** | inhuius et **A** | vocem indulget inhians *Dziatzko* | inhiat avidis] inhuius **A**: vidis (a *suppl. man. rec.*) auribus **T**: auribus avidis **V** || **3** Philum *Roth*: fixum **A**: furium **TFV** | se *om.* **A** | cenitare] centare **A** | pulchrum putat **A**: putat pulchrum **TFV** || **4** [se amari ab his credit] *Ritschl*: se amari ab his credat **A** (credit **B**): se ab his amari credit *Norden, Funaioli, Courtney, qui post Roth lacunam hemistichii post* credit *coniec.*: <propter indolem ingeni> *suppl. Leo* | in Albanum crebro *Ritschl*: crebro in albanum *codd.*, *Courtney* | Albanum <Afer> *Leo*: Albanum <altum> *Fraenkel, Courtney* | rapit[2] (= rapitur *Leo*) **A**: rapi **TFV** || **5** post sublatis **A**: ipsus sublatis **TFV**: suis postlatis *Ritschl* || **6** omnium <ubi> abiit *Bergk* | abiit] abit **A** | Graeciam in terram **A**: Graeciae in terram *Bothe*: in Graeciam terram *Scaliger* || **7** mortuuust Stymphali *Bergk*: mortuus est in phalo (infalo **A**) *codd.*: mortuos Stymphalist *Ritschl* | Arcadiae <in> oppido *Roth* | Publius] P. *codd.*: Publio **E** || **8** Scipio] scipio ei **A**: Scipio <tum> *Dziatzko* | nil illi *Ritschl*: nihil illi **A**: nihil ei *cett.* || **9** idem] id *Wolf* || **10** opera] operam **TFV** || **11** obitum] obitus **F** | servulus] servulo **A**

versus: septenarius trochaicus

4 (5 Mo., 5 Co.)

CHAR. 164 B (129 K): 'fretus, huius fretus' Porcius Licinus, ut Plinius eodem Sermonis Dubii libro VI refert:

salsi fretus

cf. Lucilii 939 M cum Marxii commentario
versus incertus

5 (4 Mo., 4 Co., fragmentum dubium)

CIC. fin. 1, 5: ut, cum Sophocles vel optime scripserit Electram, tamen male conversam Atilii mihi legendam putem; de quo Licinus (lucinius **A**[1]: licinius **A**[2] *cett.*: Licinus *C.F.W. Mueller*: Lucilius *Detlefsen, Philologus 42, 1888, 182*)

ferreum scriptorem;
verum, opinor, scriptorem tamen, ut legendus sit.

Leo[2] 437 n.2
versus: ferreum *usque ad* tamen *sept. troch. faciunt, fortasse casu (ut videtur Leoni)*; tamen / **3** ut legendus sit *dist. Skutsch*

EPIGRAMMATA

6

GELL. 19, 9, 13: dixit versus Porcii Licini hosce:

custodes ovium teneraeque propaginis, agnum,
quaeritis ignem? ite huc: quaeritis? ignis homost.
si digito attigero, incendam silvam simul omnem,
omne pecus flammast, omnia qua video.

Luiselli; Ross 144 n. 69
1 teneraeque *Petrus Crinitus, Libri de poetis Latinis, Florentiae 1505, vol. II, et Victorius*: vendere *codd.*: vernae(que) *Hertz et Unger* || ite ς: item **Fγ** | *post* quaeritis *repetunt* ite (si te **X**) huc quaeritis *codd., del.* **F**[2] | huc quaeritis ignis] huc <totus hic> [quaeritis] ignis *Leo*[2] *437 n. 3* || **4** omne pecus; *interp. Leo* | qua] quae **F**[2] **NQ**[2]

cf. A.P. 9, 15: αὐτὸ τὸ πῦρ καύσειν διζήμενος, οὗτος ὁ νύκτωρ
τὸν καλὸν ἱμείρων λύχνον ἀναφλογίσαι,
δεῦρ' ἀπ' ἐμῆς ψυχῆς ἅψον σέλας· ἔνδοθι γάρ μου
καιόμενον πολλὴν ἐξανίησι φλόγα.

7 (6 Co.)

Varro ling. Lat. 7, 103: multa ab animalium vocibus tralata in homines partim quae sunt aperta, partim obscura ... (104) minus aperta, ut Porcii ab lupo:

volitare ululantis

hic collocavit Morel
versus: fortasse finis hexametri dactylici; trochaicos susp. Courtney

VOLCACIVS SEDIGITVS

(*s. II a.Chr.n. exeunte*)

(Schuster, M., RE IX A 1, 1961, 742-754 s.v. Volcacius n. 6)

Courtney p. 93 sqq.

Bardon I 128-130
Coccia, M., Il canone di Volcacio Sedigito, StudRom 7, 1959, 62-65
Granarolo[1] 278-360
La Penna, A., Il viaggio di Terenzio in Asia: un errore della tradizione manoscritta?, RFIC 124, 1996, 282-284
Leo[2] 433-435
Rocca, R., Caecilius Statius mimicus?, Maia 29–30, 1977–78, 107-111
Schoell, F., Die Verse des 'Vallegius' in der Vita Terentii, RhMus 57, 1902, 163-165
Schuster, M., Volcacius Sedigitus, RE IX A 1 (1961), 742-754
Shackleton Bailey, D.R., Notes on minor Latin poetry, Phoenix 32, 1978, 305-325
Traglia, A., Praeneoterica, SCO 10, 1961, 80-88

Vita:

Plin. nat. 11, 244: digiti quibusdam in manibus seni. M. Corani ex patricia gente filias duas ob id Sedigitas accipimus appellatas et Volcacium Sedigitum, inlustrem in poetica.

Opera:

Gell. 3, 3, 1: verum esse comperior, quod quosdam bene litteratos homines dicere audivi, qui plerasque Plauti comoedias curiose atque contente lectitarunt, non indicibus Aelii nec Sedigiti ... nec Accii nec Manilii .. super his fabulis, quae dicuntur ambiguae, crediturum.

LIBER DE POETIS

1

GELL. 15, 24: Sedigitus in libro, quem scripsit de poetis, quid de his sentiat, qui comoedias fecerunt, et quem ex omnibus praestare ceteris putet ac deinceps, quo quemque in loco et honore ponat, his versibus suis demonstrat:

multos incertos certare hanc rem vidimus,
palmam poetae comico cui deferant.
eum meo iudicio errorem dissolvam tibi,
ut, contra si quis sentiat, nihil sentiat.
Caecilio palmam Statio do mimico.
Plautus secundus facile exuperat ceteros.
dein Naevius, qui fervet, pretio in tertiost.
si erit, quod quarto detur, dabitur Licinio.
post insequi Licinium facio Atilium.
in sexto consequetur hos Terentius.
Turpilius septimum, Trabea octavum optinet,
nono loco esse facile facio Luscium.
decimum addo causa antiquitatis Ennium.

cf. SUET. vita Ter. 7 (p. 8 W): Volcacius ... non solum Naevio et Plauto et Caecilio, sed Licinio quoque et Atilio postponit (*sc. Terentium*).

Leo 225 n. 3, 434 sq.; Rocca

1 vidimus ς: videmus **ω** || **4** quis **ω**: qui *Osann* || **5** do mimico *ed. Juntina, J. Gronov., Leo, Gentili*, do comico (cominico **X**[1]) **Fγ**: do comicam *S. Mariotti, Kl. Pauly I 988*: do comicum *(gen. pl.) Rocca*: dominico [illegible] || **7** qui] quom *Shackleton Bailey* | fervet *ed. Bellovis 1508*: servet **ω**, *def. A. Vonach, WSt 29, 1908, 164* || **9** Licinium] illi quintum *Baehrens* || **10** consequetur *Pithoeus*: consequitur **ω** || **13** causa antiquitatis *Carrio*: antiquitatis causa **ω** | ant. c. dec. addo En. *L. Mueller, De re metrica ²1894, 537, Courtney*

versus: senarius iambicus

2 (3 Co.)

SUET. vita Ter. 5: de morte eius Volcacius sic tradit:

sed ut Afer populo sex dedit comoedias,
iter hinc in Asiam fecit, <et> navem ut semel
conscendit, visus nusquam est: sic vita vacat.

La Penna

1 populo sex] sex populo **EZ** | dedit comoedias **BCDEFG**: edidit comedias **L** || **2** in Asiam] Achaiam *La Penna* | iter hinc] itē hinc **A**: inter hinc **Z**: inter hinc inter hinc **D** | <et> navem ut *Roth*: <at> navem *Baehrens*: <ut> navem *Buecheler*: <is> navem ut *Buechner*: <in> navim *Schoell, Courtney*

versus: senarius iambicus

3 (4 Mo., 4 Co.)

SUET. vita Ter. 3: et hanc (*sc. Andriam*) ... et quinque reliquas aequaliter populo probavit, quamvis Volcacius de <Hecyra in e>numeratione (*Leo*^{2} *433 n. 3*: in denumeratione **AS**) omnium ita scribat:

sumetur Hecyra sexta † ex his fabula

sumetur **AF**: sumeretur **EGZ**: submeret **C**: simitur *Ritschl* | Hecyra *edd.*: hecira **A**: ħ ura **B**: he cyra **D**: aecyra **E**: echira **F**: hechira **G**: ecyra **Z** | sexta <a te> *Courtney* | ex his] ex hisce *Harius*: exilis *Bergk*: exclusast *Ritschl, alii aliter*

versus: senarius iambicus

4 (3 Mo., dubium)

SUET. vita Ter. 9 (Auctarium Donati): Scipionis fabulas edidisse Terentium † Volcacius (*Buecheler, RhMus 33, 1878, 492*: valgius **GA**^{2}: vallegius *codd.*) in actione (natione **TFV**: enumeratione *Leo*) ait:

hae quae <Terenti sex> vocantur fabulae,
cuiae sunt? non has iura qui populis dabat
honore summo affectus fecit fabulas?

W.M. Lindsay, ClQ 22, 1928, 128

1 hae **AFV**: he **T**: tuae *Windischmann* | <Terenti sex> *Courtney*: tuae, <Terenti> q. *Fleckeisen*| fabulae <Terenti opus> *Buecheler*: f. <Terentii> *Buechner* || **2** iura qui *Ritschl*: qui iura *codd.* | populis dabat] p. retentibus d. **A**: recensentibus **TFV** || **3** honore summo *Erasmus*: summo honore *codd.*: summo <ille> honore *Ritschl*

versus: senarius iambicus

Q. VALERIVS SORANVS

(*ca. 130 – 82*)

(Helm, R., RE VIII A 1, 1955, 225 sq. s.v. Q. Valerius Soranus n. 345)

Courtney p. 65 sqq.

Alfonsi, L., Sul fr. 3 di Valerio Sorano, Aevum 40, 1966, 373 sq.
–, L'importanza politico-religiosa della 'enunciazione' di Valerio Sorano (a proposito di CIL I, 1^2 337), Epigraphica 10, 1948, 81-89; 11, 1949, 47 sq.
–, Un incontro greco-latino: Valerio Sorano, in: Ἀρετῆς μνήμη. Ἀφιέρωμα ... τοῦ Κ. Ι. Βουρβέρη. Μελετήματα καὶ ἔρευν. 35, Athenae 1983, 213-217.
Bardon I 181-183
Cichorius, C., Zur Lebensgeschichte des Valerius Soranus, Hermes 41, 1906, 59-68
Della Corte, F., Per l'identità di Valerio Edituo con Valerio Sorano, RFIC 63, 1935, 68-70
Ferri, G., Valerio Sorano e il nome segreto di Roma, Studi e Materiali di storia delle religione, 31, 2007, 271-303
Granarolo^1 278-360
Köves-Zulauf, T., Die Ἐπόπτιδες des Valerius Soranus, RhMus 113, 1970, 323-358
Leo^2 431 sq.
Murphy, T., Privileged knowledge: Valerius Soranus and the secret name of Rome, in: Barchiesi, A. (et al., edd.), Rituals in ink, Potsdamer Alt.w. Beitr. 10, Stuttgart 2004, 127-137
Préaux, J., L'hymne à Jupiter de Valérius de Sora, in: Hommages à M. Delcourt (Coll. Latomus 114), Bruxelles 1970, 182-195

Vita:

Cic. de or. 3, 43: nostri minus student litteris quam Latini. tamen ex istis, quos nostis, urbanis, in quibus minimum est litterarum, nemo est, quin litteratissimum togatorum omnium, Q. Valerium Soranum, lenitate vocis atque ipso oris pressu et sono facile vincat.

Cic. Brut. 169: Q. D. Valerii Sorani, vicini et familiares mei, non tam in dicendo admirabiles, quam docti et Graecis litteris et Latinis.

Plin. nat. 3, 65: Roma ipsa, cuius nomen alterum dicere arcanis (<nisi> *add.*

Mommsen) caerimoniarum nefas habetur, optimaque et salutari fide abolitum enuntiavit Valerius Soranus luitque mox poenas.

Plut. aet. Rom. 61 (278 F): διὰ τί τὸν θεὸν ἐκεῖνον, ᾧ μάλιστα τὴν Ῥώμην σῴζειν προσήκει καὶ φυλάττειν, εἴτ' ἐστὶν ἄρρην εἴτε θήλεια, καὶ λέγειν ἀπείρηται καὶ ζητεῖν καὶ ὀνομάζειν. ταύτην δὲ τὴν ἀπόρρησιν ἐξάπτουσι δεισιδαιμονίας, ἱστοροῦντες Οὐαλέριον Σωρανὸν ἀπολέσθαι κακῶς διὰ τὸ ἐξειπεῖν.

Serv. Verg. Aen. 1, 277 (103 Th): urbis enim illius verum nomen nemo vel in sacris enuntiat. denique tribunus plebei quidam Valerius Soranus, ut ait Varro et multi alii, hoc nomen ausus enuntiare, ut quidam dicunt, raptus a senatu et in crucem levatus est, ut alii, metu supplicii fugit et in Sicilia comprehensus a praetore praecepto senatus occisus est.

Plut. Pomp. 10, 7: Γαίος δ' Ὄππιος ὁ Καίσαρος ἑταῖρος ἀπανθρώπως φησί Κοΐντῳ Οὐαλερίῳ χρήσασθαι τὸν Πομπήιον. (8) ἐπιστάμενον γὰρ, ὥς ἐστι φιλόλογος ἀνὴρ καὶ φιλομαθὴς ἐν ὀλίγοις ὁ Οὐαλέριος, ὡς ἤχθη πρὸς αὐτὸν, ἐπισπασάμενον καὶ συμπεριπατήσαντα καὶ πυθόμενον, ὧν ἔχρῃζε, καὶ μαθόντα προστάξαι τοῖς ὑπηρέταις εὐθὺς ἀνελεῖν ἀπαγαγόντας.

Opera:

Plin. nat. praef. 33: quid singulis contineretur libris, huic epistulae subiunxi ... hoc ante me fecit in litteris nostris Valerius Soranus in libris, quos ἐποπτίδων inscripsit.

EPOPTIDES

1 (2 Mo., 1 Co.)

Varro ling. Lat. 10,70: Accius ... in tragoediis (*TRF³ p. 262*) largius a prisca consuetudine movere coepit et ad formas Graecas verborum magis revocare, a quo Valerius ait:

Accius Hectorem nollet facere, Hectora mallet

Köves
nollet] nolet et malet *Ribbeck ex cod. Hauniensi*
versus: hexameter dactylicus cum prosodia Hectōrem *et* Hectŏra.

2 (4 Mo., 2 Co.)

Aug. civ. 7, 9: quosdam versus Valerii Sorani exponit ... Varro in eo libro, quem ... de cultu deorum scripsit; qui versus hi sunt:

Iuppiter omnipotens regum rerumque deumque
progenitor genetrixque, deum deus unus et omnes

cf. 7, 11, 24 et 7, 16, 12. cf. Mythogr. 3 p. 152 Bode, qui v. 1 rerum regumque repertor *et v. 2* idem *pro* omnes *habet Leo 432; Orph. fragm. 93 Kern; Préaux 182 sqq.*

3 (3 Mo.)

VARRO ling. Lat. 7, 65: scruppedam ... Valerius a pede ac scrupea.

Alfonsi

frg. 3-7 versus non esse putat Courtney

4 (5 Mo.)

PLIN. nat. praef. 33: *cf. testim.*

Leo 432 n. 2; Köves-Zulauf 323 sqq.

5 (6 Mo.)

PLIN. nat. 3, 65 et PLUT. aet. Rom. 61 (278 F): *cf. testim.*

6 (7 Mo.)

GELL. 2, 10, 3: flavisas. eas dici Varro aestimat, quos Graeci thensauros vocant, in epistula quam ad Servium Sulpicium dedit: Q. Valerium Soranum solitum dicere ait, quos 'thesauros' Graeco nomine appellaremus, priscos Latinos 'flavissas' dixisse, quod in eos non rude aes argentumque, sed flata signataque pecunia conderetur.

cf. Non. 161 L: 'flavisas'; 162 L: 'flavissas'

quae non solum dixisse, sed etiam in libris posuisse Valerium verisimile est (Mor.).

7 (1 Mo.)

VARRO ling. Lat. 7, 31: apud Valerium Soranum:

vetus adagio est, o Publi Scipio ...

Cichorius 59 sqq.; Leo[2] 431, n. 4

Leo versum non esse putavit

Morel	Bue./Bl.	Morel	Bue./Bl.	Morel	Bue./Bl.
1	7	4	2	7	6
2	1	5	4		
3	3	6	5		

T. QUINCTIVS ATTA

(*– 77 a.Chr.n.*)

(Gundel, G., RE XXIV, 1963, 1010 sq. s. v. T. Quinctius Atta n. 21)

Courtney p. 69

Bardon I 52 sq.
Henriksson, K.-E., Griechische Büchertitel in der römischen Literatur, Helsinki 1956, 118 sqq.
Schanz – Hosius I § 53 a

VITA:
HIERON. chron. a Abr. 1940 = 77 a. Chr.: T. Quinticius Atta scriptor togatarum Romae moritur sepultusque via Praenestina ad miliarium II.

EPIGRAMMATA

NON. 298 L (202 M): crines ... feminino ... Atta in epigrammatis:

praeterea fusus resoluta crine capillus

fusus *Onions*: fusis (*cum* capillis) *M. Haupt*: tusis *codd.*: tum sit *L. Mueller*: lusit *Baehrens*: tuscis *Quicherat*

epigramma non Attae esse, sed alterius auctoris, cuius nomen post Atta *excidisset, suspicatur Courtney*

M. SEVIVS NICANOR

(*s. I a.Chr.n. ineunte*)

(Funaioli, G., RE II A 2, 1923, 2018 s.v. Sevius Nicanor n. 2; W. Kroll RE suppl. 7, 1940, 1212)

Courtney p. 144 sq.

Bardon I 186 sq.
Brewster, E.-B., On Suetonius De Grammaticis 5, ClPh 10, 1915, 84-87
Collart, J., Une victime de Varron, Marcus Nicanor, in: Mélanges offerts à A. Ernout, Paris 1940, 75-87
Della Corte, F., Marco Seio Nicanore, grammatico e poeta, RFIC 63, 1935, 240-243 (*Sevius Nicanor = Sueius*)
–, Suetonio, Grammatici e retori, 3. ed. Torino 1968, 82 sq.
Herrmann, L., La satura de M. Seius, AC 14, 1946, 257-261
Kaster, R.A., Studies on the text of Suetonius, Atlanta 1992, 54-59
Paratore, E., Una nuova ricostruzione del 'De Poetis' di Suetonio, Bari 1950, 329
Robinson, R. P., Ethologia or aetiologia in Suetonius De grammaticis c. 4 and Quintilian I, 9, ClPh 15, 1920, 370-379

SATVRA

SUET. gramm. 5 (9 Br): Sevius (**BLH**: Nevius **U**: Aevius **KT**: Servius **αE**: Saevius *codd. cett.*) Nicanor primus ad famam dignationemque docendo pervenit, fecitque praeter commentarios, quorum tamen pars maxima intercepta dicitur, saturam quoque, in qua libertinum se ac duplici cognomine esse per haec indicat:

Sevius Nicanor Marci libertus negabit.
Sevius post †huius† idem ac Marcus docebit.

sunt qui tradant ob infamiam quandam eum in Sardiniam secessisse ibique diem obisse.

Brewster; Citti 232 sq.

1 Sevius **BLHUQ**: Servius **αE**: Saevius *codd. cett. et* **G**^{2} | negabit *codd.*: negavit *Stephanus*: negabat *Schott* || **2** nicanor *add. in margine* **XNG**^{2} | libertus? negabit / Sevius Nicanor. Pothos isdem *Della Corte* | post hus (his) *vel* post huius *et sim. codd.*: Pothos *Della Corte*: Pothus *Robinson*: Postumus **K**, *Bergk* | idem ac] idem at **V**: isdem at **G**: is demac *ex* is demae **N** | Sevius Postumius tamen, idem ac Marcus, docebit *Traglia*: Sevius Postumianus (*Gronovius*) idem tunc *Courtney*

versus: hexameter dactylicus, sed v. 2 corruptus

PAPINIVS sive POMPILIVS sive POMPONIVS

(*s. I in. ?*)

(Schanz – Hosius I § 63 s. v. Pompilius (!))

Courtney p. 109

Ferraro, V., Casca e la sua 'pusa' nell'epigramma di Papinio (FPL, p. 54 Buechn. = p. 42 Mor.), in: DMP III 50-52
Leo^{2} 406 n. 3.

EPIGRAMMA

Varro ling. Lat. 7, 28: cascum significat vetus ... ostendit Papini epigrammation, quod in adolescentem fecerat Cascam:

ridiculum est cum te Cascam tua dicit amica,
  fili Potoni, sesquisenex puerum.
dic rusum pusam: sic fiet 'mutua muli',
  nam vere pusus tu, tua amica senex.

Prisc. GLK II 90: Pompilius (*Keil*: Pompnius **P**: Pomponius *codd.*) in epigrammate: tua ... senex.

Ferraro; Leo^{2}

1.2 tua … sesquisenex *Turn.*: dicit amici fili / potonis es ꝗ senex *codd.* | amica *edd.*: amici *codd., Pighi* || **1** Cascam *edd.*: cascam *Goetz-Schoell* || **2** fili] filia *Popma, Courtney* || **3** dic rusum pusam *Baehrens*: dicit pusũ puellã pusã *codd.*: dic tu illam pusam *Pantagathus*: dic pusum tu illam *Courtney* || **3-4** mutua … vere *Pantagathus*: mutua mulina vere *codd.*

cf. Pompili epigramma

VERSVS PVPIO ATTRIBVTI

(*s. I in.*)

(Gundel, H., RE XXIII 2, 1959, 1985 s.v. Pupius n. 2)

Courtney p. 307

Dahlmann^{2} 48-53

Ps. Acro ad Hor. epist. 1, 1, 67 (*lacrimosa poemata Pupi*): Pupius tragoedio-

graphus ita adfectus spectantium movit, ut eos compelleret ad lacrimas, unde distichon fecit:

flebunt amici et bene noti mortem meam:
nam populus in me vivo lacrimavit satis.

cf. Schol. Cruq. *ad loc.*

1 flebunt] fleant? *interr. Buechner* | bene noti] noti bene *Baehrens* || **2** in *om.* **Rb**

versus: senarius iambicus

A. FVRIVS ANTIAS

(*s. I. a.Chr.n.*)

(Skutsch, Fr., RE VII 1, 1910, 320 s.v. Furius n. 34)

Courtney p. 97 sq.

Alfonsi, L., Poetae novi, Como 1945, 16
Batstone, W.W., The fragments of Furius Antias, ClQ 46, 1996, 387-402
Bardon I 179-181
Broccia, G., Un frammento di Furio Anziate e un verso di Virgilio, RFIC 118, 1990, 43 sq.
Brugnoli[1], G., I tre Furi, in: Lanx satura N. Terzaghi oblata, Genova 1963, 95-100
Granarolo[1] 290-292, 327-330
Lucas, H., Die Annalen des Furius Antias, Philologus 92, 1937, 344-348
Mazzacane, R., I Furii Poemata in Nonio, Studi Noniani 11, Univ. di Genova, Fac. di Lettere, Genova 1986, 131-143

Vita:

Cic. Brut. 132: ex eo libro, quem de consulatu et de rebus gestis suis conscriptum molli et Xenophonteo genere sermonis misit (*sc.* Q. Catulus) ad A. Furium poetam familiarem suum.

Gell. 18, 11 *titulus*: Verba ex carminibus Furi Antiatis inscite a Caesellio Vindice reprehensa.

Opera:

Gell. 18, 11, 2: petulanter insciteque (*sc.* Caesellius Vindex), quod Furium, veterem poetam, dedecorasse linguam Latinam scripsit huiusce modi vocum

fictionibus ... (3) quae reprehendit autem Caesellius Furiana haec sunt ... (4) versus autem ipsos ex poematis Furianis, in quibus verba haec sunt, subdidi:

a. sanguine diluitur tellus, cava terra lutescit
b. omnia noctescunt tenebris caliginis atrae
c. increscunt animi, virescit volnere virtus
d. sicut fulca levis volitat super aequora classis
e. spiritus Eurorum viridis cum purpurat undas
f. quo magis in patriis possint opulescere campis

Broccia (*ad fr. b*)

a. Non. 194 L (133 M): lutescit honeste dictum. Furius poematis, tametsi auctoritatis sit ignobilis: sanguine ... lutescit, **b.** Non. 211 L (145 M): noctescere caecari. Furius poematis, etsi est auctoritatis incertae: omnia ... atrae, **c.** Non. 276 L (188 M): virescit, maiorum virium fit. Furius poematis: increscunt ... virtus, **f.** Non. 216 L (148 M): opuliscere ab opulento, dictum decore. Furius poematis: quo ... campis || **d.** *et* **e.** *cohaerere videntur*

b. tenebris **Fγ**: tenebras ■ || **c.** virescit *Non.*: virescunt *codd. Gell.* | virtus] vires virtus **O**[2]: vires vires virtus **X** || **d.** fulca *Pontanus*: fulica (folica **X**) *codd.*: sic fulica levius *Beloe* || **f.** magis **Fγ**: magis si sint ■ | opulescere] opuliscere *Non.*

Furii Annales poetae neoterico Furio Bibaculo adscriptos (fr. 7–14) Furii Antiatis esse affirmat Mazzacane

CN. MATIVS

(*s. I a.Chr.n. ineunte*)

(Kroll, W., RE XIV 2, 1928, 2211 sq. s.v. Matius n. 4)

Courtney p. 99 sqq.

Alfonsi[1] 26-29
Bardon I 161-163
Colombo, G., Cneo Mazio e la sua versione dell'Iliade, RIL 115, 1984, 141-159
Granarolo[1] 290-292, 327-330
Leo, F., Die römische Poesie in der sullanischen Zeit, Hermes 49, 1914, 161-195
Mazzarino, M., Due luoghi dell'Iliade nella traduzione di Gneo Mazio, Nuovi Annali della Fac. di mag. Univ. Messina 3, 1985, 1081-1092

Ronconi, A., Interpreti latini di Omero, Torino 1973, 35 sq. et 78
Tandoi DMP II 1985, p. VI sq.
Tolkiehn 85 sqq.
Traglia[1] 33-38 et 111-115 et Traglia[2] 80-88
Traglia[3], Interpretazioni neoteriche, ASNSP 2, 1977, 58-74
Traina[1], A., Ramenta philologica de vertendi ratione poetarum Latinorum, Mem. Accad. Patavina, Cl. di Sc. mor., Lettere ed Arti 74, 1961-1962
–[2], Matius fr. 7 Mor., MCr 8/9, 1973/74, 203-207
–[3], Mazio, fr. 6 Mor. Storia di un verso, in: PLF 35-42
Traina, A., Mazio, in: Enciclopedia Virgiliana III, Roma 1987, 409 sq.

Opera:

Ter. Maur. GLK VI 397, v. 2416: (*de Hipponacte*) hoc mimiambos Mattius dedit metro:/ nam vatem eundem est Attico thymo tinctum / pari lepore consecutus et metro.

ILIAS

Liber I

1

Varro ling. Lat. 7, 95: apud Matium:

corpora Graiorum maerebat mandier igni

maerebat *C.O. Mueller*: merebar **F**: maerebant *Scaliger*

Hom. Il. **A.** 56 κήδετο γὰρ Δαναῶν, ὅτι ῥα θνήσκοντας ὁρᾶτο

2

Varro ling. Lat. 7, 96: apud Matium:

obsceni interpres funestique ominis auctor

ominis *vulgo*: oms **F**

Hom. Il. **A.** 106 μάντι κακῶν, οὔ πώ ποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας

Liber VII

3

Gell. 7, 6, 5: Hyginus ... quid 'praepetes' essent ... se scire ratus est, Vergi-

lium autem et Cn. Matium (*Scaliger*: trimacium *codd.*), doctum virum, ignorasse, qui in septimo (*Carrio*: secundo **V**) Iliadis Victoriam volucrem 'praepetem' appellavit in hoc versu:

dum dat vincendi praepes Victoria palmam

vincendi] vincenti *edd. Gelli, J.F. et J. Gronov., Lunelli*[1] *147.*

Hom. Il. H 291 ὕστερον αὖτε μαχησόμεθ', εἰς ὅ κε δαίμων
ἄμμε *διακρίνῃ*, δώῃ δ' ἑτέροισί γε νίκην

Liber XII

4

Prisc. GLK II 334: 'celerissimus' pro 'celerrimus' superlativum protulerunt. Gn. Matius (matilius *codd. pler.*) in Iliade:

celerissimus advolat Hector

celerissimus *in lemmate*: caelerissimus **RDH**: celerimus **K** | haector **RDH**

Hom. Il. M 462 ὁ δ' ἄρ' ἔσθορε φαίδιμος Ἕκτωρ

Liber XV

5

Char. 150 B (117 K): 'acrum' tamen pro 'acrem' Cn. Matius Iliados XV, <ut> (*Keil*) Vindex A litterae libro I notat:

acrum

Hom. Il.; ex. gr. O 433 et 482 ὀξέϊ χαλκῷ

Liber XX

6

Diom. GLK I 345: 'hiare' et 'hietare' veteres dixerunt ... Cn. Mattius (attius *codd.*) vicensimo Iliados:

ille hietans herbam moribundo contigit ore

Leo 190 n.1; Mazzarino 1081-1088; Traina[3] 35 sqq.

moribundo] moribundus *Keil* | contigit *Leo*: tenet **B**: tenit **AM**: conterit *Baehrens*: continet *Tolkiehn*: continit *Traina*: contudit *Traglia*[3] *dub.*: tinniit *Spengel*: detinet *Keil*: deterit *Mazzarino*: demetit *susp. Courtney*

de numero libri dubitat Tolkiehn

cf. Hom. Il. Y 387, 393, 400, 412, 417 sq.

Liber XXI

7

Gell. 9, 14, 9: sic autem dies, dii a veteribus declinatum est, ut fames fami ... (14) Cn. Matius in Iliadis XXI:

altera pars acii vitassent fluminis undas

Traglia[2] 80 sqq.; Traina[2] 203 sqq.

vitassent] vitasset **X**: volvit se in *Traina*: mittunt *vel* mittit se in *Traglia*: misit se in *propos. Courtney*

Hom. Il. Ψ 3 τοὺς μὲν πεδίονδε δίωκε ...;
7 sq. ἡμίσεες δὲ ἐς ποταμὸν εἰλεῦντο

Liber XXIII

8

Gell. 9, 14, 15: idem Matius in XXIII (*Scaliger*: XIII *codd.*):

an maneat specii simulacrum in morte silentum?

Mazzarino 1088-1092

in morte] in nocte *Baehrens*: in chorte *Mazzarino*

Hom. Il. Ψ 103 ὢ πόποι, ἦ ῥά τίς ἐστι καὶ εἰν Ἀίδαο δόμοισι
ψυχὴ καὶ εἴδωλον

MIMIAMBI

versus fragmentorum 9-17: choliambus

9

Gell. 15, 25, 1: Cn. Matius, vir eruditus, in mimiambis suis non absurde neque absone finxit 'recentatur' pro eo quod Graeci dicunt ἀνανεοῦται, id est 'denuo nascitur atque iterum fit recens'. versus ... hi sunt:

iamiam albicascit Phoebus et recentatur
commune lumen hominibus [et] voluptatis.

Non. 246 L (167 M): 'recentari' honeste positum pro 'novari', quod est Graece ἀνανεοῦται. Matius: 'iamiam ... hominibus'.

Leo 190

1 iamiam] iam **X**[1]: nam **Z** | Phoebus *om. Nonius* || **2** lumen <et> *Baehrens* |

hominibus] omnibus *Scaliger* | [et] *secl. edd.* | et voluptatis *om. Non.* | voluptatist *L. Mueller*

10

Gell. 15, 25, 2: idem Matius in isdem Mimiambis 'edulcare' dicit, quod est 'dulcius reddere', in his versibus:

quapropter edulcare convenit vitam
curasque acerbas sensibus gubernare

Non. 152 L (106 M): 'edulcare' pro 'dulcius facere'. Mattius: 'quapropter ... gubernasse'.

Leo 190

2 curasque] plurasque *Nonius* | sensibus gubernare] senibus gubernasse *Nonius*

11 (13 Co.)

Gell. 10, 24, 10: '<die> quarto' autem Cn. Matius, homo inpense doctus, in mimiambis pro eo dicit, quod 'nudius quartus' nos dicimus, in his versibus:

nuper die quarto, ut recordor, et certe,
aquarium urceum unicum domi fregit.

Macrob. sat. 1, 4, 24: nec infitias eo lectum apud veteres 'die quarto'. sed invenitur hoc de transacto, non de futuro positum. nam Cn. Matius, homo inpense doctus, in mimiambis pro eo dicit, quod 'nudius quartus' nos dicimus, in his versibus: 'nuper ... fregit'.

Leo 191

12 (11 Co.)

Gell. 20, 9, 1–2: delectari mulcerique aures suas dicebat Antonius Iulianus figmentis verborum novis Cn. Matii, hominis eruditi, qualia haec quoque essent, quae scripta ab eo in mimiambis memorabat:

sinuque amicam refice frigidam caldo
columbulatim labra conserens labris.

1 sinuque **Fγ**: est nuque **δ** | refice *Scaliger*: reficere *codd.* || **2** columbulatim **FZ**: columbalatim **Q**: columbatim **γ**

fr. 12 cum 13 coniungit Courtney

13 (12 Co.)

GELL. 20, 9, 3: (*post fr. 12*) item id quoque iucunde lepideque fictum dictitabat:

iam tonsiles tapetes ebrii fuco,
quos concha purpura imbuens venenavit.

14

MACROB. sat. 3, 20, 5: grossi appellantur fici, quae non maturescunt. hos Graeci dicunt ὀλύνθους. Mattius:

in milibus tot [ficorum] non videbitis grossum

Tandoi p. VI sq.
[ficorum] *del. Bothe, in antecedentis versus fine collocavit Santenius*

15

MACROB. sat. 3, 20, 5: (*post fr. 14*) et paulo post ait:

sumas ab alio lacte diffluos grossos

ab alio *codd. dett.*: abasilio **NP**: a basilico **T**: ab almo *Baehrens* | grossos **TMR**: grossus **NPVF**

16

PRISC. GLK II 274: 'holus holeris, holero holeras'. Cn. Matius (*in nomine varie peccant codd.*):

meos hortulos plus stercoro quam holero ...

Tandoi DMP II p. VI
plus ... holero] plus stercoro, <ut scias>, quam holero *Leo, Morel*: quando holero stercoro plure *Baehrens* | quam] quom *Buechner, in fine* <vere> *susp.*
versus: *choliambici pars prior*

Dubiae originis

17

NON. 284 L (193 M): 'acinus' masculino M. Tullius de senectute (§ 52: acini vinaceo) ... et alii (et alius *Quicherat*: Mattius *L. Mueller*) obscurae autoritatis:

pressusque labris unus acinus arebat

M. Hertz, Opusc. Gell., Berlin 1886, 122

NINNIVS CRASSVS

(*s. I inc. ?*)

(Kroll, W., RE XVII 1, 1936, 633 sq. s. v. Ninnius n. 6)

Courtney p. 107

Bardon I 161 n. 8
Leo, F., Die römische Poesie in der sullanischen Zeit, Hermes 49, 1914, 161-195
Ronconi, A., Interpreti latini di Omero, Torino 1973, 37 et 78
Traglia, A., Poetae novi, Roma 1962

ILIAS

Liber XVI

1

Non. 762 L (475 M): 'fite' imperativo modo ... Crassus lib. XVI Iliados:

<o> socii, nunc fite viri

Citti 234

<o> *suppl. Iunius*, <nunc> *Scaliger*

Hom. Il. Π 270 ἀνέρες ἔστε, φίλοι

Liber XXIV

2

Prisc. GLK II 478: coniveo ... praeteritum tam in 'vi' quam 'xi' habuit. Ninnius Crassus in XXIIII (*Scaliger*: XXXIII *codd.*) Iliados:

nam non<dum> conivi oculos ego deinde sopore

Courtney 107

non <dum> *Traglia* | conivi <iam> *Baehrens* | *hiatus tolerabilis in caesura?*

Hom. Il. Ω 637 οὐ γάρ πω μύσαν ὄσσε ὑπὸ βλεφάροισιν ἐμοῖσιν

Naevii Cypriadis Iliadis fr. 1 sq. Ninnio Crasso ascribunt Baehrens et Bardon

NAEVII CYPRIA ILIAS

Courtney p. 108

Bardon I 162, n. 8
Bethe, E., Homer. Dichtung und Sage, Bd. 3, Leipzig – Berlin 1927
Granarolo[1] 290 n. 22
Leo, F., Die römische Poesie in der sullanischen Zeit, Hermes 49, 1914, 161-195
Tolkiehn 88
Traglia, A., Poetae novi, Roma 1962

Liber I

1

Char. 184 B (145 K): 'haec torques' ... itaque dixisse veteres Caper his exemplis docet: Naevius (nevius **N**: Ninnius *Scriverio praeeunte Baehrens*: Laevius *Schottium secutus Keil*) Cypriae Iliadis libro I:

collum marmoreum torques gemmata coronat

Bethe 191; Leo 190 n.2
Baehrens et Bardon Ninnio Crasso ascribunt

Liber II

2

Prisc. GLK II 502: Naevius (Ninnius *Scriverius et Hertz*: Laevius *G.I. Vossius*) in Iliadis secundo:

< ... > penetrat penitus thalamoque potitur

Tolkiehn 88 n. 1
penetrat] penitrat **GL**
Baehrens et Bardon Ninnio Crasso ascribunt

MANILIVS

(*s. I a.Chr.n. ineunte*)

(F. Münzer, RE XIV 1, 1928, 1115 s.v. Manilius 4, Schanz – Hosius I § 204.2; de eius persona dubia Suerbaum[2] § 151)

Courtney p. 110 sq.

Bardon I 177 sq.
Mommsen, Th., Manilius Sura, Aemilius Sura, L. Manlius, RhMus 16, 1981, 282-287
Maurenbrecher, B., Zu den Fragmenten römischer Dichter, BphW 19, 1899, 1307
Timpanaro[1], S., M. Tullio Cicerone, Della divinizazione, Milano 1988, 395
Timpanaro[2], S., Alcuni tipi di sinonimi in asindeto in latino arcaico e in età classica repubblicana, RFIC 116, 1988, 257-259
Timpanaro[3], S., Dall'Alexandros di Euripide all'Alexander di Ennio, RFIC 124, 1996, 63 sq.

VITA:

PLIN. nat. 10, 4: ... Manilius (Mamillius *codd.*) senator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo.

DIONYS. HAL. ant. Rom. 1, 19, 3: ὁ γὰρ ἐν Δωδώνῃ γενόμενος αὐτοῖς χρησμὸς, ὅν φησι Λεύκιος Μάλλιος (*Sylburg*: Μάμιος *codd.*) ἀνὴρ οὐκ ἄσημος αὐτὸς ἰδεῖν ἐπί τινος τῶν ἐν τῷ τεμένει τοῦ Διὸς κειμένων τριπόδων γράμμασιν ἀρχαίοις ἐγκεχαραγμένον, ὡδὶ εἶχε (*sequuntur 4 hexam.*). – *De persona Schanz-Hosius cf. supra p. 606.*

OPERA:

GELL. 3, 3, 1: *cf. Volcac. Sedigit. testimon.*

EPIGRAMMA

1

VARRO ling. Lat. 7, 28: cascum vetus esse significat ... Manilius quod ait:

Cascum duxisse cascam non mirabile est,
quoniam cariosas conficiebat nuptias

1 cascam *Morel, Dahlmann*: Cascam *Buechner* || **2** cariosas *Lachmann*: carioras *codd.*: Caron eas *Scaliger*: Charoneas *Scaliger*

versus: senarius iambicus

Ex incerti nominis libro

2

Varro ling. Lat. 7, 16: (*Lato*), ut scribit Manilius:

est Coe<o> creata Titano

<Lato> est *Baehrens* | Coeo creata *C.O. Mueller*: coecreata *codd.*

versus: fortasse pars senarii iambici

3

Varro ling. Lat. 7, 16: (*post fr. 2*) ut idem scribit:

Latona pariet casta complexu Iovis
Deliadas geminos

id est Apollinem et Dianam dii quod Titanis <Deli eos peperit *Spengel*> Deliadae eadem (eidem *Spengel*).

Maurenbrecher

1 pariet *Neue*: parit *codd.*: pariit *Scaliger*: peperit *Maurenbrecher, dub. Morel* || Deliadas *Lachmann apud Th. Mommsen, RhMus 16, 1861, 285*: delia deos *cod.*: delia dōs *Flor.*: deli deos *vulgo*

versus: senarius iambicus

3 a

Varro ling. Lat. 7, 16: (*post fr. 3*) eidem (*Spengel*: eadem *cod.*):

o sancte Apollo, qui umbilicum certum terrarum obtines

Cic. div. 2, 115: 'o .... terrarum obsides, unde superstitiosa primum saeva evasit vox fera' (ferae *Skutsch*)

Citti 235; Timpanaro[1] et [2] et [3]

cf. Eur. Or. 591 sq.: ὁρᾷς δ' Ἀπόλλων, ὃς μεσομφάλους ἕδρας
ναίων βροτοῖσι στόμα νέμει σαφέστατον

Ennio assignavit Ribbeck, Manilio Courtney, fragm. 2 – 3a ex tragoedia sumpta esse suspicatus

versus: octonarius iambicus

4 (fragmentum dubium)

Varro ling. Lat. 5, 32: Europa ab Europa Agenoris, quam ex Phoenice Manilius (*sic Bentinus*: manlius *codd.*) scribit taurum exportasse, quorum egregiam imaginem ex aere Pythagoras Tarenti <fecit *add. Pomp. Laetus*>.

5

Plin. nat. 10, 4: primus atque diligentissime togatorum de eo (*sc. phoenice*) prodidit Manilius (Mamillius *codd.*) ...: neminem extitisse qui viderit vescentem, sacrum in Arabia Soli esse, vivere annis DXL, senescentem casiae turisque surculis construere nidum, replere odoribus et superemori. ex ossibus deinde et medullis eius nasci primo ceu vermiculum, inde fieri pullum, principioque iusta funera priori reddere et totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem et in ara ibi deponere. (5) cum huius alitis vita magni conversionem anni fieri prodit idem Manilius (Mamilius **R**) ... fuisse eius conversionis annum prodente se P. Licinio Cn. Cornelio consulibus (*a. 97 a.Chr.n.*) ducentesimum quintum decimum.

Maurenbrecher

6

Arnob. adv. nat. 3, 38: novensiles ... deos novem Manilius (*sc. putat*), quibus solis ... Iuppiter potestatem iaciendi sui permiserit fulminis.

7

Fest. 450 L. (334 M.): sexagenarios <de ponte olim deiciebant,> cuius causam Mani<lius hanc refert, quod Roma>m qui incoluerint <primi Aborigines aliquem> hominem, sexaginta <annorum qui esset, immola>re Diti patri quot<annis soliti fuerint> eqs.

textum suppl. C.O. Mueller (post. Ursinum)

SVEIVS

(*s. I a.Chr.n.*)

(Kroll, W., RE IV A 1, 1931, 580 sq., s.v. Sueius)

Courtney p. 112 sqq.

Alfonsi[1] 27-28
Bardon I 186-189

Coletti, M.L., Sueius, Moretum fr. 1 Traglia, Studi e Ricerche dell'Istituto di Latino, Genova, 2, 1979, 57-79
Fiocchi, L., La nux mollusca di Sueio e Macrobio, Maia 42, 1990, 127-131
Granarolo[1] 278-360
Luiselli, B., Studi sulla poesia bucolica latina I, AFLC 28, 1960, 102 sqq.
Perutelli, A., Sueio fr. 1 Mor., in: DMP I 71-87
Pighi, G.B., Sui frammenti di Sueio, Egnazio, Gannio, RAIB 61, 1972/73, 108-111
Sparti, A., I Pulli di Sueio, in: Studi Noniani 5, Genova 1978, 299-311
Speranza, F., Scriptorum Romanorum de re rustica reliquiae coll. F. Speranza, vol. I: Ab antiquissimis temporibus ad aetatem Varronianam (Bibl. di Helikon VIII), Messina 1974, 56 sq.
Tandoi DMP II, p. VII sq.
Traglia[1] 43-46
Traglia[2] 80-88
Traina, A., Πτερὰ πυκνά. Storia di un omerismo, RFIC 107, 1979, 270

MORETVM

1

MACROB. sat. 3, 18, 11: huius rei idoneus adsertor est Sueius (suetius **TBV**), vir longe doctissimus, in idyllio quod inscribitur Moretum. nam cum loquitur de hortulano faciente moretum, inter cetera quae eo mittit et hoc pomum mitti ait his verbis:

admiscet <bacam>, basili<sca> haec <nomine> partim,
partim Persica (quod nomen fit denique) fertur
propterea, quod qui quondam cum rege potenti,
nomine Alexandro magno, fera proelia bello
in Persas tetulere, suo post inde reventu
hoc genus arboris in praelatis finibus Grais
disseruere, novos fructus mortalibus dantes.
mollusca haec nux est, nequis forte inscius erret.

Coletti; Fiocchi; Perutelli

1 admiscet <bacam> basili<sca> *Buechner*: admisce tuaca basilicis **NPbRF**: admisce (ac misce **M**) tua calia (cava **B'**: caba **M**) silicis **TMB'** | admiscet vacua in silice haec, nunc alia partim *Coletti* | bacas nucis, *Baehrens, Perutelli*: bacam, basileia *Speranza* | <nomine> *Buecheler*: nunc *codd.*: nunc <regia> *Baehrens*: nux <regia> *Perutelli* || **2** fit *Buecheler*: sit **B'V**: sic *cett.* || **4**

fere **TB'VRF** | bello] belli *Baehrens* || **5** suo … reventu] suom … reventum *mavult Baehrens* || **7** disseruere] dissevere *Ribbeck*

v. 8 cf. Plin. nat. 15, 30 et 86 sqq.

PVLLI

2

NON. 203 L (139 M): morsicatim. Sueius (*L. Mueller*: suis *codd.*) Pullis:

sic incedunt et [in] labellis morsicatim lusitant

de frg. 2 – 4 Sparti

[in] *Bothe* | sic … labellis] se incidunt, exin labellis *Baehrens*

versus: septenarius trochaicus

3

NON. 826 L (513 M): aspriter (*L. Mueller*: aspiter *codd.*) Sueius (*L. Mueller*: ueis *codd.*) Pullis:

ubi tu nequaquam cubares aspriter < … >

aspriter *Mueller*: aspiter *codd.* | <nec duriter> *suppl. Morel*

versus: septenarius trochaicus

4

NON. 101 L (72 M): assulatim, ut minutatim … Sueius (*L. Mueller*: vaeius *codd.*) Pullis:

escam hic iure inops pullo da †asscit† illae simul
assulatim †vis aias† sumit cibum

1 inops] inobs **B**[A] | da asscit illae] adscintille **LB**[A] | inops … illae] in os pullo dato fitillas *L. Mueller* || **2** vis aias] <in> vita ales *dubitanter Morel* || *alii aliter disposuerunt, mutaverunt, suppleverunt*

Lindsay: escam hic iure in os pullo datas
scitule, simul assulatim in viscera assumit cibum

Leo: escam hic tute in os pullo datas
scitule, simul assulatim dissicas: sumit cibum

Traglia[1]: scitule, simul assulatim vescens assumit cibum

versus incertus propter textum corruptum, sed septenarius trochaicus esse videtur

NIDVS

4 a

Char. 132 (7 B): gulam, ut Iulius Modestus ait, per u scribemus, non per y, ... ut Sueius ait in Nido (*Baehrens*: ut insuemur ait in nuro **N**: ut sue mus (*postea suprascr.* suecius) ait in mido **C**: ut suecius ait in Mido *Putsch ed. Charis. 1605*: ut in sue mure * ait in Nuro *Hertz*):

< … > inter se degularunt omnia

Citti 236

inter se *om.* **C**

Attae Ribbeck et Daviault, Titinio Guardì 94 et 180 ascribunt

versus: finis septenarii trochaici

Fragmenta incertae sedis

5

Varro ling. Lat. 7, 103: multa ab animalium vocibus tralata in homines, partim quae sunt aperta, partim obscura ... (104) minus aperta ... Suei a (*L. Mueller*: sueta **F**) <cicada> *post Stowasser, WSt 6, 1885, 38 suppl. Baehrens*: a<b irundine> *post Scaliger coni. Ribbeck*: Suei: a <merula> *Goetz–Schoell*: a <luscinia> *Tandoi p. VII*):

< ... > frendit e frunde et fritinnit suaviter

Tandoi

frendit e frunde *Traglia*: frendice frunde *codd.*: frendit ec frunde *Stowasser*: frende ec frunde *Goetz–Schoell, Morel* | fritinnit *Stowasser*: fritinni *codd.*

versus: finis septenarii trochaici

6

Varro ling. Lat. 7, 104: Suei a ... (*Baehrens*: sues avoluerat **F**: sueti a volucribus *C.O. Mueller*):

† ita tradedeq. inreneq.
in iudicium Aesopi nec theatri trittiles

Citti 236 sq.

1 ita tradedeq. **F**: trade neque **B**: trude neque *Aldus* | in reneq. **F**: in rem eque **G** || **2** Aesopi *Aldus*: esopi **F** | ita tradet aeque in re<m> neque in iudicium Aesopi nec theatri trittiles *Kent*

fortasse de actore tragico Aesopo agitur, sed totus locus desperatus
versus incertus propter textum corruptum, sed septenarius trochaicus esse videtur

E carmine epico

Liber V

7

Macrob. sat. 6, 1, 37: Sueius in libro quinto:

< ... > redeunt referunt rumore petita secundo

<mox> redeunt *Morel, Gymn. 70, 1963, 558*: <tum> redeunt *Courtney* | referunt rumore petita *L. Mueller*: referunt petita rumore *codd.*: redeunt repetita ferunt r. s. *Courtney*
versus: edd. hexametrum dactylicum restituerunt

8

Macrob. sat. 6, 5, 15: Vergilius ... pro 'sagitta' 'volatile ferrum' ... Sueius in libro quinto ait:

< ... > volucrumque volatile telum

Traina
volucrumque] Volscumque *Baehrens* | telum] ferrum **T**: celum **A**
de avibus Stymphaliis poetam loqui censet Morel
versus: finis hexametri dactylici

LAEVIVS

(*s. I a.Chr.n. ineunte vel medio*)

(Kroll, W., RE XII 1, 1925, 452-454 s.v. Laevius n. 3)

Courtney p. 118 sqq.
Pi.[1] Pighi, G. B., Fragmenta lyricorum Romanorum, qui a Lucilio usque ad Vergilium fuerunt, Bologna 1960, 12
Tra.[1] Poetae novi ed. A. Traglia, Roma 1962, 46-58 et 119-127

Al.[1] Alfonsi[1]
Al.[2] –, Centauri di Levio, Dioniso 21, 1958, 3-5

Al.[3] –, Laeviana, Hermes 86, 1958, 354-360
Al.[4] –, Notes de lecture, Latomus 18, 1959, 800-802
Al.[5] –, Nota Leviana, Aevum 38, 1964, 383 sq.
Al.[6] –, Sul frammento dei Centauri leviani, Aevum 40, 1966, 544
Al.[7] –, Laeviana, Maia 20, 1968, 284-286
Al.[8] –, Ancora sul fr. 7 Traglia di Levio, Aevum 45, 1971, 337
Al.[9] –, Noterelle preneoteriche, Aevum 60, 1986, 38-40
Aragosti, A., DMP II 93-105
Bar.[1] Bardon I 189-195
Bar.[2] –, Catulle et ses modèles poétiques, Latomus 16, 1957, 614-627
Bart. Bartalucci, A., Analisi testuale del frammento di Levio sui filtri magici, in: DMP II 79-92
Becker, J., Zu Laevius, Philol. 6, 1851, 364 sq.
Ca. Castorina, E., Da Levio a Virgilio, GIF 2, 1949, 22-28
Cum. Cumino, M., Laev. 13: i papyrina terga, Quad del Dip. di filol. A. Rostagni, Bologna 2007, 79-86
De Nonno 241 sqq.
Dahlmann[2] 7-10
Fantuzzi, M., Levio, Saffo e la grazia delle fanciulle lidie (Laev. fr. 18), in: Studia classica I. Tarditi oblata, Milano 1995, I 340-347
Fra. Frassinetti, P., La Protesilaudamia di Levio, in: PLF 315-326
Gal. Galasso, L., Laevius, fr. 22 Blänsdorf, in: Gioffi, M., Il dilettoso monte, Milano 2004, 29-38
Gos. Goossens, R., Les Centaures de Laevius, Latomus 10, 1951, 419-424
Gran.[1] Granarolo[1] 286-289, 316-326
Gran.[2] Granarolo[2]
Gran.[3] –, A propos des liens entre lyrisme, théâtre et satire aux époques de Laevius et de Catulle, Latomus 32, 1973, 581-586
Havet, L., Laeviana, Rev. Philol. 15, 1891, 6 sqq.
Ingallina, S., Una nota su Levio fr. 27, 3 Traglia, in: Studi ... in onore di G. Monaco, Palermo 1991, II 643-653
La. Lammert, F., Laevius Melissus?, Hermes 62, 1927, 251-253
Leo[1] et Leo[2]
Leo[3] 161-195
Lu. Lunelli[1]
Mar. Marconi, G., Sull'attribuzione a Levio di quattro versi dell'Ino, RCCM 5, 1963, 131-145

Mari Mari, L., Tardigenuclus (Laevius fr. 8 Mor.), in: Traina, A. (ed.), Studi sulla lingua poetica latina, Roma 1967, 103-112

Mir. De la Ville de Mirmont, H., Études sur l'ancienne poésie latine, Paris 1903, 270-345

Mueller, L., Q. Valerii Catulli Veronensis liber, accedunt Laevii, Calvi ... reliquiae, Lipsiae 1870, 77.

No. Norden, E., Dreieck. Ein Beitrag zur Geschichte des Fremdwörtergebrauchs im Altertum, NJbb N.F.1, 1925, 35-46 et 320

Passalacqua, M., Tre testi grammaticali bobbiesi (GL V 555 sq.; 634-654; IV 207–216 Keil), ed. crit., Roma 1984.

Pas. Pastore Polzonetti, G., L'Alcesti di Levio, in: DMP II, 59-78

Perutelli, A., Spunti dalla lirica di Levio, in: Lirica greca e latina, AION 12, 1990, Roma 1992, 257-268

Pi[2]. Pighi, G.B., in: Misc. di Studi Alessandrini in memoria di A. Rostagni, Torino 1963, 556

Schwindt, J.P., Hektors Hände oder von den Tücken des versteckten Sinns (Laevius, FRG 4), ZPE 126, 1999, 83-87

Temp[1] Tempesti, A.M., Osservazioni metrico-stilistiche su Levio, SRIC 7, 1986, 181-199

Temp[2] -, Una commensale a sorpresa e due date in Levio, Civ. class. e crist., Genova, 9, 1988, 7-25

Tra.[2]

Tra.[4] Traglia, A., Polimetria e verba Laeviana, SCO 6, 1957, 82-108

Traina, A., Forma e suono. Ricerche di storia della lingua latina 14, Roma 1977, 46-49

Weichert, A., Poetarum Latinorum Hostii, Laevii ... reliquiae, Lipsiae 1830, 44

Opera:

Porph. Hor. c. 3, 1, 2: Romanis utique non prius audita quamvis Laevius lyrica ante Horatium scripserit; sed videntur illa non Graecorum lege ad lyricum characterem exacta.

Auson. cento nupt. 4 (p. 146 Sch., 218 P, 139 Gr.): nam quid Anniani Fescenninos, quid antiquissimi poetae Laevii Erotopaegnion libros loquar?

Gell. 19, 9, 7: nam Laevius inplicata et Hortensius invenusta et Cinna inlepida et Memmius dura ac deinceps omnes rudia fecerunt atque absona.

EROTOPAEGNIA

Liber II

1

Non. 175 L (121 M): 'hostire' offendere, laedere (cedere *codd.*: caedere *Buechner*). Laevius (*Mercerus*: Pacuvius *cod.*) erotopaegnion libro II:

numquod meum admissum nocens
hostit voluntatem tuam?

Gran.[2] 120 sqq., Leo[2] 182 n. 2 et 187 n. 7; Temp[1]

1 numquod *Baehrens*: hunc quod *codd.* (nunc quod *anonymus ap. Bentinum*) | admissum *vi substantivi usurpatum hic primum occurrere monet Morel*

versus: dimeter iambicus

Liber III

2

Prisc. GLK II 484: a 'decresco' quoque 'decretum' Laevius protulit in III erotopaegnion:

nocte dieque decretum et auctum

Gran.[2] 114 sq.; Leo[2] 519 n. 2

<mare> nocte *Pighi*

versus incertus; versus epodicos agnovit Leo, partem priapei Courtney, quod negat Mariotti in rez. Courtney 207

Liber IV

3

Prisc. GLK II 560: 'memini meminens'. Laevius (Livius **R**) erotopaegnion in IIII:

meminens Varro corde volutat

Becker; De Nonno; L. Mueller; No. 39 ann. 2; Passalacqua; Weichert

Varro] raro *Becker (?) ap. L. Mueller*: vario *Baehrens*

versus: dimeter anapaesticus

Liber V

4

PRISC. GLK II 536: 'plecto plexi' antique. Laevius (Livius **R**) in V erotopaegnion:

te Andromacha per ludum manu
lascivola ac tenellula
capiti meo trepidans, libens,
insolita plexit munera

Leo[2] 186; Schwindt; Temp[1]

1 per ludum **RB**: perdudum **DHGLK** || **4** insolita plexit munera *ed. Priscian., Venetiis 1485*: insolito plexi munere *codd., def. Lunelli[1] 103*

versus: dimeter iambicus

Hector coronam alloquitur, quam ei plexerat Andromacha (Havet, Leo)

Liber VI

5

CHAR. 265 B (204 K): 'lasciviter' Laevius Ἐρωτοπαιγνίων VI:

lasciviterque ludunt

Havet 6 sqq. fr. 5 post fr. 14 collocavit.

versus anacreontius?

6 (23 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

GELL. 2, 24, 8: huius legis (*sc. Liciniae*) Laevius poeta meminit in erotopaegniis. verba Laevii haec sunt, quibus significat haedum, qui ad epulas fuerat allatus, dimissum cenamque ita, ut lex Licinia sanxisset, pomis holeribusque instructam:

lex Licinia introducitur
lux liquidula haedo redditur

Gran.[2] 189; Havet 8; Tra.[1] 54; Aragosti; Temp[1] et[2]

1 Licinia] Licini *susp. Traglia* || **2** liquidula *Leo* : liquida *codd., cf. Lucr. 4, 1259 (quod ad defend.* līquida *non sufficit)*

versus: dimeter iambicus

7 (24 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Non. 193 L (133 M): 'latibulet' et 'latibuletur' pro lateat. Laevius (*Mercerus*: nevius *codd.*) Erotopaegnio[n]:

nocte ut opertus amictu
latibulet

Gran.[2] 114; Al.[9] 38

2 latibulet *ed. Bas.*: latibuletur *codd.*, *defendit Courtney*: latibulet vir *Morel*: latibulet fur *Alfonsi*

versus incertus, sed dactylicis vel anapaesticis similis

PHOENIX (*Erotopaegnion carmen ultimum*)

8 (22 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Char. 375 B (288 K): et solent esse summi pterygiorum senum denum, sequentes quinum denum, quales sunt in pterygio Phoenicis Laevii novissimae odes Erotopaegnion:

Venus < o > amoris altrix, genetrix cupiditatis,
mihi quae diem serenum hilarula praepandere cresti
opseculae tuae ac ministrae
....
etsi ne utiquam quid foret expavida gravis
dura fera asperaque famultas potui dominio
accipere superbo ...

Al.[1] 167 sqq.: Leo[2] 184; Tra.[4] 107

1 Venus <o> *Morel*: <o> Venus *Leo* || **4** expavida *codd. Char. 375*: expavita *Baehrens*: experta *L. Mueller* || **5** dominio <ego> *L. Mueller*: domnio in *Baehrens* || **6** superbo <tuo> *Morel* (*sed cf. Knoche*[1] *694*): <sub> superbo *Courtney*

versus: v. 1-3 decem ionici a minore vel anaclastici (anacreontii), v. 4-6 novem ionici a maiore

ADONIS

9 (6 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Prisc. GLK II 269: 'humus humi': hoc etiam neutrum in 'um' desinens invenitur apud veteres ... servavit Laevius (Livius **RAH**) in Adone:

humum humidum pedibus fodit

Citti 237 sq.; A. Gudeman in: ThLL 6, 992, 79 sqq.; Temp[1]
humum humidum] humum umidum *Traina*: humi dum **H**
versus: dimetrum iambicum dispexit Courtney

ALCESTIS

10 (7 Bue., 7 Traglia, p. 123 Co.)

Gell. 19, 7, 2: ... cum ad eum cenassemus et apud mensam eius audissemus legi Laevi Alcestin ... figuras habitusque verborum nove aut insigniter dictorum in Laeviano illo carmine ruminabamur.

11 (8 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Gell. 19, 7, 3: erant autem verba, quae tunc suppetebant, huiuscemodi:

corpore pectoreque undique obeso ac
mente exsensa, tardigenuclo
senio obpressum.

obesum hic notavimus proprie magis quam usitate dictum pro exili atque gracilento.

Non. 573 L (361 M) 'corpore .... tardi ingenulo (**L**: ingenio *rell.*) ... obpressum'

Mari; Pas. 62

1 undique *om.* **Q** | ac *del. Scaliger* || **2** mente exsensa **F**γ: mente extensa δ: merito exeso *Non.*: mente exesa *Leo*: mento extenso *Lindsay* | tardigenuclo *L. Mueller*: tardigemulo *codd. Gellii*: tardi ingenio *codd. Nonii* || **3** senio *Gellius*: senis *Non.* (*om.* obpressum)

versus: dimeter anapaesticus

12 (7 et 9 Bue., 7 Traglia, 9 Co.)

Gell. 19, 7, 4–16: item notavimus quod 'oblitteram' gentem pro oblitterata dixit (*sc.* Laevius); item quod hostis qui foedera frangerent 'foedifragos' non foederifragos dixit; item quod rubentem auroram 'pudoricolorem' appellavit et Memnonem 'nocticolorem'; item quod forte 'dubitanter' ('forte' dubitanter *dist. Carrio*) et ab eo quod est sileo 'silenta loca' dixit et 'pulverulenta' et 'pestilenta' et quod 'carendum tui est' pro te quodque 'magno impete' pro impetu; item quod 'fortescere' posuit pro fortem fieri quodque 'dolentiam' pro dolore et 'avens' pro libens; item 'curis intolerantibus' pro intolerandis,

quodque 'manciolis' inquit 'tenellis' pro manibus et 'quis tam siliceo ...?' (*lac. stat. Dziatzko*); item 'fiere' inquit 'inpendio infit', id est fieri inpense incipit; quodque 'accipitret' posuit pro laceret ... cetera enim, quae videbantur nimium poetica ... praetermisimus; veluti fuit quod de Nestore ait 'trisaeclisenex' et 'dulciorelocus' item, quod de tumidis magnisque fluctibus inquit 'multigrumis' et flumina gelu concreta 'tegmine esse onychino' dixit. ... (16) et quae multiplica ludens composuit, quale illud est quod vituperones suos 'subductisupercilicarptores' appellavit.

Al.[8] 337; Gran.[2] 123 sqq.; Pas. 67

subductisupercilicarptores *Weichert*: subducti supercilii (*duo verba iungit* **X**) carptores **ω**: vituperones subducti supercili carptores *Mirmont, Baehrens*

CENTAVRI

13 (10 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Fest. 226 L (206 M): petrarum genera sunt duo, quorum alterum naturale saxum prominens in mare ... Laevius in Centauris:

> ubi ego saepe petris

Al.[2] 3 sqq.; Al.[3] 554; Al.[6]; Gos. 419 sqq.; Tra.[4] 91

ego saepe] echo saepta *Scaliger* | petris <tectus> *Gos.*

versus incertus

HELENA

14 (11 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Macrob. sat. 6, 5, 1: multa quoque epitheta apud Vergilium sunt, quae ab ipso ficta creduntur, sed et haec a veteribus tracta monstrabor ...7 et ut composita subiungam ... 10 Laevius (*Ribbeck*: livius *codd.*) in Helena:

> < ... > tu qui permensus ponti maria alta
> velivola

Leo[2] 181 n. 2

alta <carina> *L. Mueller*:

versus: duos Reizianos sep. Tra.[4] et Gran.[1] 320 adn. 46, tetrametros dactylicos Courtney post tu qui *distinguens*

INO

15 (12 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Prisc. GLK II 281: vetustissimi etiam 'praecipis' genetivum ... Laevius in (in *om.* **R**) Inoe:

<se>seque in alta maria praecipem <misit>
impos <et> aegra sanitatis herois

1 <se> *Scaliger* | <misit> *suppl. Scaliger, post* sanitatis (*v.* 2) *Courtney* || **2** impos] inops *Scaliger*: <animi> impos *Baehrens* | <et> *Scaliger* | sanitatis] satinitatis **A** | herois] hero* ris ($\mathbf{R}^2$) **D**: aeroes **GL**: aerois est **K** || **1–2** *textum traditum def. Lunelli*[1] *109 sqq.*

versus: dimetros trochaicos dispexit Courtney: seque ... praecipem / impos ... sanitatis / <misit> herois

fr. 32 quoque Inonis esse demonstrat Courtney 128

PROTESILAVDAMIA

16 (13 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Schol. Veron. Verg. Aen. 4, 146 (430 H): 'pictos' stigmosos ut 'pictosque Gelonos' (*georg. 2, 115*). in Protesilaudamia:

fac papyrin<a ... > haec terga habeant stigmata

Fra. 315 sqq.

papyrin<a> *Leo*: papyrin *codd.*: papyri n<ostrae flagris> haec *Baehrens*: papyrin<a> haec *Cum.*

versus: finem et initium versuum sotadicorum agnovit Courtney ante haec terga *distinguens*

17 (14 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Non. 309 L (209 M): 'iocus' genere masculino ... neutro Laevius Protesilaudamia:

tunc inruunt, cachinnos,
ioca, dicta risitantis

Fra 315 sqq. cf. ad fr. 5

1 tunc *Leo*[2]: eunt *vel* iunt *codd.:* in eum *G.I. Vossius* || **2** risitantis $\mathbf{F}^3$: riisi-

tantis *codd.*, *cf. A. Traina, Latinitas 1, 1953, 131-136*: missitantes *Bothe*: fusitantis *Havet*

versus anacreontius

18 (15 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

PRISC. GLK II 242: vetustissimi ... hoc quoque (*i.e.* quies) secundum supra dictam proferebant declinationem ... Laevius (*Osann*: nevius *vel* nevio *codd.*) in Protesilaodamia (*Putsch*: prochessilao lauodamia **K**: laudamia **BDH**):

complexa somno corpora
operiuntur ac suavi quie
dicantur

Fra. 315 sqq.; Temp[1]

2 <ad>operiuntur *Osann*: †operiuntur *Morel* (*synaphiam gl*)

versus: dimetrum iambicum cum synaphia ope-/riuntur *agnovit Courtney*

19 (16 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

GELL. 12, 10, 5: Laevius, ut opinor, in Protesilaodamia:

claustritumum

dixit, qui claustris ianuae praeesset, eadem scilicet figura, qua 'aeditumum' dici videbat, qui aedibus praeest.

versus incertus

20 (17 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

NON. 166 L (116 M): 'gracilitudo' et 'gracilens' pro gracilis et 'gracilletum' pro gracili et 'gracilium' (et gracilens ... gracilium *secl. Onions*) pro gracilitas ... Laevius (*Osann*: nevius *vel* nevio *codd.*) Protesilaodamia:

† gracilenticolorem
dum ex hoc gracilens fit

1 gracilenticolorem] gracilenti colorem *Lindsay*: gracilentis colorem *Courtney* || **2** dum] idem *G.I. Vossius duo fragmenta efficiens* | gracilens *ed. Ald., Lindsay, cf. M. Leumann, ThLL 6, 2, 2129*: gracilans *codd.*

versus: duo reizianos vel anapaesticos Vossium secutus agnovit Courtney

21 (18 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Prisc. GLK II 496: 'pellicui' quoque pro 'pellexi' veteres protulerunt. Laevius in Laudamia:

aut
nunc quaepiam alia te ilico
Asiatico ornatu affluens
aut Sardiano aut Lydio
fulgens decore et gratia
pellicuit

Lex. Vat. (apud Maium auct. class. VIII 305):

quaepiam te mulier Lydio fulgens ornatu et gratia pellicuit

l. c. 416:

quaepiam te Lydio fulgens decore et gratia pellicuit

Fantuzzi; Fra 315 sqq.; Temp[1]

1 ilico *Tandoi post Osann et Knoche*[1]: illo *codd.* | **1-2** aut … ilico: aut nunc alia te quaepiam illo *Traglia post Scalig.*: aut nunc quaepiam alia te puella *Leo, Morel* | alia de Ilio *Weichert, Baehrens*: alia te Ilio *G.I. Vossius* || **3** ornata] ornāta **D** || **4** sardiano] sardanio **G** | aut Lydio *edd.*: aclydio **H**: aclidio **DG**: aclidia **L**: lydeo **R** || **5** fulgens] fugens **H** | decore] decoro **D** | gratia *lex. Vat.*: gloria *codd. Prisc.*

versus: in versione Prisciani dimeter iambicus

22 (19 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Prisc. GLK II 484: 'obeo' 'obitus' ὁ τεθνεώς … Laevius in Protesilao:

cupidius miserulo obito

Gal.

cupidius] cupidus **L** | miserulo] misserulo **G**

versum trochaicum susp. Courtney

SIRENOCIRCA

23 (20 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Prisc. GLK II 302: (*de vocativis in -ie terminantibus*) Laevius (*edd.*: levius **RBGLK**: livius **AH**) in Sirenocirca:

nunc, Laertie belle, para
ire Ithacam

1 Laertie] laertiae **RA**: lartiae **D**: lertiae **HK**: lertie **BLK**: Lertie *Baehrens* | belle **B**: velle *rell. codd.*: vela *Hermann* | *post* para *dist. Courtney*

versus dactylicos agnovit Leo, alcmanicos Courtney

24 (21 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

NON. 173 L (120 M): hippocampi, equi marini ... et est Graecum ... Laevius (*Hermann*: n(a)evius *codd.*) Sirenocirce:

delphine cinctis vehiculis
hippocampisque asperis

Gran.² 164 sqq.; Leo² 180 n.1; Pi²

delphine *Pighi² propter metrum*: delphino *codd.* | cinctis] iunctis *Scaliger* | vehiculis] vehiclis *Granarolo* | *post* vehiculis *sep. Courtney*

versus: dimeter iambicus et dimeter trochaicus catal. (lecythion)

Fragmenta sedis incertae

25 (25 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

FEST. 334 L (270 M): 'rediviam' quidam, alii reluvium appellant, cum circa unguis cutis se resolvit ... et Laevius (*Scaliger*: livi *codd.*):

scabra in legendo reduviosave offendens

versus: choliambus

26 (26 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

MACROB. sat. 3, 8, 3: putant eandem (*sc.* Venerem) marem ac feminam esse. Aristophanes eam Ἀφρόδιτον appellat. Laevius (*Scaliger*: laevinus *codd.*) etiam sic ait:

Venerem igitur almum adorans
si femina sive mas est,
ita uti alma Noctiluca est

Gran.² 90

1 adorans] adora *Baehrens* || **2** si ... sive *Leo*: sive ... sive *codd., Morel*;

seu ... isve *M. Haupt, L. Mueller*: si ... si *Baehrens* || **3** uti] ut *Morel* | alma] alba *L. Mueller*: alta *Baehrens*

versus anacreontius

27 (27 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Apul. apol. 30: unum etiam poetam Latinum attingam, <en> versus ipsos, quos agnoscent qui Laevium (*Lipsius*: lelium *codd.*) legere:

philtra omnia undique eruunt:
antipathes illud quaeritur
trochisci, iunges, taeniae,
radiculae, herbae, surculi,
saurae inlices, bicodulae
hinnientium dulcedines.

Bartalucci; Ingallina; Temp[1]

1 *post* **2** *traiecit Salmasius* | eruunt] irruunt *Salmasius*: adruunt *Baehrens* || **3** antipathes *edd.*: antiphates *codd.* || **3** trochisci *Leo, Mariotti rez. Courtney 208*: trochiscili **φ**, *Scaliger, Bartalucci*: trochus pili *Salmasius*: trochi scyphi *Baehrens* | iunges] ungues **φ**: unges **F**: iynges *Scaliger, Leo*: ungues *edd., Courtney*: luchnus *Bartalucci* || **5** saurae] sauri *Salmasius* || **6** hinnientium *Casaubonus*: hinnientum *codd.*

versus: dimeter iambicus secundum Courtney cum synaphia v. 5-6 bicodulae hin-nientium

28 (28 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Caes. Bass. GLK VI 261: reliqua pars hendecasyllabi 'lepidum novum libellum' anacreonteon facit metron octo syllabarum iambicum ab anapaesto incipiens, quale est illud apud Laevium (lepidum *codd.*, *sed p. 262* ex Laeviano metro):

mea Vatiena, amabo

Gran.[2] 81; Tra.[1] 56

versus: anacreontii initium

29 (29 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

Fronto ep. ad Caes. 1, 1, 5 v.d.Hout: praestigiae nullae tam versutae, nulla, ut ait Laevius,

decipula
tam insidiosa.

nulla decipula tam insidiosa *Laevi verba esse putant Naber, Baehrens, van den Hout, nihil nisi* decipula *Leo, Traglia*

30 (31 Baehrens, 30 Mo.-Bue., Traglia, Co.)

PRISC. GLK II 258: 'versi' pro 'versus'. Laevius (*codd.*: Livius **R**[2]) in Polymetris:

omnes sunt denis syllabis versi

Leo[2] 185; Tra[4] 107 sq.
versus: pentameter iambicus? post syllabis *distinguendo Keil dimetrum iambicum effecit*

31 (32 Baehrens, Mo., 31 Bue., Traglia, 32 Co.)

MACROB. sat. 1, 18, 16: Liber a Romanis appellatur, quod liber et vagus est, ut ait Laevius (*Scaliger*: nevius *codd.*):

hac qua sol vagus igneas habenas
immittit propius iugatque terrae

Dahlmann[2] 7-10; Gran.[2] 416 sqq.
2 propius] proprius **MB**
versus: hendecasyllabus

32 (p. 327, 2 Baehrens, 32 Bue., Traglia, 12a Co.)

TER. MAUR. GLK VI 383, v. 1931: Laevius (Livius *codd.*) ille vetus Graio cognomine suae / inserit Inoni versus puto, tale docimen./ praemisso heroo subiungit namque miuron / hymnum quando chorus festo canit ore Triviae:

et iam purpureo suras include cothurno,
balteus et revocet volucres in pectore sinus,
pressaque iam gravida crepitent tibi terga pharetra,
derige odorisequos ad certa cubilia canes.

MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 68: in hymno Dianae apud eundem ita inveniuntur in fabula Inone 'sed iam ... canes'.

Gran.[2] 418; Mar.; Mariotti, S., Livio Andronico e la traduzione artistica, Milano 1952, p. 68 n. 2; Tra.[4] 87

1 et *Ter. Maur.*: sed *Mar. Victor* || **2** balteu(s) *ante* sinus *traiciendum censet Baehrens* || **4** certa] caeca *Delrius Gifanius*: operta *dubitanter Baehrens*

Laevio attribuit Scaliger. Inonis esse demonstrat Courtney 128

versus: v. **1** *et* **3** *hexametri dactylici,* **2** *et* **4** *versus miuri*

Dubia

33 (33 Mo.-Bue., 34 Traglia, 33 Co.)

Serv. Verg. ecl. 4, 19 (47 Th): antiqui lyrici dixerunt:

flexipedes hederas

quod hac atque illac vagantur.

No. 320

cf. Ov. met. 10, 99 flexipedes hederae

versus: hemiepes, anapaesticos mavult Courtney

34 (31 Mo., 34 Bue., 33 Traglia, 31 Co.)

Suet. gramm. 3, 5: pretia vero grammaticorum tanta mercedesque tam magnae, ut constet Lutatium Daphnidem, quem Laevius Melissus (Levius *vel* Livius *vel* Len(ae)us Melissus *codd.*: in Melissis *F. Lammert*) per cavillationem nominis Πανὸς ἀγάπημα *(Toup.*: agacema *vel* agatema *vel* agarema *et sim. codd.*: ἄγαλμα *Aldus:* ἄγασμα *Salmasius: Salmasio praeeunte lacunam indicavit Gron.*) dicit, septingentis milibus nummum a Q. Catulo emptum ac brevi manumissum.

La. 251; Leo[1] 180

cf. inc. 115 et adn. ad Naev. fr. 64

GANNIVS

(s. I a.Chr.n. ?)

(Schanz – Hosius I § 63; cf. de nomine Paul. 507 L (369 M)

Courtney p. 146

Bardon I 53 sq.
Pighi, G.B., Sui frammenti di Sueio, Egnazio, Gannio, RAIB 61, 1972/73, 108-111
Traglia[1] 62 sq., 136

Testimonium incertum:

Cic. off. 3, 58: C. Canius eques Romanus nec infacetus et satis litteratus.

Liber I

1

Prisc. GLK II 237: huius quoque (*sc. vocis* ador) apud quosdam veterum genetivus modo producens modo corripiens paenultimam ... ut Gannius in I:

hic adoris dat primitias, ibi sanguine libat

ibi *Bergk*: sibi *codd.*

Liber II

2

Prisc. GLK II 237: (*post fr. 1*) idem in II:

illam sponte satos adoris stravisse maniplos

Liber III

3

Prisc. GLK II 237: (*post fr. 2*) idem in III:

emicat in nubes nidoribus ardor adoris

4 (dubium)

Varro ling. Lat. 6, 81: Gannius (*Baehrens*: Canius ait *Laetus*, C. Anius ait **B**):

sensumque inesse et motum in membris cerno

cerno *codd.*: cernito *Baehrens*: cernimus *Spengel*
versus: incertus, sed iambico similis

5 (dubium)

Paul. Fest. 507 L (369 M): veteratores callidi dicti a multa rerum agendarum vetustate. Gannius:

mulieri non astutae facile veterator persuasit

versus: octonarius iambicus catal.; Bardon et al. versum non esse putant

EGNATIVS

(*aetate Lucretii?*)

(Skutsch, F., RE V 2, 1905, 1993 sq. s.v. Egnatius n. 3)

Courtney p. 147 sq.
Hollis p. 87 sqq.

Alfonsi, L., Nota sul fr. 2 Traglia del I libro De rerum natura di Egnazio, Athenaeum 50, 1972, 181
–, Noterelle preneoteriche, Aevum 60, 1986, 39 sq.
Bardon I 335 et 362
Granarolo[1] 292-294
Marinone, N., I frammenti di Egnazio, in: PLF 179-199
Mazzarino, A., Vulcano nel De rerum natura di Egnazio, Nuovi Annali della Fac. di Mag. della Univ. di Messina 2, 1984, 431-443
Pighi, G.B., Sui frammenti di Sueio, Egnazio, Gannio, RAIB 61, 1972–1973, 108-111
Tandoi, DMP II, p. VIII
Traglia[1] 63 et 136 sq.
Traglia, A., Interpretazioni neoteriche, ASNSP 7, 1977, 63-66

VITA:
cf. Cat. 37, 19 et 39, 1 ?

DE RERVM NATVRA LIBER I

1 (43 Ho.)

MACROB. sat. 6, 5, 2: Mulciber est Vulcanus, quod ignis sit et omnia mulceat ac domet ... Egnatius de rerum natura libro primo:

denique Mulciber ipse furens altisssima caeli
contingit

Mazzarino; Tandoi

1 ipse **NPT**: et ipse **RFA** | furens ... contingit *Bergk*: ferens ... contingunt *codd.*: petens ... continuo it *Baehrens*

2 (43A Ho.)

MACR. sat. 6, 5, 12: Egnatius de rerum natura libro primo:

roscida noctivagis astris labentibus Phoebe
pulsa loco cessit concedens lucibus altis

Alfonsi

1 Phoebe *edd.*: foebe **N**: phebe **PA** || **2** altis] almis *Bergk*: fratris *Baehrens*: albis *Frassinetti, Alfonsi*: aethram *Hollis*

M. TVLLIVS CICERO

(*106–43*)

(Büchner, K., RE VII A 1, 1939, 1236 sq. s.v. M. Tullius Cicero n. 29, Fragmente)

PLM Baehrens I 1 sqq.; V 407

Ew. The Poems of Cicero, edited with introduction and notes by W.W. Ewbank, London 1933

Bu. Cicéron, Les 'Aratea'. Texte établi et commenté par V. Buescu, Paris–Bucarest 1941, 1971

Trag.[4] M. Tulli Ciceronis poetica fragmenta rec. A. Traglia, Milano 1963, [3]1971

Soub. Ciceronis Aratea, fragments poétiques. Texte établi et trad. par J. Soubiran, Paris 1972

Courtney p. 149 sqq.

Ahr. Ahrens, H., Cicero als Übersetzer epischer und tragischer Dichtung der Griechen, diss. Hamburg 1961

Alb. v. Albrecht, M., M. Tullius Cicero, Sprache und Stil, RE Suppl. XIII, 1973, 1286-1288, 1318 sq., 1328

Al.[1] Alfonsi, L., Sull'epigramma di Cicerone, RFIC 94, 1966, 302 sq.

Al.[2] –, Il de consulato suo di Cicerone, Studi Rom. 15, 1967, 261-267

Al.[3] –, Sul fragmento elegiaco di Cicerone, Maia 19, 1967, 41-43

Al.[4] Philologa Latina, in: PLF 59 sq.

All. Allen, W. jr., O fortunatam natam ..., TAPhA 87, 1956, 130-146

Bad. Badalì, R., Note testuali al 'de divinatione' ciceroniano, in: Studi ... in onore di G. Monaco, Palermo 1991, II 829-834

Bal. Báligan, G., Cicero T(h)alemasta, Vichiana 3, 1966, 308-314

Bru. Brush, P.C., Cicero's poetry, diss. New Haven 1971, cf. DA 32, 1971, 2659A–2660A
Bue. Buechner, K., M. Tullius Cicero, Briefe und Fragmente der Dichtungen, RE VII A1, 1939, 1236-1274
Cav. Caviglia, F., Cicerone traduttore di Sofocle, Studi ... Traglia I, Roma 1979, 333-350
Clausen, W., Cicero and the New Poetry, HSPh 90, 1986, 159-170
Cor. Della Corte, F., Avanguardie e retroguardie poetiche in Cicerone, in: Ciceroniana V, 1984, 21-38
Fer.[1] Ferrarino, P., Il 'Limon' di Cicerone, SIFC 16, 1939, 51-68
Fer.[2] –, La data del 'Marius' ciceroniano, RhMus 88, 1939, 147-164
Fer.[3] –, Cicerone poeta e critico. La su prima produzione poetica, in: id., Scritti scelti, Firenze 1986, 142-166
For. Forte, G., Contributo alla storia semantica di poema e poesis, RAAN 44, 1969, 223-242
Gam. Gamberale, L., Il clangor del passero (Cic. poet. fr. 59 Traglia), Studi Barchiesi III, Roma 1978, 911-924
Gen. Gentili, B., Sofocle, fr. 576 P.; Eschilo, 'Coefore' 290, SIFC 21, 1946, 101-104
Gn. Gnauk, R., Die Bedeutung des 'Marius' und 'Cato Maior' für Cicero, diss. Leipzig 1935, Berlin 1936
Goldberg, S.M., Epic in Republican Rome, Oxford 1995, 135-157
Harrison, S.J., Cicero's 'De temporibus suis': The evidence reconsidered, Hermes 118, 1990, 455-463
Haur. Haury, A., Un mystérieux météore, Phoebi fax (Cicéron, De consulatu suo, II, 20), Latomus 43, 1983, 97-103
Hei. Heikel, E., Adversaria ad Ciceronis de consulato suo poema, Ann. Acad. Sc. Fenn. B VII 1913
Hose, M., Cicero als hellenistischer Epiker, Hermes 123, 1995, 455-469
Joc. Jocelyn, H.D., Urania's discourse in Cicero's poem On his Consulship: Some problems, Ciceroniana V, Roma 1984, 39-54
Jon. Jonin, M.R., Cicéron et les Aratea, AFL Nice 1974, n. 21, 247-258
Ko. Koch, E., Ciceronis carmina historica restituta atque enarrata, diss. Greifswald 1922
Kre. Kretschmar, M., Otium, studia litterarum, Philosophie und βίος θεωρητικός im Leben und Denken Ciceros, diss. Leipzig 1938
Kubiak D.P., The Aratean influence in the De consulatu suo of Cicero, Philol. 138, 1994, 52-66

La. Lamacchia, R., Fortuna di un verso ciceroniano, PLF 349-358
Leo[3] Leo[3] 161-195
Lui. Luiselli, B., Sul frammento del Limon ciceroniano, Stud. Urb. 39, 1965, 110-124
Mal. Malcovati, E., Cicerone e la poesia, Pavia 1943
Mar. Mariotti, Sc., Note critiche e filologiche, PP 9, 1954, 368-375
McDermott, W.C., M. Cicero and M. Tiro, Historia 21, 1972, 272-274
Mon. Monaco, G., Su alcuni versi pseudociceroniani, PLF 175-178
Mor. Morford, M.P.O., Ancient and modern in Cicero's poetry, ClPh 62 (1967) 112-116
Pas. Pascal, C., Un verso di Cicerone, Athenaeum 4, 1916, 309-311
Pe. Pease, A.St., Were there two versions of Cicero's Prognostica?, ClPh 12, 1917, 302-304
Ron. Ronconi, A., Antiche traduzioni latine da Omero, in: id., Filologia e linguistica, Roma 1968, 109-126
Schm. Schmid, W., Terenz als Menander latinus. Zur Wiedergewinnung und Neuinterpretation caesarischer Verse, RhMus 95, 1952, 229-272
Sou. Soubiran, J., Le sénaire tragique de Cicéron, in: Ciceroniana V 1984, 69-80
Tan. Tandoi, V., I colombi del Tirreno in Cicerone poeta, Ciceroniana IV, 1980, 129 sq.
Tol. Tolkiehn
Trag.[5] Traglia, A., Note su Cicerone critico e traduttore, Roma 1947
Trag.[6] –, La lingua di Cicerone poeta, Bari 1950
Tra.[1] Traina, A., Per l'interpretazione di un verso ciceroniano, Ciceroniana I,2, 1959, 78-82
Tra.[2] –, Commento alle traduzioni poetiche di Cicerone, in: Atti del I congresso Internazionale di Studi Ciceroniani II, Roma 1961, 141-159
Tra.[3] Cicerone tra Omero e Virgilio (tra Callimaco e Catullo?), in: Letterature comparate … Studi in onore di E. Paratore, I 429-433 (= Traina, A., Poeti latini e neolatini II 55-62)

Opera Poetica:

SHA Gordian. 3, 2: adulescens cum esset Gordianus, ... poemata scripsit, quae omnia extant, et quidem cuncta illa, quae Cicero, id est Marium et Aratum et Halcyonas et Uxorium et Nilum. quae quidem ad hoc scripsit, ut Ciceronis poemata nimis antiqua viderentur.

Plut. Cic. 2, 3: ἐρρύη πως προθυμότερον ἐπὶ ποιητικήν. καί τι καὶ

διασῴζεται ποιημάτιον ἔτι παιδὸς αὐτοῦ Πόντιος Γλαῦκος ἐν τετραμέτρῳ πεποιημένον. προϊὼν δὲ τῷ χρόνῳ καὶ ποικιλώτερον ἁπτόμενος τῆς περὶ ταῦτα μούσης, ἔδοξεν οὐ μόνον ῥήτωρ, ἀλλὰ καὶ ποιητὴς ἄριστος εἶναι Ῥωμαίων.

Cic. Qu. fr. 2, 14 (13), 2 (*m. Iun. a. 54 a.Chr.n.*): quoniam tu scribis poema ab eo (*sc.* Caesare) nostrum probari ... modo mihi date Britanniam quam pingam coloribus tuis, penicillo meo.

Cic. Qu. fr. 2, 16 (15), 4 (*m. Sextil. a. 54 a.Chr.n.*): ego te libenter, ut rogas, quibus rebus vis, adiuvabo et tibi versus quos rogas, γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, mittam. (5) sed heus tu! celari videor a te. quomodonam, mi frater, de nostris versibus Caesar? nam primum librum se legisse scripsit ad me ante, et prima sic ut neget se ne Graeca quidem meliora legisse, reliqua ad quendam locum ῥᾳθυμότερα (hoc enim utitur verbo). dic mihi verum, num aut res eum aut χαρακτὴρ non delectat?

Cic. Qu. fr. 3, 1, 11 (*m. Sept. a. 54 a.Chr.n.*): poema ad Caesarem, quod instituteram, incidi; tibi quod rogas, quoniam ipsi fontes iam sitiunt, si quid habebo spatii, scribam.

Cic. Qu. fr. 3, 5, 4 (*m. Oct. / Nov. a. 54 a.Chr.n.*): quod me de versibus faciendis rogas, incredibile est, mi frater, quam egeam tempore, nec sane satis commoveor animo ad ea, quae vis, canenda ... facerem tamen ut possem, sed (quod te minime fugit) opus est ad poema quadam animi alacritate, quam plane mihi tempora eripiunt.

Cic. Qu. fr. 4, 4 (*IX Kal. Nov. a. 54 a.Chr.n.*): de versibus, quos tibi a me scribi vis, deest mihi quidem opera, quae non modo tempus, sed etiam animum vacuum ab omni cura desiderat; sed abest etiam ἐνθουσιασμός, non enim sumus sine cura venientis anni, etsi sumus sine timore. simul et illud (sine ulla me hercule ironia loquor) tibi istius generis in scribendo priores partis tribuo quam mihi.

Cic. Qu. fr. 3, 6 (8), 3 (*ex m. Nov. a. 54 a.Chr.n.*): quod me institutum ad illum (Caesarem) poema iubes perficere, etsi distentus cum opera, tum animo sum multo magis, tamen, quoniam ex epistula, quam ad te miseram, cognovit Caesar me aliquid esse exorsum, revertar ad institutum idque perficiam his supplicationum otiosis diebus.

Cic. Qu. fr. 3, 7 (9), 6 (*m. Decembr. a. 54 a.Chr.n.*): quod me hortaris, ut absolvam, habeo absolutum suave, mihi quidem uti videtur, ἔπος ad Caesarem, sed quaero locupletem tabellarium.

Cic. Att. 4, 8a, 3 (*m. Novembr. a. 56 a.Chr.n.*): (*de expeditione Britannica*) de poemate quod quaeris, quid si cupiat effugere? quid? sinas?

Sen. contr. 3 praef. 8: Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit.

Tac. dial. 21, 6: fecerunt (*sc.* Caesar et Brutus) enim et carmina et in bibliothecas rettulerunt, non melius quam Cicero, sed felicius, quia illos fecisse pauciores sciunt.

Mart. 2, 89, 3: carmina quod scribis Musis et Apolline nullo,/ laudari debes. hoc Ciceronis habes.

Plut. Cic. 40, 2: τῇ δὲ πρὸς τὴν ποίησιν εὐκολίᾳ παίζων ἐχρῆτο. λέγεται γάρ, ὁπηνίκα ῥυείη πρὸς τὸ τοιοῦτον, τῆς νυκτὸς ἔπη ποιεῖν πεντακόσια.

Schol. Bob. Cic. Sest. 123 p. 137, 12 St: versibus conscribendis manifestum est amatorem poeticae rei Tullium fuisse, quamvis ad oratoriam, qua maxime praestitit, non videatur in versibus par sui fuisse.

Plin. epist. 5, 3, 2: *cf. testim. Lutati Catuli*

ALCYONES

1

Non. 90 L (65 M): 'praevius' dictus est 'antecedens'. Cicero Alcyonibus (*Quicherat*: alcion *vel* alcyon *codd.*):

<Lucifer> hunc genuit claris delapsus ab astris
praevius Aurorae, solis noctisque satelles

Alfonsi4 59 sqq.; La.

1 <Lucifer> *Onions* | claris] cladis **L**: claudis **B**[A]

LIMON

2

Suet. vita Ter. 7 (42 Rost., 9 W): Cicero in 'Limone' hactenus laudat:

tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
conversum expressumque Latina voce Menandrum
in medium nobis sedatis motibus effers,
quiddam come loquens atque omnia dulcia dicens

sequitur Caes. fr. 1

Fer.[1] 51 sqq.; Leo 194; Lui. 110 sqq.; Schm. 229 sqq.

3 medium nobis **A**: medium populi **BCG**: medio populi **DEZ**: medium certe **F** | motibus *Barth*: vocibus *codd.*: moribus *Ritschl*: versibus *susp. Courtney* || **4** quiddam **A**: quid quod (*vel* quidquid) *codd.* | reddens *Schm.*

THALIA MAESTA (?)

3

Serv. Verg. Ecl. 1, 57 (13 Th): 'palumbes' columbae, quas vulgus tetas vocat. et non dicuntur Latine, sed multorum auctoritas Latinum facit: Cicero in elegia (*Fabricius*: egidia, egia, eia *codd.*) quae Thalia maesta (*Heinsius*: talia masta *vel* talamasta *codd.*, *quod varie frustraque temptatum ex aliquo Graeco verbo corrupto fortasse ortum est*: Θαυμαστά *Hertz*: Ἰαλεμάστης *Voss*: Italia maesta *Urlichs, alii aliter)* inscribitur:

iam mare Tyrrhenum longe penitusque palumbes
[reliquit].

Bal. 308 sqq.; K.-E. Henrikson, Griechische Büchertitel in der römischen Literatur, Helsinki 1956; Lindsay, ClQ 22, 1928, 119; Tan.

2 *ante* reliquit *crucem posuit Morel*: *Lindsay fragmento abiudicat* (*ut ortum ex* reliqua): pellicuit *Tandoi*

EPIGRAMMATA

3 a (dubium)

Plin. epist. 7, 4, 3: incidit epigramma Ciceronis in Tironem suum ... (4) coepi reputare maximos oratores hoc studii genus et in oblectationibus habuisse et in laude posuisse ... (6) vv. 3-9 lascivum inveni lusum Ciceronis et illo / spectandum ingenio. quo seria condidit et quo / humanis salibus multo varioque lepore / magnorum ostendit mentes gaudere virorum./ nam queritur quod fraude mala frustratus amantem / paucula cenato sibi debita savia Tiro / tempore nocturno subtraxerit ...

McDermott

4

Quintil. inst. 8, 6, 73: genera minuendi ... et quod Cicero<nis> est in quodam ioculari libello:

fundum Vettus vocat, quem possit mittere funda:
ni tamen exciderit, qua cava funda patet

Al.[1] 302 sq.; Al.[3]; Leo[3] 194 n. 2

1 Vettus *Leo*: vetto *codd.*: Vetto<s> *Al.*[1] | possit **A**: possim **B** | **2** tamen *om.* **A**: lapis *Calpurnius ad Ter. Heaut. 68*

Monaco spurium esse iudicat; Alfonsi e Domiti Marsi De urbanitate *sumptum esse suspicatur, cf. Quintil. inst. 6, 3, 102 sq.*

DE CONSVLATV SVO

Schol. Bob. Cic. Planc. 74 p. 165, 7 St: de consulatu suo scripsit poetico metro, quae mihi videntur opera minus digna talis viri nomine.

Liber I

5 (10 Mo.)

Serv. Verg. ecl. 8, 105 (107 Th): '... corripuit tremulis altaria flammis sponte sua ... cinis ipse': hoc uxori Ciceronis dicitur contigisse, cum post peractum sacrificium libare vellet in cinerem: quae flamma eodem anno consulem futurum ostendit eius maritum, sicut Cicero in suo testatur poemate.

Bue. 1247 sq.; Ko. 16 sqq.

cf. Sall. Cat. 46, 1; Sall. in Cic. 7; Quintil. inst. 11, 1, 24

Liber II

6 (11 Mo., 10 Co.)

Cic. div. 1, 17: (Q. *Cicero:*) sed quo potius utar aut auctore aut teste quam te? cuius edidici etiam versus ... quos in secundo consulatu<s> Urania Musa pronuntiat:

principio aetherio flammatus Iuppiter igni
vertitur et totum conlustrat lumine mundum
menteque divina caelum terrasque petessit,
quae penitus sensus hominum vitasque retentat
aetheris aeterni saepta atque inclusa cavernis.
et, si stellarum motus cursusque vagantis
nosse velis, quae sint signorum in sede locatae,
quae verbo et falsis Graiorum vocibus errant,
re vera certo lapsu spatioque feruntur,
omnia iam cernes divina mente notata.
nam primum astrorum volucris te consule motus
concursusque gravis stellarum ardore micantis
tu quoque, cum tumulos Albano in monte nivalis
lustrasti et laeto mactasti lacte Latinas,

vidisti et claro tremulos ardore cometas
multaque misceri nocturna strage putasti,
quod ferme dirum in tempus cecidere Latinae,
cum claram speciem concreto lumine Luna
abdidit et subito stellanti nocte perempta est.
quid vero Phoebi fax, tristis nuntia belli,
quae magnum ad columen flammato ardore volabat,
praecipitis caeli partis obitusque petessens?
aut cum terribili perculsus fulmine civis
luce serenanti vitalia lumina liquit?
aut cum se gravido tremefecit corpore tellus?
iam vero variae noctumo tempore visae
terribiles formae bellum motusque monebant
multaque per terras vates oracla furenti
pectore fundebant tristis minitantia casus,
atque ea, quae lapsu tandem cecidere vetusto;
haec fore perpetuis signis clarisque frequentans
ipse deum genitor caelo terrisque canebat.
nunc ea, Torquato quae quondam et consule Cotta
Lydius ediderat Tyrrhenae gentis haruspex,
omnia fixa tuus glomerans determinat annus.
nam pater altitonans stellanti nixus Olympo
ipse suos quondam tumulos ac templa petivit
et Capitolinis iniecit sedibus ignis.
tum species ex aere vetus venerataque Nattae
concidit elapsaeque vetusto numine leges
et divom simulacra peremit fulminis ardor.
hic silvestris erat Romani nominis altrix
Martia, quae parvos Mavortis semine natos
uberibus gravidis vitali rore rigabat;
quae tum cum pueris flammato fulminis ictu
concidit atque avolsa pedum vestigia liquit.
tum quis non artis scripta ac monumenta volutans
voces tristificas chartis promebat Etruscis?

omnes civilem generosa stirpe profectam
vitare ingentem cladem pestemque monebant,
tum legum exitium constanti voce ferebant.
templa deumque adeo flammis urbemque iubebant
eripere et stragem horribilem caedemque vereri;
atque haec fixa gravi fato ac fundata teneri,
ni prius excelsum ad columen formata decore
sancta Iovis species claros spectaret in ortus.
tum fore ut occultos populus sanctusque senatus
cernere conatus posset, si solis ad ortum
conversa inde patrum sedes populique videret.
haec tardata diu species multumque morata
consule te tandem celsa est in sede locata,
atque una fixi ac signati temporis hora
Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna
et clades patriae flamma ferroque parata
vocibus Allobrogum patribus populoque patebat.
rite igitur veteres, quorum monumenta tenetis,
qui populos urbisque modo ac virtute regebant,
rite etiam vestri, quorum pietasque fidesque
praestitit et longe vicit sapientia cunctos,
praecipue coluere vigenti numine divos.
haec adeo penitus cura videre sagaci,
otia qui studiis laeti tenuere decoris,
inque Academia umbrifera nitidoque Lyceo
fuderunt claras fecundi pectoris artis.
e quibus ereptum primo iam a flore iuventae
te patria in media virtutum mole locavit.
tu tamen anxiferas curas requiete relaxans,
quod patriae vacat, id studiis nobisque sacrasti.

Al.[2] 261 sqq.; Bue. 1246 sq.; R. Giomini, in: Studi ... in onore di A. Traglia, Roma 1979, 323-332; Haur.; Hei.; Joc. 51; Ko. 18 sqq.; Kre.; Kubiak

1 igni] igne **P** || **3** petessit *Marsus*: petesset *(corr. in* peti- **B**) **HB**: petisset **AV** || **4** hominum] hominis *Marsus* | vitaque] vitamque **H** | retentat *Asc. 1521*: retentant *codd.* || **7** quae] qua *Davies* | sint] sunt *Hottinger* | locatae] signata

Baehrens || **8** verbo *ex* falso **G** | vocibus] motibus *Usener* || **10** notata] rotata *Baehrens*: notatus *Jocelyn* || **12** gravis] gravi *Turnebus* | micantis] micanti *Anonym. Philol. Anz. 1887, 399, Morel coll. Arat. 112* | **14** laeto] lecto *Marsus* || **15** ardore] ardere **P** || **16** multaque] cunctaque *Baehrens* || **17** cecidere *mg. Crat., Aldus Nepos (1578)*: cecinere *codd.* || **18** concreto] contecto *Baehrens* || **19** abdidit] abdit *ex* -didit **V** || **20** quid] quum *Lambinus*: quin *Davies* | vero <ut> *Baehrens* || **21** columen] columem **ABF** || **22** petessens *Christ*: petisset *codd.*: petissens *Hottinger*: petessit *Baehrens* || **23** aut] at (*corr. in* ut **A**) **PA** | terribili] terribilis **V** | perculsus] percussus *(ita* **P**) *corr. in* percul- **B** || **24** vitalia] vitai *Lambinus coll. Lucr. 5, 224* || **27** monebant] movebant *Ven.* || **28** furenti] ferebant *Asc. 1521* || **29** pectore] pectora *corr. in* -re **V** | tristis *corr. in* -ti **A** || **30** lapsu] lapsus *(corr. in* -su **V**) **ABHV** | tandem *ex* stantem **B**: iam aevo *Baehrens* | vetusto] vetusta *Davies. post v. 30 lacunam indicavit Courtney coll. in Catil. 3, 18 sq.* || **31** frequentans **H**: frequentas *cett. codd.* || **36–38** *iterum scr. in div. 2, 45; cf. Lact. inst. 3, 17, 14* || **37** suos ... ac: suas arces atque inclyta *Lact. inst. 3, 17, 14* || **38** iniecit] invectit **H** || sedibus] aedibus *Lactantii codd.* **BR** || **39** venerataque *Gulielmius*: generataque *codd.* | nattae **P**: natae *codd.* || **40** vetusto] vetuste (*corr. in* -to **V**) **AMV**: vetustae **BHFP** | vetusto numine] vetustae aeramine *Plasberg*: v. aerugine *Sou.*: v. momine *Baehrens* || **41** divom] divum (*ex* -om **V**) **BHFMPV** || **46** avulsa (*ex* avo- **V**, evul- **H**) **FMPHV** || **47** tum] cum **H** | artis] *an* vates (*pro* artes)? *Baehrens* || **49** civilem **H**^{c}: civile **AP**: civili **MBV**^{2} | civili <e> generosa *Baehrens* | generosa <a> stirpe *mg. ed. Lambini* | generosa **H**^{c}: generosam *cett. codd.* || **50** *post* 51 *in codd.* | vitare **FMB**^{2}: vir **AV**: viri **HP**: vire **B**: volvier *Baehrens*: instare *Giomini:* inruere *Bad.* | ingentem] in gentem *ed. pr., Baehrens, Bad.* || **51** tum legum *Baehrens*: voltum legum *codd.*: vel legum **V**^{2} || **52** urbemque *cod. Balliol.*: urbisque (-esque **V**^{2}) *codd., Davies* || **54** teneri **BH**: tenere **AVP** || **55** ni *(ex* ne **V**) **HV**: ne *cett. codd.* | prius *Gulielmius*: post *codd.* | ni prius] nei posta *Baehrens* | excelsum *Lambinus*: excesum **AB**: excisum **VFM**: excessum **HP**: ex celso *Friedrich* | decore] decorem **V** || **61** consule te *edd.*: consulet e **V**: consulet et **H**: consul te **BF** || **62** *om.* **BP**, *add. mg.* **B** || **64** et **P**: at *codd.*: ac *Marsus* | parata *ex* paia- **B**: parata *ex* -ti **F**: patrata **P** || **65** populoque *Rom., Ven.*: populisque **HFMP**: populusque **ABV** || **66-68** quorum – vestri *om.* **H** || **67** populos] populus (*corr. in* -los **BV**) **APBV** | urbisque *ex* orbisquae **A** || **70** vigenti] viginti **VB**^{1}: ingenti **H** | numine *corr. in* no- **V**: nomine (*corr. in* nu- **VM**) **BFVM** || **72** tenuere **AVB**: trivere *vel* teruere *Thoresen* || **73** umbrifera] imbrifera **H** | umbrifera inque Academia *Moser* || **74** fecundo pectoris aris] fecundo pectore chartas *Baehrens* || **77** relaxans *Madvig*: relaxas *codd.* || **78** patriae vacat *Madvig*: patriae vocatis *codd.*: patria vacat his *Davies* | sacrasti] sacrastis **V**

7 (12 Mo., 9 Co.)

Non. 300 L (204 M): 'eventus' ... neutro ... M. Tullius ... Consulatus sui libro II:

atque animo pendens noctu<rna> eventa timebat

noctu<rna> *Iunius*: noc<i>tur<ra> *dub. Morel*: noctu <cum> *Buechner*: noctis <tum> *Traina, Dal Morel ... 105*: noctu<s> *Heikel*: noctu <tu> ... timebas *Lindsay* | noctu pendens *transpos. Traglia cf. Sall. Cat. 46, 1*

Liber III

8 (13 Mo., 11 Co.)

Cic. Att. 2, 3, 4: sed me κατακλεὶς (*Turnebus*: κατάκρεσις *codd.*) mea illa commovet, quae est in libro tertio:

interea cursus, quos prima a parte iuventae
quosque adeo consul virtute animoque petisti,
hos retine atque auge famam laudesque bonorum.

haec mihi cum in eo libro, in quo multa sunt scripta ἀριστοκρατικῶς, Calliope ipsa praescripserit ...

Bue. 1248

Ex incertis libris

9 (14 Mo., 6 Co.)

Non. 298 L (202 M): 'census' generis masculini. neutro Cicero in Consulatu suo:

quorum luxuries fortunas, censa peredit

fortunas *L. Mueller*: fortunata *codd.*: fortuna et *Baehrens*: fortunam ac *Baehrens* | peredit *Lipsius*: peperit *codd.*: peremit *Baehrens*

10 (15 Mo., 7 Co.)

Ps. Prob. GLK IV 248: item 'quasi' constat pyrrhichio, ut Tullius:

nam quasi vos sibi dedecori genuere parentes

Ko. 36 et 38

huc pos. Baiter

11 (16 Mo., 12 Co.)

Cic. off. 1, 77: illud autem optimum est, in quod invadi solere ab improbis et invidis audio:

cedant arma togae, concedat laurea laudi

Quintil. inst. 11, 1, 24: in carminibus utinam pepercisset, quae non desierunt carpere maligni: 'cedant ... linguae' et 'o fortunatam ... Romam' (*cf. fr. 12*) et Iovem illum a quo in concilium deorum advocatur, et Minervam quae artes eum edocuit: quae sibi ille secutus quaedam Graecorum exempla permiserat.

Bue. 1236 sqq.; Mar. 371 sq.; K. Vretska, Sallust, Invektive und Episteln, II, Heidelberg 1961, 53

laudi *Cic. in Pis. 74; off. (codd. meliores), Traglia*[3] *231*: linguae *cett. codd., cf. Sall. in Cic. 6; Quintil. inst. 11, 1, 24 et alii*

12 (17 Mo., 8 Co.)

Sall. in Cic. 5: atque is cum eius modi sit, tamen audet dicere:

o fortunatam natam me consule Romam!

natam *om.* H | me] te *Allen*

cf. [Cic.] in Sall. 7; Quintil. inst. 9, 4, 41 et 11, 1, 24; Iuven. 10, 122; Diomed. GLK I 466

12 a

Cic. Att. 7, 2, 1: Brundisium venimus VII Kalend. Decembr. usi tua felicitate navigandi, ita belle nobis

flavit ab Epiro lenissimus Onchesmites

hunc σπονδειάζοντα si cui voles τῶν νεωτέρων pro tuo vendito.

Traina, Suppl. Morel. 24

Onchesmites *Latinius ap. Victor., Variae lectiones, Florentiae 1582, 424 sq.*: anchesmitis *codd.*

versus certe non e De cons. *sumptus*

13 (18 Mo., 13 Co.)

Cic. Att. 2, 15, 3: hoc est Roma decedere! quos ego homines effugi, cum in hos incidi! ego vero

in montes patrios et ad incunabula nostra
pergam.

voce pergam *versum continuant nonnulli: dubitatur autem utrum poemati* 'de consulatu suo' *an* 'Mario' *an omnino non Ciceroni adscribendus sit versus, sed cf. Cic. leg. 2, 2; Courtney 172 sq.*

DE TEMPORIBVS SVIS

14 (19 Mo., 14 Co.)

Cic. fam. 1, 9, 23 (*m. Dec. a. 54 a.Chr.n.*): scripsi etiam versibus tris libros de temporibus meis, quos iam pridem ad te (*sc.* Lentulum) misissem, si esse edendos putassem – sunt enim testes et erunt sempiterni meritorum erga me tuorum meaeque pietatis – ; sed quia verebar non eos, qui se laesos arbitrarentur – etenim id feci parce et molliter –, sed eos quos erat infinitum bene de me meritos omnis nominare.

Bue. 1250-1252; Harrison; Ko. 47 sqq.

Liber II

15 (20 Mo., 14 Co.)

Cic. Qu. fr. 3, 1, 24 (*m. Sept. a. 54 a.Chr.n.*): mirificum embolium cogito in secundum librum meorum temporum (*L. Mueller*: librorum *codd.*) includere, dicentem Apollinem in concilio deorum, qualis reditus duorum imperatorum futurus esset, quorum alter exercitum perdidisset, alter vendidisset.

16 (21 a Mo., 5a et 14 Co.)

Cic. Qu. fr. 2, 8, 1 (*m. Febr. a. 55 a.Chr.n.*): placiturum tibi esse librum II suspicabar; tam valde placuisse quam scribis valde gaudeo. quod me admones de † non curantia (nostra Urania *Malaspina coll. fr. 6; 'fort. est interpretatio vocis Graecae velut* ἀπραγμοσύνη *Sjoegren*) suadesque ut meminerim Iovis orationem, quae est in extremo illo libro, ego vero memini et illa omnia mihi magis scripsi quam ceteris.

cf. Quintil. inst. 11, 1, 24: in carminibus utinam pepercisset quae non desierunt capere maligni ... Iovem illum, a quo in concilium deorum advocatur ...: quae sibi ille secutus quaedam Graecorum exempla permiserat.

17 (21 b Mo., 5a Co.)

Sall. in Cic. 3: se Cicero dicit in concilio deorum immortalium fuisse, inde missum huic urbi civibusque custodem absque carnificis nomine, qui civitatis incommodum in gloriam suam ponit.

Sall. in Cic. 7: sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerva omnis artis edocuit (*de cons.*), Iuppiter optimus maximus in concilium deorum admisit (*de temp. II*), Italia exulem humeris suis reportavit (*de temp. III*).

Canfora, L., in: Ciceroniana V 1984, 101-109

MARIVS

(de tempore cf. Gnauk, Buechner, Traglia)

Cic. Att. 12, 49, 1 (*m. Mai. a. 45 a.Chr.n.*): per eum Marium, quem scripsissem ...

Fer.[2]; Gn.

18 (5 Mo., 15-16 Co.)

Cic. leg. 1, 1: Atticus: lucus quidem ille et haec Arpinatium quercus agnoscitur saepe a me lectus in Mario ... Quintus: ... dum Latinae loquentur litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur ...

Mal. 266; Trag.[4]

19 (6 Mo., 15-16 Co.)

Cic. leg. 1, 2: Quintus: ... quare glandifera illa quercus, ex qua olim evolavit

nuntia fulva Iovis, miranda visa figura

nunc sit haec.

cf. Lucr. 5, 939

20 (7 Mo., 17 Co.)

Cic. div. 1, 106: quid est illo auspicio divinius, quod apud te in 'Mario' est? ut utar potissimum auctore te:

hic Iovis altisoni subito pinnata satelles
arboris e trunco, serpentis saucia morsu,
subrigit ipsa feris transfigens unguibus anguem

semianimum et varia graviter cervice micantem.
quem se intorquentem lanians rostroque cruentans
iam satiata animos, iam duros ulta dolores
abicit ecflantem et laceratum adfligit in unda
seque obitu a solis nitidos convertit ad ortus.
hanc ubi praepetibus pinnis lapsuque volantem
conspexit Marius, divini numinis augur,
faustaque signa suae laudis reditusque notavit,
partibus intonuit caeli pater ipse sinistris.
sic aquilae clarum firmavit Iuppiter omen.

Bue. 1253-1256

1 *testatur Schol. Verg. Veron. Aen. 5, 255 (434 H)* | pinnata] pennata **V** || **3** subrigit *Peerlkamp et Lachmann coll. Val. Flacc. 1, 157*: subigit **BVHFP**: subiit **AM**: subicit *Gulielmius*: subiugat *Davies* || **4** semianimum] semanimum **FAV** | micantem] minantem *Wakefield* || **7** abicit **V**^{c}**B**^{c}: abiecit **ABV**, *ut formam praesentis def. Courtney* | unda] undam *vel* undas *Lambinus*

21 (8 Mo., 18 Co.)

Isid. orig. 19, 1, 20: 'paro' navigium piratarum usui aptum et ex his ita vocatum. Cicero:

tunc se fluctigero tradit mandatque paroni

Cil VIII suppl. 27790: ... > atque paroni

fluctigero] fluctifero *codd. recc.*: fluctiseco *Hermann*: fluctifrago *Nobbe*: fluctivago *Baehrens*

Morel commemorat Plut. Mar. 35, 9; 37, 3, Fer.^{2} *autem Cic. Sest. 50*

22 (9 Mo., 19 Co.)

Beda GLK VII 292: 'torques' nomen generis communis: nam [et in Mario] Livius genere masculino et <in Mario> Cicero feminino torquem posuere.

A. Klotz, rez. E. Koch, Ciceronis carmina historica restituta atque narrata, Diss. Greifswald 1922, BPhW 43, 1923, 34 sq.

EX GRAECIS CONVERSA

Cic. Tusc. 2, 26: postquam adamavi hanc quasi senilem declamationem, studiose equidem utor nostris poetis; sed, sicubi illi defecerunt, verti etiam multa

de Graecis, ne quo ornamento in hoc genere disputationis careret Latina oratio.

HOMERI EX ILIADE

23 (22 Mo.)

Cic. div. 2, 63: de quoius coniectura sic apud Homerum, ut nos otiosi convertimus, loquitur Agamemnon *(immo Ulixes)*:

ferte, viri, et duros animo tolerate labores,
auguris ut nostri Calchantis fata queamus
scire, ratosne habeant an vanos pectoris orsus.
namque omnes memori portentum mente retentant,
qui non funestis liquerunt lumina fatis.
Argolicis primum ut vestita est classibus Aulis,
quae Priamo cladem et Troiae pestemque ferebant,
nos circum latices gelidos fumantibus aris
aurigeris divom placantes numina tauris
sub platano umbrifera, fons unde emanat aquai,
vidimus inmani specie tortuque draconem
terribilem, Iovis ut pulsu penetraret ab ara;
qui platani in ramo foliorum tegmine saeptos
corripuit pullos; quos cum consumeret octo,
nona super tremulo genetrix clangore volabat,
cui ferus inmani laniavit viscera morsu.
hunc, ubi tam teneros volucris matremque peremit,
qui luci ediderat genitor Saturnius idem
abdidit et duro formavit tegmine saxi.
nos autem timidi stantes mirabile monstrum
vidimus in mediis divom versarier aris.
tum Calchas haec est fidenti voce locutus:
'quidnam torpentes subito obstipuistis, Achivi?
nobis haec portenta deum dedit ipse creator
tarda et sera nimis, sed fama ac laude perenni.
nam quot avis taetro mactatas dente videtis,
tot nos ad Troiam belli exanclabimus annos.

quae decumo cadet et poena satiabit Achivos.'
edidit haec Calchas; quae iam matura videtis.

Ahr 3 sq.; Gam.; Ron.

6 aulis *cod. Erlang. 847*: aules *codd.* || **7** ferebant] ferebat (*ex* -ant **B**) **AFPB** || **10** emanat *Crat.*: emanabat (manebat **P**) *codd.* | aquai] aquarum **V** || **11** inmani] inmanis, s *eras.* **AM**: immanis (*ex* inmani **L**) *cett. codd.* || **12** penetraret] penetrabat *codd. cett.* || **15** volabat *eras. litt. init.* (*fort.* e) **V** || **18** saturnius *ex* saturnios **B** || **19** abdidit *corr. in* addi- *m. alt.* **V** | formavit] firmavit *vulgo*: velavit *Christ* || **21** versarier] vorsarier **P** || **25** nimis *Ascens.*: animis *codd.* || **26** quot *ex* quod **VF**: quod **ABP** | taetro] tacito *(exp.) supscr.* tetro **L** || **28** poena **P**: poenis **BFM**: poenas **A**

Hom. Il. B 299 τλῆτε, φίλοι, καὶ μείνατ' ἐπὶ χρόνον, ὄφρα δαῶμεν
....
κεῖνος τὼς ἀγόρευε· τὰ δὴ νῦν πάντα τελεῖται

318 ἀρίζηλον *vulg.*: ἀρίδηλον *Zenodot., cod. Ambros. 1057*: ἀίζηλον *cod. Ambros. 1019, Apoll. Les.*: ἀίδηλον *Etym. Magn. 41, 44* (*Cic.* ἀίζηλον *sive* ἀίδηλον *legisse videtur*)

24 (23 Mo.)

Cic. Tusc. 3,63: ex hoc evenit, ut in animi doloribus alii solitudines captent, ut ait Homerus de Bellerophonte:

qui miser in campis maerens errabat Aleis,
ipse suum cor edens, hominum vestigia vitans.

1 maerens (me- **V**[1]) errabat **GKRV**[2]: errat maerens **V**[3] | Aleis *Beroaldus*: alienis **GKRV** || **2** vitans **V**[2]: vitas **GKRV**[1]

Hom. Il. Z 201 sq.: ἤτοι ὁ κὰπ πεδίον τὸ Ἀλήιον οἶος ἀλᾶτο,
ὃν θυμὸν κατέδων, πάτον ἀνθρώπων ἀλεείνων.

25 (24 Mo.)

Cic. glor. II apud Gell. 15, 6, 1: In libro M. Tullii, qui est secundus de gloria, manifestus error est ... (3) ita enim scriptum in eo libro est: apud eundem poetam Aiax cum Hectore congrediens depugnandi causa agit, ut sepeliatur, si sit forte victus, declaratque se velle ut suum tumulum multis etiam post saeculis praetereuntes sic loquantur:

'hic situs est vitae iam pridem lumina linquens
qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense.'
fabitur haec aliquis, mea semper gloria vivet.

huius autem sententiae versus, quos Cicero in linguam Latinam vertit, non Aiax apud Homerum dicit neque Aiax agit, ut sepeliatur, sed Hector dicit et Hector de sepultura agit, priusquam sciat an Aiax secum depugnandi causa congressurus sit.

2 perculsus] percussus *Pithoeus*

Hom. Il. H 89–91 ʻἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνηῶτος,
ὅν ποτ᾽ ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος Ἕκτωρ.᾽
ὥς ποτέ τις ἐρεεῖ· τὸ δ᾽ ἐμὸν κλέος οὔ ποτ᾽ ὀλεῖται.

26 (25 Mo.)

Cic. div. 2, 82: at Homericus Aiax *(re vera Ulixes)* apud Achillem querens de ferocitate Troianorum nescio quid hoc modo nuntiat:

prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit

Hom. Il. I 236: Ζεὺς δέ σφι Κρονίδης ἐνδέξια σήματα φαίνων
ἀστράπτει.

27 (26 Mo.)

Cic. div. 1, 52: Homericum ... versum:

tertia te Phthiae tempestas laeta locabit

Tra.[1] 91-99; Tra.[3]

Phthiae *Marsus* (*1508*): pythlae **AV**: pythele **B**: Pthiae *Traglia, cf. Schultze, W., Orthographica et Graeca Latina, Marpurgi Cattorum 1894, Roma 1958, 42. 49-52. 75; cf. Calcidius fr. 2*

Hom. Il. I 363: ἤματί κε τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην

Tolkiehn 90 vidit Ciceronem non Homeri, sed Platonis textum Crito 44 b2 vertisse (... ἵκοιο)

28 (27 Mo.)

Cic. Tusc. 3, 18: ... apud Homerum Achilles queritur hoc, ut opinor, modo:

corque meum penitus turgescit tristibus iris,
cum decore atque omni me orbatum laude recordor.

Hom. Il. I 646 sq. ἀλλά μοι οἰδάνεται κραδίη χόλῳ, ὁππότε κείνων
μνήσομαι, ὥς μ᾽ ἀσύφηλον ἐν Ἀργείοισιν ἔρεξεν.

29 (28 Mo.)

Cic. Tusc. 3, 65: ... apud Homerum cotidianae neces interitusque multorum sedationem maerendi adferunt, apud quem ita dicitur:

namque nimis multos atque omni luce cadentis
cernimus, ut nemo possit maerore vacare.
quo magis est aequum tumulis mandare peremptos
firmo animo et luctum lacrimis finire diurnis.

1 cadentis *Manutius*: carentis *codd.*

Hom. Il. T 226–229: λίην γὰρ πολλοὶ καὶ ἐπήτριμοι ἤματα πάντα
πίπτουσιν· πότε κέν τις ἀναπνεύσειε πόνοιο;
ἀλλὰ χρὴ τὸν μὲν καταθάπτειν ὅς κε θάνῃσι
νηλέα θυμὸν ἔχοντας, ἐπ᾽ ἤματι δακρύσαντας·

HOMERI EX ODYSSEA

30 (29 Mo.)

Cic. fin. 5, 49: ita enim invitant Ulixem – nam verti, ut quaedam Homeri, sic istum ipsum locum:

o decus Argolicum, quin puppim flectis, Ulixes,
auribus ut nostros possis agnoscere cantus?
nam nemo haec unquam est transvectus caerula cursu,
quin prius adstiterit vocum dulcedine captus,
post, variis avido satiatus pectore Musis,
doctior ad patrias lapsus pervenerit oras.
nos grave certamen belli clademque tenemus,
Graecia quam Troiae divino numine vexit,
omniaque e latis rerum vestigia terris.

5 satiatus] sociatus **E** || **7** nos] non $\mathbf{P}^1$: nunc $\mathbf{P}^2$ *marg.* | tenemus] canemus **P** || **9** rerum *Marsus*: regum *codd.*

Od. μ 184-191 δεῦρ᾽ ἄγ᾽ ἰὼν πολύαιν᾽ Ὀδυσεῦ μέγα κῦδος Ἀχαιῶν,
……
ἴδμεν δ᾽ ὅσσα γένηται ἐπὶ χθονὶ πουλυβοτείρῃ.

31 (30 Mo.)

Aug. civ. 5, 8: illi quoque versus Homerici huic sententiae suffragantur, quos Cicero in Latinum vertit:

tales sunt hominum mentes, quali pater ipse
Iuppiter auctiferas lustravit lumine terras.

Hom. Od. σ 136 sq.: τοῖος γὰρ νόος ἐστὶν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων,
οἷον ἐπ᾿ ἦμαρ ἄγῃσι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

fragm. e libro de fato petitum esse ea quae apud Augustinum sequuntur indicant

EX FABVLIS SCAENICIS

Ex Aeschylo

versus fragmentorum 32-46: senarius iambicus

32

Cic. Tusc. 3, 76: ... ut Prometheus ille Aeschyli, cui cum dictum esset:

atqui, Prometheu, te hoc tenere existimo
mederi posse rationem iracundiae,

respondit:

siquidem qui tempestivam medicinam admovens
non adgravescens volnus inlidat manu.

2 rationem] ratione ratione **G**^{1}**RV**^{1} (*alterum expunx.* **G**^{2}**V**^{1}): ratione rationem **K**^{1} (ratione *del.* **K**^{1}) || **4** manu **BMP**: manus **GKRVH**

Aesch. Prom. vinct. 377–380:

Ωκ. οὔκουν, Προμηθεῦ, τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι
ὀργῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι;
Πρ. ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ
καὶ μὴ σφριγῶντα θυμὸν ἰσχαίνῃ βίᾳ.

33

Cic. Tusc. 2, 23: has igitur poenas pendens, adfixus ad Caucasum, dicit haec:

Titanum suboles, socia nostri sanguinis,
generata Caelo, aspicite religatum asperis

vinctumque saxis, navem ut horrisono freto
noctem paventes timidi adnectunt navitae.
Saturnius me sic infixit Iuppiter;
Iovisque numen Mulciberi adscivit manus.
hos ille cuneos fabrica crudeli inserens
perrupit artus; qua miser sollertia
transverberatus castrum hoc Furiarum incolo.
iam tertio me quoque funesto die
tristi advolatu aduncis lacerans unguibus
Iovis satelles pastu dilaniat fero.
tum iecore opimo farta et satiata adfatim
clangorem fundit vastum et sublime avolans
pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.
cum vero adesum inflatu renovatum est iecur,
tum rursum taetros avida se ad pastus refert.
sic hanc custodem maesti cruciatus alo,
quae me perenni vivum foedat miseria.
namque, ut videtis, vinclis constrictus Iovis
arcere nequeo diram volucrem a pectore.
sic me ipse viduus pestes excipio anxias,
amore mortis terminum anquirens mali.
sed longe a leto numine aspellor Iovis.
atque haec vetusta saeclis glomerata horridis
luctifica clades nostro infixa est corpori,
e quo liquatae solis ardore excidunt
guttae, quae saxa adsidue instillant Caucasi.

6 Mulciberi adscivit *anapaestus scissus ante synaloephen cf. W.M. Lindsay, Early Latin verse 92 sqq., de anap. sc. cf. W. Stockert, ed. comm. Plaut. Aul., Stuttgart 1983, 234 14; e.g. Pl. Bacch. 142* praesentibus illis; *Aul. 261* controversia mihi tecum || 14 avolans *Turnebus*: advolans *codd.* || 18–19 hanc ... quae *Bentley*: hunc ... qui *codd.*

H.J. Mette, Die Fragmente des Aischylos (Schr. d. Sekt. f. Altertumswissenschaft 15), Berlin 1959, 118 sq.

Ciceronis, non Acci versus esse demonstrat Soubiran

Ex Sophocle

34

Cic. Tusc. 2, 20: sed videamus Herculem ipsum ..., quas hic voces apud Sophoclem in Trachiniis edit! cui cum Deianira sanguine Centauri tinctam tunicam induisset inhaesissetque ea visceribus, ait ille:

o multa dictu gravia, perpessu aspera
quae corpore exanclata atque animo pertuli!
nec mihi Iunonis terror inplacabilis
nec tantum invexit tristis Eurystheus mali,
quantum una vecors Oenei partu edita.
haec me inretivit veste furiali inscium,
quae latere inhaerens morsu lacerat viscera,
urguensque graviter pulmonum haurit spiritus:
iam decolorem sanguinem omnem exsorbuit.
sic corpus clade horribili absumptum extabuit:
ipse inligatus peste interimor textili.
hos non hostilis dextra, non terra edita
moles Gigantum, non biformato impetu
Centaurus ictus corpori inflixit meo,
non Graia vis, non barbara ulla inmanitas,
non saeva terris gens relegata ultimis,
quas peragrans undique omnem ecferitatem expuli,
sed feminae vir feminea interimor manu.
o nate, vere hoc nomen usurpa patri,
ne me occidentem matris superet caritas.
huc adripe ad me manibus abstractam piis:
iam cernam mene an illam potiorem putes.
perge, aude, nate! inlacrima patriis pestibus,
miserere! gentes nostras flebunt miserias.
heu virginalem me ore ploratum edere,
quem vidit nemo ulli ingemescentem malo!
ecfeminata virtus adflicta occidit.
accede, nate, adsiste, miserandum aspice
eviscerAtum corpus laceratum patris!

videte, cuncti, tuque Caelestum sator
iace, obsecro, in me vim coruscam fulminis!
nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vertices,
nunc serpit ardor. o ante victrices manus,
o pectora, o terga, o lacertorum tori,
vestrone pressu quondam Nemeaeus leo
frendens efflavit graviter extremum halitum?
haec dextra Lernam taetra mactata excetra
pacavit? haec bicorporem adflixit manum?
Erymanthiam haec vastificam abiecit beluam?
haec e Tartarea tenebrica abstractum plaga
tricipitem eduxit Hydra generatum canem?
haec interemit tortu multiplicabili
Draconem auriferam optutu adservantem arborem?
multa alia victrix nostra lustravit manus,
nec quisquam e nostris spolia cepit laudibus.

7 latere] lateri *Wesenberg*: laterei *Baehrens* || **9** *cf. Charis. 257 B (198 K), (cf. autem Diom GLK I 366, 28* sanguinem omnem sorbui) || **14** inflixit **V**[c]: infixit *codd. cett.* || **17** ecferitatem *Klotz*: (h)ic feritatem (effer. **V**[c]) *codd.* | expuli **V**[c]**P**[c]**r**: expulit *cett. codd.* || **18** feminae *Bentley*: feminea *codd.* | interimor] interemor **R**[2]**VG**[2] || 23 patriis *L. Mueller*: patris *codd.*|| **27** ecfeminata *Klotz*: sic feminata (effeminata **r**) *codd.* || **29** evisceratum] eviscerati *Bentley* | laceratum] lacerati **V**[c] || **33** o ante] o <tam> ante *Baehrens* || **38** pacavit *Turnebus*: placav **K**: plavit **G**: placuit **VR**

Soph. Trach. 1046-1102:

Ηρ: ὦ πολλὰ δὴ καὶ θερμὰ καὶ λόγῳ κακὰ
……
κοὐδεὶς τροπαῖ᾽ ἔστησε τῶν ἐμῶν χερῶν.

35

Cic. Tusc. 3, 71: itaque Oileus ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea de Aiacis morte consolatus esset, is, cum audivisset de suo, fractus est. de cuius commutata mente sic dicitur:

nec vero tanta praeditus sapientia
quisquam est, qui aliorum aerumnam dictis adlevans
non idem, cum fortuna mutata impetum

convertat, clade subita frangatur sua,
ut illa ad alios dicta et praecepta excidant.

Gen.

3 impetum *Sophoclis codd. lectionem* μάστιγ' *confirmare videntur, de quo cf. Gen. 101 sqq.* || **4** clade subita ς: clade ut subita **GVRKH**: clade in subita *Baehrens*

Soph. Aiax Locr. fr. 666 N^2, 576 R:

τοὺς δ' αὖ μεγίστους καὶ σωφοτάτους φρενὶ
τοιούσδ' ἴδοις ἄν, οἷός ἐστι νῦν ὅδε,
καλῶς κακῶς πράσσοντι συμπαραινέσαι·
ὅταν δὲ δαίμων ἀνδρὸς εὐτυχοῦς τὸ πρὶν
μάστιγ' ἐρείσῃ τοῦ βίου παλίντροπον,
τὰ πολλὰ φροῦδα καὶ καλῶς εἰρημένα.

1 αὖ **N^2**: ἂν *codd.*

35 a

Cɪᴄ. Tusc. 2, 60: tum Cleanthem, cum pede terram percussisset, versum ex Epigonis ferunt dixisse:

audisne haec, Amphiarae, sub terram abdite?

Traina, Suppl. Morel. 25; F. Della Corte, Maia 39, 1987, 76

Bothe praeeunte Della Corte, Maia 39, 1987, 76 versum Accio adiudicat

Trag. Graec. fr. ad. 3, p. 837 N^2, Soph. fr. 186 R.

Ex Euripide

36

Cɪᴄ. off. 3, 108: scite enim Euripides ...

iuravi lingua, mentem iniuratam gero.

gero **ZLp**: tenens **c^1**: gerens **c^2**

Eurip. Hipp. 612: ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος.

37

Cɪᴄ. off. 3, 82: ipse autem socer in ore semper Graecos versus de Phoenissis habebat ...:

nam si violandum est ius, regnandi gratia
violandum est: aliis rebus pietatem colas.

Pianezzola, E., in: Ciceroniana V, 1984, 167-172

cf. Suet. Iul. 30

Eurip. Phoen. 524 sq.: εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρή, τυραννίδος πέρι
καλλίστον ἀδικεῖν, τἄλλα δ᾽ εὐσεβεῖν χρεών.

38

Cic. Tusc. 4, 63: itaque non sine causa, cum Orestem fabulam doceret Euripides, primos tres versus revocasse dicitur Socrates:

neque tam terribilis ulla fando oratio est
nec sors nec ira caelitum invectum malum,
quod non natura humana patiendo ecferat.

Prisc. GLK **III** 426: neque ... ferat

1 oratio ς: ratio **GVRKH**, *Prisc.* || **2** sors ς: fors **GVRKH**, *Prisc.* | invectum *duo* ς, *edd.*: invictum *Prisc*: inventum **GVRKH**

Eurip. Or. 1–3: Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ᾽ εἰπεῖν ἔπος
οὐδὲ πάθος οὐδὲ ξυμφορὰ θεήλατος,
ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ᾽ ἄχθος ἀνθρώπου φύσις.

39

Cic. fin. 2, 105: vulgo enim dicitur: ‘iucundi acti labores’, nec male Euripides – concludam, si potero, Latine: Graecum enim hunc versum nostis omnes –:

suavis laborum est praeteritorum memoria.

est ... memoria] memoria est praeteritorum **BE**

Eurip. Andromeda fr. 133 N²: ἀλλ᾽ ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

40

Cic.Tusc. 3, 29: itaque apud Euripidem a Theseo dicta laudantur; licet enim, ut saepe facimus, in Latinum illa convertere:

nam qui haec audita a docto meminissem viro,
futuras mecum commentabar miserias:
aut mortem acerbam aut exili maestam fugam
aut semper aliquam molem meditabar mali,
ut, si qua invecta diritas casu foret,
ne me inparatum cura laceraret repens.

3 exili *Traglia*[4]: exilii *codd.*| **6** repens] recens *Eurip. fr. 964 Nauck*[2]

Eurip. fr. 964 Nauck[2]: ἐγὼ δὲ <ταῦτα> παρὰ σοφοῦ τινος μαθὼν
εἰς φροντίδας νοῦν συμφοράς τ᾽ ἐβαλλόμην,
φυγάς τ᾽ ἐμαυτῷ προστιθεὶς πάτρας ἐμῆς
θανάτους ἀώρους καὶ κακῶν ἄλλας ὁδούς,
ἵν᾽ εἴ τι πάσχοιμ᾽ ὧν ἐνδόξαζον φρενί,
μή μοι νεῶρες προσπεσὸν μᾶλλον δάκοι.

41

Cic. Tusc. 1, 115: qua est sententia in 'Cresphonte' usus Euripides:

nam nos decebat coetus celebrantis domum
lugere, ubi esset aliquis in lucem editus,
humanae vitae varia reputantis mala:
at qui labores morte finisset gravis,
hunc omni amicos laude et laetitia exsequi.

3 humanae **V**[c] *(ex* humane): humana *cett. codd.* || **5** omni *Davies*: omnes *codd.*

Eurip. Cresph. fr. 449 N[2]: ἐχρῆν γὰρ ἡμᾶς σύλλογον ποιουμένους
τὸν φύντα θρηνεῖν εἰς ὅσ᾽ ἔρχεται κακά.
τὸν δ᾽ αὖ θανόντα καὶ πόνων πεπαυμένον
χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.

42

Cic. Tusc. 3, 59: Carneades ... reprehendere Chrysippum solebat laudantem Euripideum carmen illud:

mortalis nemo est, quem non adtingit dolor
morbusque; multis sunt humandi liberi,
rursum creandi, morsque est finita omnibus.
quae generi humano angorem nequiquam adferunt:
reddenda terrae est terra, tum vita omnibus
metenda, ut fruges: sic iubet Necessitas.

1 non *om.* **GR** | attingit (attigit **K**) *codd.*: attingat ς || **2** morbusque] morbique *Baehrens* | multis *Lambinus*: multi **GVRKH** || **3** creandi] creantur *Nauck* || **4** generi **V**[2]**P**: genere *cett. codd.* | adferunt] adferant **V**[2] || **5** tum] tam *Seyffert*: nam *Kühner*

Eurip. Hypsip. fr. 757 N[2]: ἔφυ μὲν οὐδεὶς ὅστις οὐ πονεῖ βροτῶν

θάπτει τε τέκνα χἄτερ᾽ αὖ κτᾶται νέα,
αὐτός τε θνῄσκει· καὶ τάδ᾽ ἄχθονται βροτοί,
εἰς γῆν φέροντες γῆν. ἀναγκαίως δ᾽ ἔχει
βίον θερίζειν ὥστε κάρπιμον στάχυν.

43

Cic. Tusc. 3, 67: ... ut ille apud Euripidem:

si mihi nunc tristis primum inluxisset dies
nec tam aerumnoso navigavissem salo,
esset dolendi causa, ut iniecto eculei
freno repente tactu exagitantur novo;
sed iam subactus miseriis obtorpui.

5 subactus **V^2**: subiactus **GV^1**: subiectus **KRP**

Eurip. Phrix. fr. 821 N2: εἰ μὲν τόδ᾽ ἦμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ
καὶ μὴ μακρὰν δὴ διὰ πόνων ἐναυστόλουν,
εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἂν ὡς νεόζυγα
πῶλον χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον·
νῦν δ᾽ ἀμβλύς εἰμι καὶ κατηρτυκὼς κακῶν.

44

Cic. nat. deor. 2, 65: Euripides autem, ut multa praeclare, sic hoc breviter:

vides sublime fusum, inmoderatum aethera,
qui terram tenero circumiectu amplectitur:
hunc summum habeto divum, hunc perhibeto Iovem.

Eurip. fr. 941 N^2: ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τὸν δ᾽ ἄπειρον αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ᾽ ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ᾽ ἡγοῦ θεόν.

45

Cic. div. 2, 12: est quidam Graecus vulgaris in hanc sententiam versus:

bene qui coniciet, vatem hunc perhibebo optumum.

coniciet] conicit **H**

Eurip. inc. fab. fr. 973 N^2: μάντις δ᾽ ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς;
Cic. Att. 7, 13, 4: μάντις δ᾽ ἄριστος

Ex Aristophane

46

Cɪᴄ. Tusc. 1, 41: bene enim illo Graecorum proverbio praecipitur:

quam quisque norit artem, in hac se exerceat

Aristoph. Vesp. 1431: ἔρδοι τις ἣν ἕκαστος εἰδείη τέχνην

EX EPICHARMO

47 (31 Mo.)

Cɪᴄ. Tusc. 1, 15: dicam si potero Latine ... sed quae tandem est Epicharmi ista sententia?

emori nolo, sed me esse mortuum nihil aestimo

nihil] nihili *cum Aldo edd. vett.*

Diels–Kranz fr. 11:

ἀποθανεῖν <μὴ εἴ>η, τεθνάκειν δ' οὔκ ἐμίν <γα> διαφέρει

sed habet Sext. adv. math. 1, 273: ἀποθανεῖν ἢ τεθνάναι οὔ μοι διαφέρει.

versus: septenarius trochaicus

hic Enni, non Ciceronis versum legi suspicatus est Morel

ARATEA et PROGNOSTICA

(cf. editiones supra laudatas)

Cɪᴄ. nat. deor. 2, 104: hoc loco me intuens: utar, inquit (*sc. Balbus*), carminibus Arateis, quae a te admodum adulescentulo conversa ita me delectant, quia Latina sunt, ut multa ex is memoria teneam.

Cɪᴄ. Att. 2, 1, 11 (*scr. m. Iun. 60 a.Chr.n.*): Prognostica mea cum oratiunculis propediem exspecta.

Cɪᴄ. Att. 15, 16 a (*m. Jun. a. 44 a.Chr.n.*): equidem etiam pluvias metuo, si Prognostica nostra vera sunt, ranae enim ῥητορεύουσιν.

Cɪᴄ. div. 1, 13: his rerum praesensionibus Prognostica tua referta sunt.

Bue. 1237-1245; Jon.; Pe.

E SOLONE

48 (33 Mo.)

Cic. Tusc. 1, 117: quod si fiat, melior Enni quam Solonis oratio ... at vero ille sapiens:

mors mea ne careat lacrimis: linquamus amicis
maerorem, ut celebrent funera cum gemitu.

Sol. fr. 22 D², 5–6: μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Epigrammata, oracula, sententiae, aenigmata

49 (39 Mo.)

Cic. Tusc. 1, 101: pari animo Lacedaemonii in Thermopylis occiderunt, in quos Simonides:

dic, hospes, Spartae nos te hic vidisse iacentis,
dum sanctis patriae legibus obsequimur.

Simon. fr. 92b D²: Ὦ ξένε ἄγγειλον Λακεδαιμονίοισ᾽ ὅτι τῇδε
κείμεθα τοῖς κείνων πειθόμενοι νομίμοις.

50 (40 Mo.)

Cic. Tusc. 5, 101: ex quo Sardanapalli, opulentissimi Syriae regis, error adgnoscitur, qui incidi iussit in busto:

haec habeo, quae edi quaeque exsaturata libido
hausit; at illa iacent multa et praeclara relicta.

Anth. Pal. 7, 325: Τόσσ᾽ ἔχω ὅσσ᾽ ἔφαγόν τε καὶ ἔμπιον καὶ μετ᾽ ἐρώτων
τέρπν᾽ ἐδάην, τὰ δὲ πολλὰ καὶ ὄλβια πάντα λέλειπται.

51 (34 Mo.)

Cic. Tusc. 5, 49: et est in aliqua vita praedicabile aliquid et gloriandum ac prae se ferendum, ut Epaminondas:

consiliis nostris laus est attonsa Laconum

Paus. 9, 15, 6: ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτη μὲν ἐκείρατο δόξαν

52 (32 Mo.)

Cic. Tusc. 1, 115: simile quiddam est in 'Consolatione' Crantoris: ait enim Terinaeum quendam Elysium, cum graviter fili mortem maereret, venisse in psychomantium quaerentem, quae fuisset tantae calamitatis causa; huic in tabellis tris huiusmodi versiculos datos:

ignaris homines in vita mentibus errant:
Euthynous potitur fatorum numine leto.
sic fuit utilius finiri ipsique tibique.

2 leto] laeto **GVRH** (loeto **K**)

Plut. consol. ad Apollon. 109b:

† ἦρου νήπιε Ἠλύσιε φρένας ἀνδρῶν.
Εὐθύνοος κεῖται μοιριδίῳ θανάτῳ.
οὐκ ἦν γὰρ ζώειν καλὸν <οὔτε οἱ> οὔτε γονεῦσι.

53 (36 Mo.)

Cic. div. 1, 81: tum enim ferunt ex oraclo ecfatam esse Pythiam:

ego providebo rem istam et albae virgines.

versus: senarius iambicus

Suda Lexicogr. Gr. I 2 p. 264 Adler s. v. ἐμοὶ μελήσει·

ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις.

Corp. paroemiogr. Graec, ed. E.L. a Leutsch – F.G. Schneidewin, Göttingen 1839 (Hildesheim 1958) I 403

54 (37 Mo.)

Cic. Div. 2, 115: ... illa sors edita est opulentissumo regi Asiae:

Croesus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim

Arist. Rhet. 3, 1407 a 39: Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει.

55 (35 Mo.)

Cic. div. 2, 25: hoc idem significat Graecus ille in eam sententiam versus:

quod fore paratum est, id summum exsuperat Iovem

versus: senarius iambicus
exemplar Graecum non exstat

56 (38 Mo.)

Cɪᴠ. div. 2, 133: ut si quis medicus aegroto imperet ut sumat

terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam,

potius quam hominum more cocleam diceret.

cf. Hes. op. 571: ἀλλ᾽ ὁπόταν φερέοικος ἀπὸ χθονὸς ἂμ φυτὰ βαίνῃ

et aenigma Athen. 2, 63 b: προβάλλεται δὲ κἀν τοῖς συμποσίοις γρῖφου τάξιν ἔχον περὶ τῶν κοχλιῶν οὕτως·

ὑλογενής, ἀνάκανθος, ἀναίματος, ὑγροκέλευθος.

Lucilio hunc versum tribuerunt Vossius et Corpetus, Ciceroni autem Marx vindicavit (cf. Lucilii carm. rel. II p. 437)

Ciceronis cetera fr. dubia vel spuria cf. PLM V 407 Baehr. et Anth. Lat. 873a, 901 Riese

Conspectus fragmentorum

Morel	Bue./Bl.	Morel	Bue./Bl.	Morel	Bue./Bl.
1	1	14	9	27	28
2	2	15	10	28	29
3	3	16	11	29	30
4	4	17	12	30	31
5	18	18	13	31	32
6	19	19	4	32	52
7	20	20	15	33	48
8	21	21	16,17	34	51
9	22	22	23	35	55
10	5	23	24	36	53
11	6	24	25	37	54
12	7	25	26	38	56
13	8	26	27	39	49
				40	50

Traglia[4]	Buechner	Traglia[4]	Buechner	Traglia[4]	Buechner
1	1	60	24	79	43
2	2	61	25	80	44
3	3	62	26	81	45
4	4	63	27	82	46

Traglia[4]	Buechner	Traglia[4]	Buechner	Traglia[4]	Buechner
5	18	64	28	83	47
6	19	65	29	84	48
7	20	66	30	85	49
8	21	67	31	86	50
9	22	68	32	87	51
10	5	69	33	88	52
11	6	70	34	89	53
12	7	71	35	90	54
13	8	72	36	91	55
14	9	73	37	92	56
15	10	74	38	test. 13	16
16	11	75	39	test. 15	15
17	12	76	40	test. 17	17
18	13	77	41	test. 19	14
59	23	78	42		

Q. TVLLIVS CICERO

(*ca. 102–43*)

(Münzer, F., RE VII A 2, 1948, 1286-1306 s.v. Tullius n. 31)

Courtney p. 179 sqq.
Mamoojee, A.H., Quintus Cicéron et les douze signes du zodiaque, in: Mélanges d'études offerts à M. Lebel, Québec, 1980, 247-256
Possanza, M., Two notes on Q. Cicero's De duodecim signis (FPL p. 79 Morel; p. 101 Büchner), CPh 87, 1992, 44-46
Shackleton Bailey, D.R., Towards a text of Anthologia Latina, Cambr. Philol. Soc., Suppl. vol. 5, Cambridge 1979, 67
Traglia, A., Sul frammento astronomico di Quinto Tullio Cicerone, in: "Humanitas" classica e "sapientia" cristiana. Scritti offerti a R. Iacoangeli, Roma 1992, 65-72

Opera:

Cic. Att. 2, 16, 4 (*Kal. Mai a. 59 a.Chr.n.*): quod de Quinti fratris epistula scribis, ad me quoque fuit πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ ... – quid dicam, nescio; nam ita deplorat primis versibus mansionem suam, ut quemvis movere possit, ita rursus remittit, ut me roget, ut annalis suos emendem et edam.

Cic. Q. fr. 2, 16 (15), 3 (*m. Sext. a. 54 a.Chr.n.*): Συνδείπνους Σοφοκλέους quamquam a te actam fabellam video esse festive, nullo modo probavi ... 4 o iucundas mihi tuas de Britannia litteras! timebam Oceanum, timebam litus insulae; reliqua non equidem contemno ... te vero ὑπόθεσιν scribendi egregiam habere video: quos tu situs, quas naturas rerum et locorum, quos mores, quas gentis, quas pugnas, quem vero ipsum imperatorem habes. ego te libenter, ut rogas, quibus rebus vis, adiuvabo et tibi versus, quos rogas, γλαῦκ' εἰς Ἀθῆνας mittam. sed heus tu! celari videor a te.

Cic. Q. fr. 3, 1, 13 (*m. Sept. a. 54 a.Chr.n.*): quarta epistula mihi reddita est Id. Sept., quam a. d. IIII Id. Sext. ex Britannia dederas. in ea nihil sane erat novi praeter Erigonam (quam si ab Oppio accepero, scribam ad te, quid sentiam, nec dubito, quin mihi placitura sit).

Cic. Q. fr. 3, 5, 7 (*ex. m. Oct. aut in. m. Nov. a. 54 a.Chr.n.*): quattuor tragoedias sedecim diebus absolvisse cum scribas, tu quicquam ab alio mutuaris? et πάθος quaeris, cum Electram et †trodam scripseris?

Cic. Q. fr. 3, 7 (9), 6 (*m. Dec. a. 54 a.Chr.n.*): quaero locupletem tabellarium, ne accidat, quod Erigonae tuae, cui soli Caesare imperatore iter ex Gallia tutum non fuit.

Schol. Bob. Cic. Arch. 4 p. 160 H.: fuit enim Q. Tullius non solum epici, verum etiam tragici carminis scribtor.

Auson. ecl. 25 (16 Sch, 107 P, 114 Prete): Quinti Ciceronis hi versus eo pertinent, ut quod signum quo tempore inlustre sit noverimus. quod superius quoque nostris versibus expeditur:

flamina verna cient obscuro lumine Pisces
curriculumque Aries aequat noctisque dieique,
cornua quem condunt florum praenuntia Tauri.
aridaque aestatis Gemini primordia pandunt
longaque iam minuit praeclarus lumina Cancer
languificosque Leo proflat ferus ore calores.
post modium quatiens Virgo fugat orta vaporem.
autumni reserat portas aequatque diurna
tempora nocturnis dispenso sidere Libra.
ecfetos ramos denudat flamma Nepai,
pigra Sagittipotens iaculatur frigora terris,
bruma gelu glacians iubar est spirans Capricorni,
quam sequitur nebulas rorans liquor altus Aquari.

tanta supra circaque vigent haec lumina mundi.
at dextra laevaque ciet rota fulgida Solis
mobile curriculum et Lunae simulacra feruntur
. . . .
squama sub aeterno conspectu torta Draconis
eminet. hunc infra fulgentes Arcera septem
magna quatit stellas, quam servans serus in alta
conditur Oceani ripa cum luce Bootes.

1 flamina *Wakefield*: flumina *codd.* || **3** condunt *Scaliger*: comunt *codd.* || **7-8** vaporem. autumni reserat] vaporem autumni reserans *Possanza* || **9** dispenso] suspenso *Shackleton Bailey* || **10** ecfetos *Riese*: et fetos **V** || **12** iubar est spirans **V**, *Possanza rez. Courtney*: iubar exspirat *Ianus Helvetius*: iubare spirat *edd. nonn.*: iubar it *Schenkl* || **13** quam **V**: quem *Heinsius* | altus **V**: almus *Wakefield* || **14** vigent haec *Buechner*: vigent umi *cod.*: v. ubi *Scaliger*: v. tibi *Brakman, Miscellanea. IV, Leiden 1934, 32*: urgentur *Buecheler* | lumina *Buecheler*: flamina **V** || **15** at *edd.*: ad *cod.*: a *Riese* || **17-20** *'fragm. sunt carminis nullo vinculo cum Q. Ciceronis versibus coniuncti' Schenkl* || **17** aeterno *cod., def. A. E. Housman, Class. Papers III 1150*: aetherio *Heinsius* || **18** infra *Buecheler*: inter **V** | *cf. Non. 77 L.*: arcera plaustrum est rusticum tectum undique quasi arca. hoc vocabulum et apud Varronem et apud M. Tullium invenitur. || **20** conditur *Canterus*: conditor **V**

M. et Q. fratres confudit Non., v. ThLL II 447, 25. cf. etiam quae ad Quinti versus congessit F. Buecheler, Quinti Ciceronis Reliquiae, Lipsiae 1869, 68 sqq.

TVLLIVS LAVREA

(*Ciceronis libertus*)

(Münzer, F., RE VII A 2, 1948, 1314 s.v. Tullius n. 40)

Courtney p. 182 sq.
Hollis p. 326 sqq.

Alfonsi, L., Una nota all'epigramma di Tullio Laurea, RFIC 94, 1966, 303-305
Dahlmann² 15-20
Pighi, G.B., in: Miscellanea di studi alessandrini in memoria di A. Rostagni, Torino 1963, 552-561

1 (194 Ho.)

Plin. nat. 31, 7: huius (*sc. villae Ciceronis apud Puteolos sitae*) in parte prima exiguo post obitum ipsius Antistio Vetere possidente eruperunt fontes calidi perquam salubres oculis, celebrati carmine Laureae Tulli, qui fuit e libertis eius, ut protinus noscatur etiam ministeriorum haustus ex illa maiestate ingenii. ponam enim ipsum carmen <uti queat> (*Morel*) ubique et non ibi tantum legi:

quo tua, Romanae vindex clarissime linguae,
  silva loco melius surgere iussa viret
atque Academiae celebratam nomine villam
  nunc reparat cultu sub potiore Vetus,
hoc etiam apparent lymphae non ante repertae,
  languida quae infuso lumina rore levant.
nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
  hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope,
ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
  sint plures oculis quae medeantur aquae.

1 quo **D**^{2}: quod **R**^{2} || **4** cultu] cultus **E**: cultos **R**^{2}**V** || **5** ante] arte *Courtney non male, quamquam Hollis errorem typothetae suspicatur* || **6** languida quae] languidaque *Heinsius*

M. TERENTIVS VARRO REATINVS

(*116 – 27*)

(Dahlmann, H., RE Suppl. VI 1935, 1172 sqq. s. v. Terentius n. 84, de carminibus p. 1276 sq.)

Varron, fragments des ouvrages intitulés: Logistorici, Hebdomades vel De imaginibus, De forma philosophiae, ... ed. par Ch. Chapppuis, Paris 1868

Satires Ménippées ed. J.P. Cèbe, Rome 1972 sqq.

Varronis saturae Menippeae, ed. R. Astbury, Lipsiae 1985

Courtney p. 184 sq.

Vita:

Gell. 3, 10, 17: tum ibi addit se quoque iam duodecimam annorum hebdomadam ingressum esse et ad eum diem septuaginta hebdomadas librorum

conscripsisse ex quibus aliquammultos, cum proscriptus esset, direptis bibliothecis suis non comparuisse.

Opera:

Hieron. catal. op. Varr. ap. F. Ritschl, Rh. Mus. 1848 = id., opusc. III, Lipsiae 1877, 419 sqq.: libri VI tragoediarum, liber carminis, libri X poematorum, libri IV saturarum, libri CL saturarum Menippearum.

Cic. Acad. post. 1, 9: plurimumque idem poetis nostris omninoque Latinis et litteris luminis et verbis attulisti atque ipse varium atque elegans omni fere numero poema fecisti.

Vell. 2, 36, 2: auctoresque carminum Varronem ac Lucretium.

Quintil. inst. 1, 4, 4: nec ignara philosophiae (*sc.* grammatice potest esse perfecta), cum propter plurimos in omnibus fere carminibus locos ex intima naturalium quaestionum subtilitate repetitos, tum vel propter Empedoclea in Graecis, Varronem ac Lucretium in Latinis, qui praecepta sapientiae versibus tradiderunt.

id. 10, 1, 95: alterum illud etiam prius saturae genus, sed non sola carminum varietate mixtum condidit Terentius Varro, vir Romanorum eruditissimus. plurimos hic libros et doctissimos composuit. peritissimus linguae Latinae et omnis antiquitatis et rerum Graecarum nostrarumque, plus tamen scientiae conlaturus quam eloquentiae.

Gell. 3, 10, 1: M. Varro in primo librorum qui inscribuntur Hebdomades vel De Imaginibus ...

Lact. inst. 2, 12, 4: Empedocles quem nescias utrumve inter poetas an inter philosophos numeres, quia de rerum natura versibus scripsit, ut apud Romanos Lucretius et Varro (*an potius de Varrone Atacino loquitur?*)

Licent. ap. Augustin. ep. 26: arcanum Varronis iter scrutando profundi / mens hebet ... (5) nam simul ut perplexa viri compendia tanti / volvere suasit amor sacrosque attingere sensus,/ quis numerum dedit ille tonos mundumque Tonanti / disseruit canere et pariles agitare choreas (W. *Speyer, AAM 11, 1959, 738 et 758 attinere versus putat ad M. Varronis Disciplinarum librum VI de astrologia*)

IMAGINES sive HEBDOMADES

1

Gell. 3, 11, 7: M. Varro in libro de imaginibus primo Homeri imagini epigramma hoc apposuit (*fr. 1 B.*):

capella Homeri candida haec tumulum indicat
quod hac Ietae mortuo faciunt sacra

1 tumulum ς: tumultum **VPR** || **2** hac Ietae *Salmasius*: aciete **VP**: acietem **R** (haci- **R**[2])

versus: senarius iambicus

2

Non. 848 L (528 M): lucis, numero plurali, quod sunt dies. Varro hebdomadum sub imagine Demetri:

hic Demetrius est † catus
quot lucis habet annus absolutus

Plin. nat. 34, 27: nullique arbitror plures statuas dicatas quam Phalereo Demetrio Athenis, siquidem CCCLX statuere, nondum anno hunc numerum dierum excedente, quas mox laceravere.

1 est catus] est tot aera nactus *Baehrens*: aeneas (aereas *Schrader*) tot aptust *Scaliger*: est tot aptu' signa *Quicherat*: iconas tot aptust *Roeper*: est <locis di>catus *Courtney*

versus: hendecasyllabus

Ex libro incerto

3

Diom. GLK I 400: demolio Varro in poetico libro:

et tamen non demolio rostra

rostra] astra ς

versus incertus

de saturis Menippeis cf. editiones supra laudatas

Q. HORTENSIVS HORTALVS

(*114 – 50*)

(Von der Mühll, P., RE VIII 2, 1913, 2470-2481 s.v. Hortensius 13)

Courtney p. 230 sqq.
Hollis p. 155 sqq.

Vita:

Cic. Brut. 228–230 et 317–328; 229: is (*sc.* Hortensius) L. Crasso Q. Scaevola consulibus (*a. 95 a.Chr.n.*) primum in foro dixit ... undeviginti annos natus erat eo tempore, est autem L. Paullo C. Marcello consulibus (*a. 50 a.Chr.n.*) mortuus.

Schol. Bob. Cic. Arch. (162, 7 Hildebrandt): Q. Hortensium, qui temporibus M. Tulli quamvis aetate provectior † tamen famosior oratoris † nomen obtinuit.

Catull. 65, 1 sqq.: Etsi me assiduo confectum cura dolore / sevocat a doctis, Ortale, virginibus ... (15) sed tamen in tantis maeroribus, Ortale, mitto / haec expressa tibi carmina Battiadae,/ ne tua dicta vagis nequiquam credita ventis / effluxisse meo forte putes animo.

Opera:

Catull. 95: *cf. testim. Helvii Cinnae*

Ov. trist. 2, 440 sq.: (Varro) / non potuit Veneris furta tacere suae./ nec minus Hortensi nec sunt minus improba Servi / carmina.

Plin. epist. 5, 3, 2 *cf. testim. Lutati Catuli.*

Gell. 19, 9, 7: *cf. testim. Laevi*

Vell. 2, 16, 3: cuius (*sc.* Minatii Magii) de virtutibus cum alii, tum maxime dilucide Q. Hortensius in annalibus suis rettulit.

1 (99 Ho.)

Varro ling. Lat. 8, 14: ab eo quod alii dicunt 'cervices' et id (**F**: fecit *Spengel*) <H>ortensius in poematis:

cervix

Varro ling. Lat. 10, 78: (consuetudo) passa Hortensium dicere pro 'cervices' 'cervix'.

Quintil. inst. 8, 3, 35: 'cervicem' videtur Hortensius primus dixisse.

Serv. Dan. Verg. Aen. 11, 496 (539 Th): quidam sane 'cervicibus' plurali numero secundum veteres dictum volunt et Hortensium primum singulari numero 'cervicem', unde Ciceronem 'cerviculam' illum iactaturum tradunt dixisse.

cf. de hoc errore grammaticorum ThLL 3, 946, 13

C. MEMMIVS

(*ca. 98 – ante 46*)

(Münzer, F., RE XV 1, 1931, 609-616 s.v. Memmius n. 8)

Courtney p. 233
Hollis p. 90 sqq.

Bardon I 354
Della Valle, G., Gaio Memmio, Rend. Acc. Linc., Sc. Mor. 14, 1938, 731 sqq.

VITA:

CIC. Brut. 247: C. Memmius L. f. perfectus litteris, sed Graecis, fastidiosus sane Latinarum.

LUCR. 1, 24: versibus ...,/ quos ego de rerum natura pangere conor / Memmiadae nostro, quem tu, dea, tempore in omni / omnibus ornatum voluisti excellere rebus.

OPERA:

OV. trist. 2, 433: quid referam Ticidae, quid Memmi carmen, apud quos / rebus adest nomen nominibusque pudor?

PLIN. epist. 5, 3, 5: *cf. testim. Lutati Catuli.*

GELL. 19, 9, 7: *cf. testim. Laevi.*

SUET. Iul. 73: Gai Memmi, cuius asperrimis orationibus non minore acerbitate rescripserat, etiam suffragator mox in petitione consulatus fuit.

PRISC. GLK II 386: (*Memmius scripsit*): quam stulte conficta, quam aperte sunt ementita, ἐψευσμένα.

1 (45 Ho.)

NON. 286 L (194 M): 'clivus' generis masculini, ut plerumque. neutri apud Memmium invenimus, cuius auctoritas dubia est:

ne ardua <sis> nitens fortunae <e>scendere cliva

ne ardua <sis> *tempt. Buechner*: ne ardua *codd.*: ardua ne *L. Mueller, Hollis*: ardua nec *Quicherat, Baehrens*: ardua nunc *Hertz* | <e>scendere *Mercerus*: scendere *codd.*: scandere *Junius, Hollis*: virtus *vel* fortuna escendere *Courtney 233 et 516*

versus corruptus

2 (46 Ho.)

Caper GLK VII 101: 'hoc lutum' atque 'macellum' ἑνικῶς exire memento, licet Memmius (Ennius **M**) ista

macella,

Caesar 'luta' dicat.

VOLVMNIVS

(*medio fere s. I a.Chr.n.*)

(Gundel, H., RE IX A 1, 1961, 874 et 878 n. 11, s.v. Volumnius n. 1; Schanz – Hosius I § 111)

Courtney p. 234
Hollis p. 164

Bardon I 336
Dahlmann[2] 21 sq.

Testimonia (dubia):

Cic. fam. 7, 32 *et* 33; 9, 26, 1 *de Volumnio Eutrapelo*

Plut. Brut. 48: Πόπλιος δὲ Βολούμνιος ἀνὴρ φιλόσοφος.

1 (104 Ho.)

Dub. Nom. GLK V 574: cyma, alii cymam, ut Volumnius:

stridenti<s> dabitur patella cymae

stridenti<s> *vulgo*: stridenti *codd., Baehrens* | cymae *vulgo*: ciemeae **M**: clemee **L**: cyma *vel* cuma *Baehrens*

P. Volumnio Eutrapelo dedit Buecheler, dubitat Bardon

versus: hendecasyllabus

C. IVLIVS CAESAR

(*100 – 44*)

(Klotz, A., RE X 1, 1917, 259-275 s.v. Iulius n. 131)

Courtney p. 187 sq.

Abbott, K.M., A rediscovered fragment of C. Julius Caesar L.F. (Vopiscus)?, ClJ 58, 1962, 68
Alfonsi, L., Ancora sul 'dimidiatus Menander', RFIC 74, 1946, 32-43
Herrmann, L., César ou Cicéron? Suetonii deperditorum librorum reliquiae ed. Roth, Lipsiae 1907, p. 294, MB 34, 1930–1932, 243-245
Perrotta, G., Date a Cesare quel ch'è di Cesare, SIFC 16, 1939, 111-125
Schmid, W., Terenz als Menander latinus. Zur Wiedergewinnung und Neuinterpretation caesarischer Verse, RhMus 95, 1952, 229 - 272

Opera:

Suet. Iul. 56, 7: feruntur et a puero et ab adulescentulo quaedam scripta, ut Laudes Herculis, tragoedia Oedipus, item Dicta collectanea, quos omnis libellos vetuit Augustus publicari in epistula, quam brevem admodum ac simplicem ad Pompeium Macrum, cui ordinandas bibliothecas delegaverat, misit.

Plin. epist. 5, 3, 2: *cf. testim. Lutati Catuli.*

Tac. dial. 21, 10: nisi qui et carmina eorundem (*sc. Caesaris et M. Bruti*) miratur; fecerunt enim et carmina et in bibliothecas rettulerunt, non melius quam Cicero, sed felicius, quia illos fecisse pauciores sciunt.

Plut. Caes. 2, 4: καὶ ποιήματα γράφων καὶ λόγους τινὰς ἀκροάταις ἐκείνοις (*sc. piratis Cilicibus*) ἐχρῆτο καὶ τοὺς μὴ θαυμάζοντας ἄντικρυς ἀπαιδεύτους καὶ βαρβάρους ἀπεκάλει ...

1 (2 Mo.)

Suet. vita Ter. 7 (43 sq. Rost) *post Cic. fr. 2*: item C. Caesar:

tu quoque, tu in summis, o dimidiate Menander,
poneris, et merito, puri sermonis amator.
lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret vis
comica, ut aequato virtus polleret honore
cum Graecis, neve hac despectus parte iaceres!
unum hoc maceror ac doleo tibi deesse, Terenti.

1 tu in summis, o *Stephanus*: tu in summisso **A**: tam submisso **DEZ**: non tam sum(m)isso **BCFG** || **2** poneris] pond · eris **A** | *post* vis *interp. Bentley* || **5** neve *Roth*: neque *codd.* | despectus *cum uno dett. R. Regius, ed. Terent., Venetiis 1473*: despectus ex *vel* despecta ex *cett.*: despecte ex *Baehrens, Courtney*

2 (1 Mo.)

Caper GLK VII 101: 'hoc lutum' atque 'macellum' ἑνικῶς exire memento, licet Memmius (Ennius **M**) ista macella, Caesar

luta

dicat.

Caesarem plurali pro singulari numero poetice usum esse veri simile videtur, cf. Baehrens ALL 2, 1885, 476

3* (2 Co.)

Isid. orig. 4, 12, 7: unguenta autem quaedam dicuntur a locis ut telinum, cuius Iulius Caesar meminit dicens:

<˘ –> corpusque suavi telino unguimus

hoc conficiebatur in insula Telo, quae una est ex Cycladibus.

versus: senarius iambicus

VERSVS POPVLARES IN CAESAREM ET SIMILIA

Courtney p. 471 sqq. et 483 sqq.

Cupaiuolo, G., Tra poesia e politica. Le pasquinate nell'antica Roma, Napoli 1993
Hendry, M., Two notes on Suetonius, Museum Criticum 30-31, 1995-1996, 281-283

1 (fr. inc. 18 Mo., 19 Bue.)

Suet. Iul. 20: (*C. Iulius Caesar*) unus ex eo tempore omnia in re publica et ad arbitrium administravit ... ut ... vulgo mox ferrentur hi versus:

non Bibulo quiddam nuper sed Caesare factum est:
nam Bibulo fieri consule nil memini.

1 quiddam] quidquam *vel* quicquam *vett. edd. cum codd. dett.*

2 (1 Mo.)

SUET. Iul. 49: Gallico denique triumpho milites eius inter cetera carmina, qualia currum prosequentes ioculariter canunt, etiam illud vulgatissimum pronuntiaverunt:

Gallias Caesar subegit, Nicomedes Caesarem:
ecce Caesar nunc triumphat, qui subegit Gallias,
Nicomedes non triumphat, qui subegit Caesarem.

2 *habent versum* **Y' O**^{2} ς, *om. cett., suspectum putat Ihm*

DIO CASS. 43, 20, 1 sq.: καὶ <ἐν> τοῖς μάλιστα τόν τε τῆς Κλεοπάτρας αὐτοῦ ἔρωτα καὶ τὴν παρὰ τῷ Νικομήδει τῷ τῆς Βιθυνίας βασιλεύσαντι διατριβήν, ὅτι μειράκιόν ποτε παρ' αὐτῷ ἐγεγόνει, διεκερτόμησαν, ὥστε καὶ εἰπεῖν ὅτι Καῖσαρ μὲν Γαλάτας ἐδουλώσατο, Καίσαρα δὲ Νικομήδης.

versus: septenarius trochaicus

3 (2 Mo.)

SUET. Iul. 51: ne provincialibus quidem matrimoniis abstinuisse vel hoc disticho apparet iactato aeque a militibus per Gallicum triumphum:

urbani, servate uxores: moechum calvom adducimus!
aurum in Gallia effutuisti, hic sumpsisti mutuom!

1 calvom *Roth*: calvon **MGV**: caluum *cett.* || **2** gallia **Y**: galliam *cett.* | aurum ... effutuisti] auro in gallia stuprum emisti (effundisti **L**^{3}ς) **ΠΡ** | mutuom *Baehrens*: mutuum *codd.*

versus: septenarius trochaicus

4 (3 Mo.)

SUET. Iul. 80, 2: peregrinis in senatum adlectis ... et illa vulgo canebantur:

Gallos Caesar in triumphum ducit, idem in curiam:
Galli bracas deposuerunt, latum clavum sumpserunt.

versus: septenarius trochaicus (sumpsĕrunt)

5 (4 Mo.)

SUET. Iul. 80, 3: subscripsere quidam L. Bruti statuae: 'utinam viveres!' item ipsius Caesaris:

Brutus, quia reges eiecit, consul primus factus est:
hic, quia consules eiecit, rex postremo factus est.

Hendry

1–2 quia ... quia] qui ... qui *Faernus* | **2** postremo] postremus *Hendry*
versus: septenarius trochaicus

6 (5 Mo.)

Plin. nat. 19, 144: nec non olus quoque silvestre est, triumpho (**Q**: trium foliorum *cett. codd.*: triumpho olim *Baehrens*: triumphorum *André*) divi Iulii, carminibus praecipue iocisque militaribus, celebratum; alternis quippe versibus exprobravere lapsana se vixisse apud Dyrrhachium, praemiorum parsimoniam cavillantes. est autem id cyma silvestris.

7 (6 Mo.)

Vell. 2, 67, 3: Antonius L. Caesarem avunculum, Lepidus Paulum fratrem proscripserant, nec Planco gratia defuit ad impetrandum, ut frater eius Plancus Plotius proscriberetur. eoque inter iocos militares, qui currum Lepidi Plancique secuti erant, inter exsecrationem civium usurpabant hunc versum:

de germanis, non de Gallis, duo triumphant consules.

versus: septenarius trochaicus

8 (7 Mo.)

Gell. 15, 4, 3: consulatum quoque adeptum esse (*sc. Ventidium Bassum anno 43 a.Chr.n. exeunte*) eamque rem tam intoleranter tulisse populum Romanum, qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis victitasse, ut vulgo per vias urbis versiculi proscriberentur:

concurrite omnes, augures, haruspices!
portentum inusitatum conflatum est recens:
nam mulas qui fricabat, consul factus est.

H. Haffter, Interpretationen zur römischen Volkspoesie, Hermes 87, 1959, 91 sqq.: E. Löfstedt, Coniectanea I, Uppsala 1950, 89 sqq.; P. Sommer, De P. Vergilii Maronis Catalepton carminibus quaestionum capita tria, diss. Halle 1910, 76

2 inusitatum] invisitatum *Broukhusius* || **3** mulas **Q**: mulos *codd. cett.*
verus: senarius iambicus

9 (8 Mo.)

Fest. 358 L (285 M): retiario pugnanti adversus murmillonem cantatur:

non te peto, piscem peto; quid me fugis,
Galle?

quia murmillonicum genus armaturae Gallicum est ipsique murmillones ante Galli appellabantur; in quorum galeis piscis effigies inerat.

cf. Mart. 8, 75, 15 sq.: hic mihi de multis unus, Lucane, videtur,/ cui merito dici 'mortue Galle' potest.

versus: senarius (vel trimeter) iambicus; si Martialem sequimur: quid me fugis, mortue Galle *septenarius iambicus*

10*

Macrob. sat. 2, 3, 6 (*de Caninio Rebilo unius diei consule*): dicere (*sc. Cicero*) praeterea non destitit:

vigilantem habemus consulem Caninium,
qui in consulatu somnum non vidit suo.

2 in consulatu suo somnum non vidit *codices praeter metrum*

POETAE NOVI

Courtney p. 189 sqq.
Hollis 1 sqq.

Alfonsi[1]
Castorina[1] et [2]
Granarolo[1] et [2]
Lyne, R.O.A.M., The neoteric poets, ClQ 28, 1978, 167-187
Ballestrer, Filología y crítica textual. A propósito del testimonio neotérico, Veleia 4, 1987, 319-333

Testimonia:

Cic. Att. 7, 2, 1 (= Cic. fr. 12a*): Brundisium venimus VII Kalend. Decembr. usi tua felicitate navigandi, ita belle nobis 'flavit ab Epiro lenissimus Onchesmites'. hunc σπονδειάζοντα si cui voles τῶν νεωτέρων pro tuo vendito.

Cic. or. 161: quin etiam, quod iam subrusticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorum eaedem erant postremae duae litterae, quae sunt in

'optumus', postremam litteram detrahebant, nisi vocalis insequebatur. ita non erat ea offensio in versibus, quam nunc fugiunt poetae novi. sic enim loquebamur: 'Qui est omnibu' princeps', non 'omnibus princeps', et: 'vita illa dignu' locoque', non 'dignus'.

Cic. Tusc. 3, 45: o poetam egregium (*sc.* Q. Ennium)! quamquam ab his cantoribus Euphorionis contemnitur.

'neoterici' *non appellantur nisi a Diom. GLK I 516*: reciprocus versus apud neotericos talis est ... *(fr. inc. 130 (88 M., 89 B.))*

P. VALERIVS CATO*

(ca. 98 – ? a.Chr.n.)

(Helm, R., RE VII A 2, 1948, 2348-2352 s.v. Valerius n. 117)

Granarolo[1] 294-299, 335-339
Crowther, N.B., Valerius Cato, Furius Bibaculus and Ticidas, ClPh 66, 1971, 108 sq.

Vita:

Suet. gramm. 11 (15 Br., 109 Reiff.): P. Valerius Cato, ut nonnulli tradiderunt, Burseni cuiusdam libertus ex Gallia; ipse libello, cui est titulus Indignatio, ingenuum se natum ait et pupillum relictum eoque facilius licentia Sullani temporis exutum patrimonio ... vixit ad extremam senectam, sed in summa pauperie et paene inopia, abditus modico gurgustio, postquam Tusculana villa creditoribus cesserat, ut auctor est Bibaculus (*sequuntur Bibaculi fr. 1 et 2*).

Suet. gramm. 4 (7 Br., 103 Reiff.): eosdem litteratores vocitatos Messala Corvinus in quadam epistula ostendit non esse sibi dicens rem cum Furio Bibaculo, ne cum Ticida quidem aut litteratore Catone; significat enim haud dubie Valerium Catonem, poetam simul grammaticumque notissimum.

Suet. gramm. 2 (4 Br., 101 Reiff.): ut Laelius Archelaus Vectiusque Philocomus (*sc.* retractarunt ac legendo commentandoque et ceteris notas fecerunt) Lucilii saturas familiaris sui, quas legisse se apud Archelaum Pompeius Lenaeus, apud Philocomum Valerius Cato praedicant.

[Hor.] sat. 1, 10, 1: Lucili, quam sis mendosus, teste Catone / defensore tuo pervincam, qui male factos / emendare parat versus.

cf. Catull. 56 et Cornelius Gallus fr. 2, v. 9

Opera:

Catull. c. 95, 9: parva mei mihi sint cordi monumenta <Catonis> (*Leo*: <sodalis> *Aldina*: <laboris> *codd. recc., alii aliter*)

Suet. gramm. 11 (15 Br., 109 Reiff.): docuit multos et nobiles visusque est peridoneus praeceptor, maxime ad poeticam tendentibus, ut quidem apparere vel his versiculis potest: Cato grammaticus, Latina Siren,/ qui solus legit ac facit poetas (= *Furii Bibaculi fr. dub. 6*). scripsit praeter grammaticos libellos etiam poemata, ex quibus praecipue probantur Lydia et Diana. Lydiae Ticida (*fr. 2*) meminit: Lydia doctorum maxima cura liber; Dianae Cinna (*fr. 14*): saecula per maneat nostri Dictynna Catonis.

Ov. trist. 2, 436: leve Cornifici parque Catonis opus

VERSVS AEQVALIS CVIVSDAM VALERII CATONIS

D'Anna, G., Oraziani i primi versi della decima satira?, Maia 7, 1955, 26-42

–, Ancora sull'autore di 'Lucili, quam sis mendosus', in: Studi class. in onore di Q. Cataudella, III Catania 1972, 267-294

Kißel, W., Horaz 1936-1975. Eine Gesamtbibliographie, ANRW II 31, 3, Berlin 1981, 1481

Marx, F., C. Lucili carminum reliquiae rec. F. Marx, vol. I., Lipsiae 1904 p. CXXX

Paratore, E., Storia della letteratura latina, Firenze [3]1953, 416 sq.

Rostagni, A., Dalle varianti blandiniane ... alle recensioni critiche di Probo, RFIC 62, 1934/35, 22

Rothstein, M., Die Anfangsverse I 10 des Horaz, Hermes 68, 1933, 70-83

Ussani, V., Nuove spigolature oraziane, RFIC 42, 1914, 44

1 (240 Ho.)

versus Hor. sat. 1,10 praemissi:

Lucili, quam sis mendosus teste Catone
defensore tuo pervincam, qui male factos
emendare parat versus, hoc lenius ille
quo melior vir <et> est longe subtilior illo,
qui multum puerum est loris et funibus udis

exhortatus, ut esset opem qui ferre poetis
antiquis posset contra fastidia nostra,
grammaticorum equitum doctissimus. ut redeam illuc:

1 *sc. Valerio Catone* || **4** quo ... est **Fλ'**: est quo vir melior ς | <et> *add. Bern. 619 et recc.* || **5** puerum est *Reisig*: puer et *codd.*: pueros *Nipperdey*: puer est *d'Anna* | udis] ussit *Marx* || **6** exhortatus ς: exoratus **Fλ**, *d'Anna*: exornatus *A. Ronconi, SIFC 29, 1957, 124 sq.* || **8** ut ... illuc *interpretatoris videntur, qui versus huic loco adaptavit*

hi versus leguntur in **Fλ'**ς(Ψ?). *viri docti plerique praeter Ussani, Rothstein, Rostagni, Paratore, d'Anna non Horatianos iudicant, partim aequali Valeri Catonis attribuunt. grammatico cuidam aetatis fere Suetonianae dedit Marx: nono p.Chr.n. saeculo Vollmer de Heirico Suetoni lectore cogitans. nam e Suet. gramm. 2:* 'Lucili saturas ... legisse se apud Archelaum Pompeius Lenaeus, apud Philocomum Valerius Cato praedicant' *facile concludi poterat paratam fuisse a Catone Lucili editionem.*

FVRIVS BIBACVLVS (*vel* FVRII)

(*103 a.Chr.n. ? – ?*)

(Skutsch, F., RE VII 1, 1910, 320-322 s.v. Furius n. 37)

Courtney p. 192 sqq.
Hollis p. 118 sqq.

Alfonsi, L., Poetae novi, Como 1945, 40 sqq.
Bardon I 347 sqq.
Brugnoli[1], G., I tre Furi, in: Lanx satura N. Terzaghi oblata, Genova 1963, 95-100
–[2], Coniectanea XI–XX, RCCM 5, 1963, 255-265
Comella, C., Una questione di filologia classica: M. Furio Bibaculo, Palermo 1925
Crowther, N.B., Valerius Cato, Furius Bibaculus and Ticidas, ClPh 66, 1971, 108 sq.
Goossens, R., Facit poetas, Latomus 2, 1938, 233 sq.
Granarolo[1] 304-307, 348-351
Green, E.H., Furius Bibaculus, ClJ 35, 1940, 348-356
Kaster, R.A., Studies on the text of Suetonius, Atlanta 1992
Loomis, J.W., M. Furius Bibaculus and Catullus, ClW 63, 1969, 112-114

Mazzacane, F., I Furii poemata in Nonio, Studi Noniani 11, Univ. di Genova, Fac. di Lettere, Genova 1986, 131-143
McKay, K.J., Furius Bibaculus fr. 1 Baehrens (17 Morel), Latomus 42, 1983, 395 sq.
Nisbet, R.G., Collected papers on Latin literature, Oxford 1995
Ronconi, A., Quaeque notando, SIFC 29, 1957, 124-130
Taliercio, Il ruolo di Furio Bibaculo e di Varrone Atacino nei poetae novi, BStudLat 9, 1979, 268-271
Terzaghi[1], N., Facit poetas. A propos de l'épigramme sur Valérius Cato attribuée à Furius Bibaculus, Latomus 2, 1938, 91-94
–[2], Lacit poetas?, SIFC 30, 1958, 116-121
Traglia, A., Poetae novi, Roma 1962, 64-69

VITA:

HIERON. chron. a Abr. 1914 = 103 a. Chr.: M. Furius poeta cognomento Bibaculus Cremonae nascitur (*sed propter Tac. 4, 34, 5 potius Catulli vel poetarum novorum aequalis esse videtur*)

SUET. gramm. 4 (7 Br., 103 Reiff.): eosdem litteratores vocitatos Messala Corvinus in quadam epistula ostendit non esse sibi dicens rem cum Furio Bibaculo, ne cum Ticida quidem aut litteratore Catone.

OPERA:

QUINTIL. inst. 10, 1, 96: iambus non sane a Romanis celebratus est ut proprium opus, <sed> aliis quibusdam interpositus: cuius acerbitas in Catullo, Bibaculo ... reperiatur.

DIOM. GLK I 485: iambus est carmen maledicum, ... cuius carminis praecipui scriptores ... apud Romanos Lucilius et Catullus et Horatius et Bibaculus.

PLIN. nat. praef. 24: nostri graviores Antiquitatum, Exemplorum Artiumque, facetissimi Lucubrationum (*sc.* titulis utebantur), puto quia Bibaculus erat et vocabatur.

TAC. ann. 4, 34, 5: carmina Bibaculi et Catulli referta contumeliis Caesarum leguntur; sed ipse divus Iulius, ipse divus Augustus et tulere ista et reliquere, haud facile dixerim, moderatione magis an sapientia.

MACROB. sat. 2, 1, 13: is iocus in oratione (*sc. Ciceronis pro Flacco habita*) non extat, mihi ex libro Furii Bibaculi notus est.

EPIGRAMMATA

1 (84 Ho.)

SUET. gramm. 11, 4 (16 Br., 109 Reiff.): vixit (*sc. Valerius Cato*) ad extremam senectam, sed in summa pauperie et paene inopia, abditus modico (**BV**: modice *codd. alii*) gurgustio, postquam Tusculana villa creditoribus cesserat, ut auctor est Bibaculus:

Si quis forte mei domum Catonis,
depictas minio assulas et illos
custodis videt hortulos Priapi,
miratur, quibus ille disciplinis
tantam sit sapientiam assecutus,
quem tres cauliculi, selibra farris,
racemi duo tegula sub una
ad summam prope nutriant senectam.

2 assulas *Beroaldus*: assylas *vel* asillas *vel sim. codd.* || **3** custodis *Pontanus in* **L**: custodet **T**: custodes *cett. codd., Scaliger* | hortulos Priapi] hortuli Priapos *Scaliger* || **4** miratur] miretur **L**^{2}: mirator **C**^{2} || **5** sit sapientiam **LHPQF**: sapientiam sit *codd. cett.*| sapientiam] patientiam *Baehrens* | **6** cauliculi *Pontanus in* **L** *ex coni.*; calculi *sive* calculis *sive* calculus *cett. codd.* || selibra **DVL**: et libra *codd. cett.* || **7** una] uda *Heinsius*, *Reifferscheidt*: ima *Guietus*: ipsa *J. F. Gronovius*

versus: hendecasyllabus

2 (85 Ho.)

SUET. gramm. 11, 4 (17 Br., 109 Reiff.): (*post fr. 1*) et rursus:

Catonis modo, Galle, Tusculanum
tota creditor urbe venditabat.
mirati sumus unicum magistrum,
summum grammaticum, optimum poetam,
omnes solvere posse quaestiones,
unum deficere expedire nomen.
en cor Zenodoti, en iecur Cratetis!

Kaster 78-80 et 153 sq.

6 unum deficere *Toup*: unum difficile *codd.*: unum <huic> difficile *Hein-*

sius: unum difficilem *Bentley*: unum <at> difficile *Burman*: *dist. Della Corte* || 7 *habet Sacerdos GLK VI 480*, iecur Cratetis *etiam Prob. GLK IV 29*

versus: hendecasyllabus

3 (83 Ho.)

Suet. gramm. 9,5 (13 Br., 107 Reiff.): vixit (*sc. Orbilius*) prope ad centesimum aetatis annum amissa iam pridem memoria, ut versus Bibaculi docet:

> Orbilius ubinam est, litterarum oblivio?

Nisbet 393

versus: senarius vel trimeter iambicus

4 (89 Ho.)

Schol. Iuv. 8, 16: Catina oppidum Siciliae usque ad probra dissolutum notatur, ut et Bibaculus (vibaculus *vel* vibalus *codd.*):

> Osce senex Catinaeque puer, Cu<ma>na meretrix

Nisbet 394

Osce *Pithoeus*: oste *codd.* | Cu<ma>na *Pithoeus*: Campana *Nisbet*

5 (87 Ho.)

Dub. Nom. GLK V 573: 'crabatum' antiqui, nunc 'grabatum' generis neutri, ut Bibaculus (*Clericus*: babiculus *cod.*):

> nam meo grabato

grabato **L**: gabato **M**

versus: fortasse finis hendecasyllabi

6 (17 M., 86 Ho., dubium)

Suet. gramm. 11, 2 (15 Br., 109 Reiff.): docuit (*sc.* Valerius Cato) multos et nobiles visusque est peridoneus praeceptor maxime ad poeticam tendentibus, ut quidem adparere vel his versiculis potest:

> Cato grammaticus, Latina Siren,
> qui solus legit ac facit poetas.

Goossens 233 sq.; McKay; Nisbet 392; Terzaghi[1] et [2]

2 solus] solos *Jos. Scaliger 224* | legit ac facit] lacit ac facit *Ronconi*: legit ac lacit *Della Corte*

Bibaculo dedit Jos. Scaliger, Virgilii ... Appendix ..., Lugduni 1572, 224 et 434

versus: hendecasyllabus

6a (88 Ho., dubium)

CHAR. 161 B (127 K): duplici Bibaculus:

duplici (*inquit*) toga involutus

non duplice.

cf. GLOSSAE SALOMINIS (*H. Usener, RhMus 28, 1873, 418*): Rome tragoedias comoediasque primus egit idemque etiam composuit Livius Andronicus: duplici toga involutus (incolatus **GM**: infolatus **B**); *cf. loc. cit. 419*

Brugnoli[2]; Mazzacane 137 n. 26

versus: hendecasyllabum putat Lachmann, del. Baehrens, ed. Catull., Lipsiae 1885, p. 13 n., ex opere pedestri sumptum arbitratus

FVRII ANNALES

(*quem plerique Furium Bibaculum esse credunt, Mazzacane Furium Antiatem*)

Liber I

7 (72 Ho.)

MACROB. sat. 6, 1, 31 *ad Verg. Aen. 4, 585* (Tithoni croceum linquens Aurora cubile): Furius in primo annali:

interea Oceani linquens Aurora cubile

8 (73 Ho.)

MACROB. sat. 6, 4, 10 *ad Verg. Aen. 11, 500* (quam tota cohors imitata relictis ad terram defluxit equis): sic Furius in primo:

ille gravi subito devictus volnere habenas
misit equi lapsusque in humum defluxit et armis
reddidit aeratis sonitum.

1 devictus **P**: devinctus *vulgo* || **2** in humum *edd.:* unum *codd.*

9 (74 Ho.)

Macrob. sat. 6, 1, 44 *ad Verg. Aen. 1, 691* (placidam per membra quietem irrigat): Furius in primo:

mitemque rigat per pectora somnum

cf. Lucr. 4, 907

Liber IV

10 (75 Ho.)

Macrob. sat. 6, 3, 5 (*inter Hom. Il. N 131 et Verg. Aen. 10. 361)*: Furius in quarto annali:

pressatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

cf. [Caes.] bell. Hisp. 31, 7

Liber VI

11 (76 Ho.)

Macrob. sat. 6, 1, 32 *ad Verg. Aen. 1, 539* (quod genus hoc hominum? quaeve hunc tam barbara morem ...): Furius in sexto:

quod genus hoc hominum, Saturno sancte create?

hoc] hic *Courtney*
cf. Enn. ann. 627 V.[2] Saturno sancte create *cum Vahleni adnotatione*

Liber X

12 (77 Ho.)

Macrob. sat. 6, 1, 33 *ad Verg. Aen. 12, 228* (rumoresque serit varios ac talia fatur): Furius in decimo:

rumoresque serunt varios et multa requirunt

Liber XI

13 (78 Ho.)

Macrob. sat. 6, 1, 34 *ad Verg. Aen. 1, 731* (nomine quemque vocans reficitque ad proelia pulsos): Furius in undecimo:

nomine quemque ciet: dictorum tempus adesse
commemorat

dictorum] factorum *Hollis* | adesse] abisse *Nisbet*

14 (79 Ho.)

Macrob. sat. 6, 1, 34: deinde infra:

confirmat dictis simul atque exsuscitat acris
ad bellandum animos reficitque ad proelia mentes

FVRIVS

(*aetate Caesaris*)

(*E. Fraenkel, Horace, Oxford 1957, 130 adn. 1 sec. Nipperdey, Opusc. 499 adfirmat Alpinum Hor. sat. 1, 10, 36 et Furium Hor. sat. 2, 5, 41 eundem poetam, at nullo modo Furium Bibaculum esse*)

Courtney p. 197 sq.

PRAGMATIA BELLI GALLICI

15 (80 Ho.)

Porph. Hor. sat. 2, 5, 40 (*seu pingui tentus omaso Furius hibernas cana nive conspuet Alpis*): hic versus Furii Bibaculi est; ille enim, cum vellet Alpes nivibus plenas describere, ait:

Iuppiter hibernas cana nive conspuit Alpeis.

Ps. Acro *ad locum*: Furius Vivaculus in pragmatia belli Gallici: 'Iuppiter ... Alpes'. aliter: Furius poeta inmanis ventris, qui nivem spumas Iovis dixit, ideo hoc eius personae dedit, tamquam ipse spuat.

Ps. Acro Hor. sat. 1, 10, 36: Viva<cu>lum quendam poetam Gallum tangit.

Quintil. 8, 6, 17: sunt et durae (*sc. tralationes*), id est a longinqua similitudine ductae, ut: 'Iuppiter ... Alpes.'

Alpeis] Alpis *Hor.*: Alpes[*] **A**: alpesi **G**: alpes **MVP** *codd. Quintil.*, *codd. Porph. et Ps.-Acr.*: Alpes *Morel*

16 (81 Ho.)

Schol. Veron. Verg. Aen. 9, 379 (441 H) (*post lacunam*): in annalibus belli Gallici:

hic qua ducebant vastae divortia fossae

CATVLLI VERONENSIS FRAGMENTA

(*87/4–57/4*)

(Schuster, M., RE VII A 2, 1948, 2353-2410 s.v. Valerius n. 123)

Alfonsi, L., Sul primo Catullo, in: Wimmel, W. (ed.), Forschungen z. röm. Lit., Festschr. … K. Büchner, Wiesbaden 1970, 2-9
Jachmann, G., Gnomon 1, 1925, 203
Lenchantin de Gubernatis, M., Il libro di Catullo Veronese, Torino 1958, 274 sqq.
Pighi, G. B., Prolegomena al Catullo Veronese, Verona 1961, 33 sq.
Scherf, I., Untersuchungen zur antiken Veröffentlichung der Catullgedichte, Hildesheim 1996, 47-58
Zaffagno, E., Catullo in Nonio Marcello, in: Studi Noniani 3, Genova 1976, 257-263

Vita:

Hieron. chron. a Abr. 1930 = 87 a. Chr.: Caius Valerius Catullus scriptor lyricus Veronae nascitur.

Suet. Iul. 73: Valerium Catullum, a quo sibi versiculis de Mamurra perpetua stigmata imposita non dissimulaverat, satis facientem eadem die adhibuit cenae hospitioque patris eius, sicut consuerat, uti perseveravit.

Hieron. chron. a Abr. 1959 = 58 vel 57 a.Chr.n.: Catullus XXX aetatis anno Romae moritur.

Opera:

Prop. 2, 34, 87: haec quoque lascivi cantarunt scripta Catulli,/ Lesbia quis ipsa notior est Helena.

Plin. nat. 28, 19: hinc Theocriti apud Graecos, Catulli apud nos proximeque Vergilii incantamentorum amatoria imitatio.

1

Ter. Maur. GLK VI 406, v. 2754 sqq.: et ferme modus hic datur a plerisque Priapo, inter quos cecinit quoque carmen tale Catullus:

hunc lucum tibi dedico consecroque, Priape,
qua domus tua Lampsaci est quaque <lege> Priapi.
nam te praecipue in suis urbibus colit ora
Hellespontia ceteris ostriosior oris.

cf. Caes. Bass. GLK VI 260 (137 M); Atil. Fortun. GLK VI 292; Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 119, 151, 152; Ps. Cens. GLK VI 615

Alfonsi 8; Jachmann; Lenchantin de Gubernatis; Pighi

2 quaque <lege> *Buecheler*: <lege> quaque *Alfonsi*: quaque <silva> *Scaliger* | Priapi *Buecheler:* priape *codd.*

versus priapeus

2

Non. 195 L (134 M): 'ligurrire' degustare: unde 'abligurrire (*sic Iunius*, adlig. **L**^{1}, allig. **B**^{A}, lig. **C**^{A}**D**^{A})' multa avide consumere ... Catullus Priapeo (*Lachmann*: priapo *codd.*):

de meo ligurrire libido est

Zaffagno

<Priapo> de meo *Lindsay* | abligurrire **GPELH**

versus priapei finis

3

Porph. Hor. c. 1, 16, 22: iambi autem versus aptissimi habentur ad maledicendum: denique et Catullus, cum maledicta minaretur, sic ait:

at non effugies meos iambos

versus: hendecasyllabus

4

Plin. nat. 28, 19: *cf. testim.*

5

Serv. ad Verg. georg. 2, 95: hanc uvam (*sc.* Rhaeticam) Cato praecipue laudat in libris quos scripsit ad filium; contra Catullus eam vituperat et dicit nulli rei esse aptam miraturque, cur eam laudaverit Cato.

Q. MVCIVS SCAEVOLA

(*trib. pl. a. 54 a.Chr.n.*)

(Münzer, F., RE XVI 1, 1933, 446 sq. s.v. Mucius n. 23)

Courtney p. 186
Hollis p. 146 sqq.

Bardon I 353-355
Büchner, K., M. Tullius Cicero, Fragmente, RE VII A 1, 1939, 1236-1274
Ferrarrino, F., La data del 'Marius' ciceroniano, RhMus 88, 1939, 147-164
Dahlmann, H. – W. Speyer, Varronische Studien II, Ak. Wiss. u. Lit. Mainz, 1959, 11, 725

Opera:
Plin. epist. 5, 3, 5; *cf. testim. Lutati Catuli*

1 (91 Ho.)

Cic. leg. 1, 2: quercus ... ut ait Scaevola de fratris mei Mario;

canescet saeclis innumerabilibus

versus: pentameter dactylicus

2 (92 Ho.)

Dub. Nom. GLK V 575: clunes generis femini, ut Scaevola;

lassas clunes

cf. Char. 128 B (101 K)
versus incertus (duo spondei)

C. LICINIVS CALVVS

(*82 – brevi post 54*)

(Münzer, F., RE XIII 1, 1927, 428-435 s.v. Licinius (Macer) n. 113)

Courtney p. 201 sqq.
Hollis p. 49 sqq.

Alfonsi[1] 51 sqq. et 198 sqq.
–, Sulla Quintilia di Calvo, Athenaeum 49, 1971, 147-151
–, Virgilio e Calvo, il ΝΕΩΤΕΡΟΣ romano, PP 37, 1983, 108-113
–, Sui frammenti di Calvo, M. Ac. Padova Lett. LIX, 1942, 1943.
Bardon I 341 sqq.
Bolisani, E., I frammenti dei neoteri catoniani, in: Atti dell'Istituto Veneto di Scienze, Lett. ed Arti, Cl. sc. mor. e lett. 120, 1961–1962, 327-357
Bringmann, K., Catulls Carmen 96 und die Quintilia-Elegie des Calvus, MH 30, 1973, 25-31
Broccia, G., Calv. fr. 16 Mor., 8 Tra., 16 Büch. – Cat., c. 96. Le ipotesi di lusso della filologia, Euphrosyne 17, 1989, 87-98
Castorina, E., Licinio Calvo (Saggi e Ricerche XII), Catania 1946
–, Licinio Calvo e i misteri di Io-Iside, GIF 5, 1952, 330-345
Fraenkel, E., Catullus' Trostgedicht für Calvus, WSt 69, 1956, 278-288
Granarolo[1] 302-304, 343-348
Jocelyn, H.D., C. Licinius Macer Calvus, fr. 18 Büchner, Eikasmos 7, 1996, 243-254
Perutelli, A., Note a Calvo, DMP III 87-99
Pighi, F., De nonnullis veterum Romanorum poetarum fragmentis, in: Misc. di Studi alessandrini ... A. Rostagni, Torino 1963, 559
Stampacchia, G., Calv. carm. fr. 18 M, AFLL 2, 1964–1965, 21-33
Taliercio, A., Memoria dei poeti: a proposito dell'uso transitivo di requiesco, RCCM 28, 1986, 117-129
Tandoi, V., L'arguzia del carme 54 di Catullo, Firenze 1976, 11
–, Una reminiscenza scherzosa di Licinio Calvo nelle Georgie, in: Munus amicitiae. Scritti ... Ronconi, Firenze II 1988, 118-122
Tränkle H., Neoterische Kleinigkeiten, MH 24, 1967, 87-103
Traglia, A., Poetae novi, Roma 1962, 69-74
Weichert, A. Dissertatio de Q. Horatii Flacci obtrectatoribus, Progr. Fürstenschule 4, Grimma 1821
–, Poetarum latin. ... reliquiae, Lipsiae 1830

Vita:

Cic. Brut. 279: facienda mentio est ... duorum adulescentium, qui, si diutius vixissent, magnam essent eloquentiae laudem consecuti. C. Curionem te ... et C. Licinium Calvum arbitror dicere.

Plin. nat. 7, 165: C. Mario Cn. Carbone III coss. (*a. 82 a.Chr.n.*) a. d. V kal. Iunias M. Caelius Rufus et C. Licinius Calvus eadem die geniti sunt, oratores quidem ambo, sed tamen dispari eventu.

Sen. contr. 7, 4, 7: erat enim parvulus statura, propter quod etiam Catullus in hendecasyllabis (*c. 53, 5*) vocat illum salaputtium disertum.

Suet. Iul. 73: (Caesar) C. Calvo post famosa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti ultro ac prior scripsit.

Cic. Qu. fr. 2, 4, 1 (*a. 56 a. Chr.*): quin etiam Paulus noster ... confirmavit se nomen Vatini delaturum, si Macer Licinius cunctaretur, et Macer ab Sestii subselliis surrexit ac se illi non defuturum adfirmavit.

Cic. fam. 7, 24, 1 (*m. Aug. a. 45 a.Chr.n.*): hominem (*sc. Tigellium*) pestilentiorem patria sua, eumque addictum iam tum puto esse Calvi Licini Hipponacte praeconio ... *(cf. fr. 3)*

Catull. 14, 13: ni te plus oculis meis amarem,/ iucundissime Calve, munere isto / odissem te odio Vatiniano.

– 50, 1: Hesterno, Licini, die otiosi / multum lusimus in meis tabellis ...

id. 53, 1: Risi nescioquem modo e corona,/ qui, cum mirifice Vatiniana / meus crimina Calvos explicasset,/ admirans ait haec manusque tollens:/ Di magni, salaputium disertum.

id. 96, 5: certe non tanto mors immatura dolori est / Quintiliae, quantum gaudet amore tuo.

Tac. dial. 21, 2: quotus enim quisque Calvi in Asicium aut in Drusum legit. at hercule in omnium studiosorum manibus versantur accusationes, quae in Vatinium inscribuntur, ac praecipua secunda ex his oratio.

Diom. GLK I 376: Calvus alibi ad uxorem "prima epistula videtur in via delita."

Ov. am. 3, 9, 61 sq.: obvius huic (*sc. Tibullo*) venies hedera iuvenalia cinctus / tempora cum Calvo, docte Catulle, tuo.

Sen. Contr. 7, 4, 6: Calvus qui diu cum Cicerone iniquissimam litem de principatu eloquentiae habuit.

Cic. Brut. 283: qui (*sc. Calvus*) orator fuit cum litteris eruditior quam Curio tum etiam accuratius quoddam dicendi et exquisitius adferebat genus; quod quamquam scienter eleganterque tractabat, nimium tamen inquirens in se

atque ipse sese observans metuensque ne vitiosum colligeret, etiam verum sanguinem deperdebat. Itaque eius oratio nimia religione attenuata doctis et attente adientibus erat inlustris, a multitudine autem et a foro, cui nata eloquentia est, devorabatur.

Opera:

Hor. sat. 1, 10, 17: quos (*sc. poetas*) neque pulcher / Hermogenes umquam legit neque simius iste / nil praeter Calvum et doctus cantare Catullum.

Porph. Hor. sat. 1, 10, 19: hos autem duos Hermogenem et Demetrium negat antiquas comoedias legere neque alios quam Licini Calvi aut Valeri Catulli versus modulari.

Prop. 2, 34, 89: haec etiam docti confessa est pagina Calvi,/ cum caneret miserae funera Quintiliae.

Ov. trist. 2, 431 sq.: par fuit exigui similisque licentia Calvi,/ detexit variis qui sua furta modis.

Sen. contr. 7, 4, 7: carmina quoque eius, quamvis iocosa sint, plena sunt ingentis animi (*sequitur fr. 18*).

Plin. epist. 1, 16, 5: (Pompeius Saturninus) praeterea facit versus, quales Catullus meus aut Calvus, re vera quales Catullus aut Calvus.

id. 4, 27, 4: canto carmina versibus minutis,/ his olim quibus et meus Catullus / et Calvus veteresque (= *Sentius Augurinus fr. 1*)

id. 5, 3, 2: *cf. testim. Lutati Catuli.*

Gell. 19, 9, 7: saepeque eum (*sc. Iulianum rhetorem*) percontabantur ..., ecquis nostrorum poetarum tam fluentes carminum delicias fecisset, 'nisi Catullus, inquiunt, forte pauca et Calvus itidem pauca'.

Quintil. inst. 10, 1, 115: inveni, qui Calvum praeferrent omnibus ... fecitque illi properata mors iniuriam, si quid adiecturus sibi, non si quid detracturus fuit.

1

Ascon. tog. cand. fr. 28 Sch. (p. 93, 21 Cl): Curius hic notissimus fuit aleator, damnatusque postea est. in hunc est hendecasyllabus Calvi elegans:

et talos Curius pereruditus

talos *L. Mueller*: talus **P**: calus **SM**: talis *Beroaldus, Hollis*: calcis *Baehrens* | Curius *ed. Ven.*: curios *codd.* | pereruditus *ed. Ven.*: pererudiosius **S**: per erudius **PM**

versus: hendecasyllabus

2

Gell. 9, 12, 10: item C. Calvus in poematis 'laboriosus' dicit, non, ut vulgo dicitur, qui laborat, sed in quo laboratur:

durum rus fugis et laboriosum

fugis et *ed. Paris 1536*: fugi sed **FXΠN**: fugi et (fugiet **Z**) **δ**: fugite *codd. Non. 193 L (133 M)*: fugit et *Non. cod. Nic. Fabri, Hollis*
versus: hendecasyllabus

3

Porph. Hor. sat. 1, 3, 1: at Licinius Calvus (*P. Daniel*: gaius *codd.*) de eodem Hermogene loquens Sardum dixit:

Sardi Tigelli putidum caput venit

G. Bernhardy, Grundriß der römischen Literatur, Braunschweig ^{5}1872, 542 coll. Cic. fam. 7, 24, 1 (cf. testim.); Weichert
versus: choliambus (vēnit)

EPITHALAMIA

4

Char. 186 B (147 K): 'ungui' Licinius Calvus in poemate:

<– ˘ –> vaga candido
nympha quod secet ungui

Perutelli 87 sqq.
1 <lilium> *Broukhusius*: <luteum> *Perutelli* | vaga candido] vago candida **C**: candido *ex* candida **N**^{c}
versus: v. 1 glyconeus, 2 pherecrateus, cf. Catulli epithalamium c. 61

5

Prisc. GLK II 170: iubar ... tam masculinum quam neutrum proferebant ... Calvus in Epithalamio:

Hesperium ante iubar quatiens

'hoc iubar' dixit

hesperium *ed. Ald.*: hesperum (vesperum **RG**) *codd.*: vesper it *Baehrens* | quatiens *om.* **RHLDGK**

versus: initium hexametri dactylici

6

Serv. Dan. Verg. Aen. 4, 58 (474 Th): alii dicunt favere nuptiis Cererem, quod prima nupserit Iovi et condendis urbibus praesit, ut Calvus docet:

haec leges sanctas docuit, haec cara iugavit
corpora conubiis, haec magnas condidit urbes

1–2 haec ... haec ... haec **A** *marg.* (haec: *lectio sane ad genus dicendi hymnicum optime convenit, cf. [Tib.] 3, 6, 13 sqq.*): et ... et ... et *codd.* || sanctas docuit] docuit sanctas *Castorina 120*

Ed. Norden, Agnostos Theos, Leipzig 1912, 163 sqq; Granarolo 345

7

Serv. Verg. Aen. 2, 632 (311 Th): ... utriusque sexus participationem habere numina; nam ait Calvus (in libro suo *add.* **P**):

pollentemque deum Venerem

Macr. sat. 3, 8, 2: apud Calvum <H>aterianus adfirmat legendum 'pollentemque deum Venerem', non 'deam'.

Perutelli 90 sqq.

cf. Laevius fr. 26; 'deum' *acc. putant Weichert 145, Gudemann, ThLL V 1, 890, 16 sqq., Perutelli; gen. pl. putat J. Dousa, Centurionatus ... l. IV Lugd. Bat. 1587, 151.*

versus: initium hexametri dactylici

8

Serv. Dan. Verg. Aen. 11, 169 (496 Th.): alii 'dignem' legunt iuxta veteres ab eo quod est 'digno'. Calvus:

hunc tanto munere digna

hunc *Daniel*: huic **F** | digna *Daniel*: magna **F**

versus: finis hexametri dactylici

EPYLLION: IO

9

Serv. Dan. Verg. ecl. 6, 47 (74 Th): Calvus in Io:

a virgo infelix, herbis pasceris amaris.

10

[Probus] GLK IV 234: 'sibi' ... interdum ex brevi et longa ... ut Calvus in Io:

mens mea dira sibi praedicens omnia vecors

Perutelli 99

omnia] omina *Weichert* | vecors *R. Stephanus, Fragm. poet. vet., (s. l.) 1564, 411*: vaecors *codd.*

11

Prisc. GLK II 479: Calvus 'conivere' infinitum secundum tertiam coniugationem correpta paenultima protulit:

cum gravis ingenti conivere pupula somno

ingenti] urgenti *Heinsius* | somno / <coepit> *suppl. Heinsius*

cf. Ov. met. 1, 713 sq.

versus: hexameter dactylicus (cōnīvĕre*!)*

12

[Probus] GLK IV 226: 'is' syllaba nominativi casus brevis est ... feminino, ut Calvus in Io:

frigida iam celeris vexatur Bistonis ora

vexatur *tempt. Buechner*: vergatar **B**: peragratur *M. Lenchantin, comm. Ciris, Torino 1930, 38* | celeris vexatur] celeri superata est *Baehrens*: celeri superata *Keil*: celeri superatur *Munro 153, Hollis*: celeri peragrata *Parrhasius* | Bistonis *Munro*: vistinis **B**: Borysthenis *Parrhasius*: *[Probum] genetivum non intellexisse suspicatur Buechner*

13

Serv. Dan. Verg. ecl. 8, 4 (92 Th): Calvus in Io:

sol quoque perpetuos meminit requiescere cursus

Taliercio

14

Char. 101 B (80 K): 'alvum' ... masculine Calvus:

< ... > partus gravido portabat in alvo

<Io Iovis> *Bolisani*
versus: finis hexametri dactylici
de Io Epaphi matre agi verisimile est

QVINTILIA

15

Char. 128 B (101 K): quid quod feminino genere dixit 'cinerem' et Calvus in carminibus:

cum iam fulva cinis fuero < ... >

Non. 291 L (198 M): 'cinis' feminino aput ... Calvum lectum est ... 'cum ... fueris'.

Alfonsi 147 sqq.; Bringmann 25 sqq.
fulva] furva *L. Mueller* | fuero **NC**: fueris *Non.*: fuerit *Char.*
versus: initium hexametri dactylici

16

Char. 128 B (101 K): (*post fr. 15*) item:

forsitan hoc etiam gaudeat ipsa cinis

Broccia
cf. Catull. 96, 5 sq.; Prop. 2, 34, 89 sq. (*cf. testim.*)
'fortasse hic pentameter hexametrum fr. 15 excipiebat' (Morel)

EPIGRAMMATA

17

Suet. Iul. 49: pudicitiae eius famam nihil quidem praeter Nicomedis contubernium laesit, gravi tamen et perenni obprobrio et ad omnium convicia exposito. omitto Calvi Licini notissimos versus:

Bithynia quidquid
et paedicator Caesaris umquam habuit.

Perutelli 99

2 paedicator *Baehrens*: pedicator *Campano 1470*: pr(a)edicator *codd.*
versus: initium distichi elegiaci deest

18

Schol. Lucan. 7, 726 (579 W): duobus vitiis Pompeius laborabat ... unde Martialis (*scholiastae error*) de eo in epigrammate:

Magnus, quem metuunt homines, digito caput uno
scalpit: quid credas hunc sibi velle? virum.

Sen. contr. 7, 4, 7: et carmina quoque eius (*sc. Calvi*), quamvis iocosa sint, plena sunt ingentis animi: dicit de Pompeio: 'digito ... quo credas ... virum'. *cf. Schol. Lφ Iuv. 9,133 (161, cf. 275 sq. Wessner)*

Jocelyn; Stampacchia

1 homines *codd., Tandoi*: omnes *Pithoeus* || **2** credas *Sen.*: dicas *Schol. Lucan.* | quid? dicas hunc sibi velle virum *vel* quo credas h. s. v. v. *Jocelyn* | *post* velle *interrogationis signum posuit Scaliger*

Incerti operis fragmenta

19

Char. 97 B (77L): unde perspicuum est Calvum ad amicos non recte dixisse:

ne tricliniarius

cum 'triclinaris' dicere debuisset.

ne *ex* non est *compendio ortum esse susp. Knoche[1] 695*: non est **C**: | tricliniarius] triclinearius (e *subpung.*) **N**
versus: fortasse finis versus iambici vel trochaici

20

Schol. Bern. Verg. georg. 1,125: dicunt Iovem commutasse omnia, cum bonus a malo non discerneretur, terra omnia liberius ferente, quod Calvus canit.

21

SCHOL. BERN. Verg. georg. 2, 94: hos versus (*sc.* temptatura pedes olim vincturaque linguam) a Calvo poeta transtulit, ait enim ille:

<vincītur> lingua vino, temptantur [et] pedes

temptantur et *cod.*: temptanturque *Rostagni*

<vincītur> lingua *Blänsd. ex scholio*: <ligatur> lingua *Tandoi*, | [et] *Tandoi*: lingua *fort. ante* et pedes *traiciendum esse susp. Baehrens* | pedes <mox> *sive* <mihi> *tempt. Granarolo*[1] *348 n. 158*

versus: senarium iambicum ligatur lingua vino, temptantur pedes *agnovit Tandoi*

Conspectus fragmentorum

Bue./Blae.	Traglia	Hollis
1	1	34
2	2	35
3	3	36
4	9	29
5	10	30
6	11	31
7	12	32
8	13	33
9	14	20
10	15	21
11	16	22
12	17	23
13	18	24
14	19	25
15	7	27
16	8	28
17	5	38
18	4	39
19	6	41
20	20	42
21	21	37

C. HELVIVS CINNA

(90–44)

(Skutsch, F., RE VIII 1, 1913, 225-228 s.v. Helvius n. 12)

Courtney p. 212 sqq.
Hollis p. 11 sqq.

Alfonsi[1] 51 sq.
–, Su Cicerone e i poetae novi, Aevum 36, 1962, 319
–, Cinna, frammenti 12 e 13 Traglia, Aevum 39, 1965, 128

–, Philologa latina, in: PLF 57-65
Ballestrer, X., Cinna y la poesia neoterica, in: Traballos in honor de V. Bejarono, Barcelona 1991, I 147-152
Bardon I 344
Brugnoli, G., Ovidi Zmyrna, RCCM 24, 1982, 47-52
Dahlmann, H., Über Helvius Cinna, Ak. Wiss. u. Lit. Mainz, 1977, 8.
Deichgräber, K., Überlegungen zu den Gedichten und Gedichtbüchern der Neoteriker, Hermes 99, 1971, 46-70
Endt, J., Isidorus und die Lucanscholien, WSt 30, 1908, 294-307
Flores, E., La dedica catulliana a Nepote e un epigramma di Cinna, Vichiana 5, 1976, 3-18
Frassinetti, P., La conversione de L. Crassicio Pasicle, GIF 4, 1951, 307-318
Granarolo[1] 299-302, 339-343
Grilli, A., Sul nome dei Galli Cenomani, Maia 37, 1985, 245-247
Kiessling, A., De C. Helvio Cinna poeta, in: Comm. Philol. in honorem Th. Mommsen, Berlin 1877, 351 sqq.
Knox, P.E., Cinna, the Ciris and Ovid, ClPh 78, 1983, 309-311
Kubiak, D.P., Cinna fragment 6 Morel, ClPh 76, 1981, 296 sq.
Lomanto, V., Il fr. 11 di Cinna e la poesia neoterica, Quad. Dip. Fil. Torino 3, 2004, 57-73
Longo, G., Note a frammenti di Elvio Cinna, Civiltà classica e cristiana 5, Genova 1984, 145-153
Lunelli[1] 63 sq.
Manzoni, G.E., Elvio Cinna sodale cenomano, in: P.V. Cova (et al., edd.) Letteratura dell'Italia settentrionale, Brescia 1992, 17-59
Morgan, J. D., The death of Cinna the poet, ClQ 40, 1990, 558 sq.
Perutelli, A., Elvio Cinna e il suo esegeta, Aevum (ant) 8, 1995, 189-198
Piacente, L., Le foglie di malva come supporto scrittorio? (Cinna frag. 11 Morel), Invigilata lucernis 26, 2004, 217-223
Romussi, B., La venuta di Partenio a Roma, GIF 4, 1951, 331-334
Rostagni, A., Partenio di Nicea, Elvio Cinna ed i poetae novi, AAT 68, 1932–1933, 497-545
Sonnenburg, P.E., Carmina vigilata, RhMus 66, 1911, 477-480
Tandoi, V., DMP II, p. VII
Traglia[1] 75-79
Tränkle, H. Neoterische Kleinigkeiten, MH 24, 1967, 87-103
Uría Varela, J., Charisius (Ars Grammatica p. 158.6-12 Barwick): On Cinna, fr. 1 Blänsdorf, Mnemos. 60, 2007, 127-131

Watson, L. C., Cinna and Euphorion, SIFC 54, 1982, 93-110
Wiseman, T.P., Cinna the poet and other Roman Essays, Leicester 1974
Zaffagno, E., Carchesia, summa pars mali, in: Studi Noniani 5, Genova 1978, 313-321

VITA:

CATULL. 10, 29 sq.: meus sodalis – / Cinna est Gaius – ...

SERV. ecl. 7, 22 (85 Th): Codrus poeta eiusdem temporis fuit, ut Valgius in elegis suis refert.

SCHOL. VERON. Verg. ecl. 7, 22 (399 H): Codrum plerique Vergilium accipiunt, alii Cornificium, nonnulli Helvium Cinnam putant, de quo bene sentit (*cf. Philarg. Verg. ecl. 7, 22* (*132 H*)).

OV. Ibis 539 sq.: conditor ut tardae, laesus (lesus *codd.*: Blaesus *schol. Vatic.*) cognomine, Myrrhae,/ urbis in innumeris inveniare locis.

VAL. MAX. 9, 9, 1: C. Helvius Cinna tribunus plebis ex funere C. Caesaris domum suam petens populi manibus discerptus est pro Cornelio Cinna.

SUET. Iul. 85: plebs statim a funere ad domum Bruti et Cassi[i] cum facibus tetendit atque aegre repulsa obvium sibi Helvium Cinnam per errorem nominis, quasi Cornelius is esset, quem graviter pridie contionatum de Caesare requirebat, occidit caputque eius praefixum hastae circumtulit.

PLUT. Brut. 20, 8: ἦν δέ τις Κίννας ποιητικὸς (del. Ziegler, πολιτικός *Xyl. Schaefer*) ἀνὴρ οὐδὲν τῆς αἰτίας μετέχων, ἀλλὰ καὶ φίλος Καίσαρος γεγονώς ... (11) ὀφθεὶς δὲ καὶ δόξας οὐχ ὅσπερ ἦν Κίννας εἶναι, ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ Καίσαρα πρὸς τὴν ἐκκλησίαν ἔναγχος λοιδορήσας, διεσπάσθη, *cf. Appian. b. c. 2, 147; Dio Cass. 44, 50, 4.*

OPERA:

CATULL. 95, 1 sqq.: Zmyrna mei Cinnae nonam post denique mensem / quam coepta est nonamque edita post hiemem,/ milia cum interea quingenta Hortensius uno / < ... >./ Zmyrna cavas Satrachi penitus mittetur ad undas / Zmyrnam cana diu saecula pervoluent.

VERG. Ecl. 9, 35 sq.: nam neque adhuc Vario videor nec dicere Cinna / digna, sed argutos inter strepere anser olores.

SERV. Verg. ecl. 9, 35 (*Cinna digna*): etiam Cinna poeta optimus fuit, qui scripsit Smyrnam; quem libellum decem annis elimavit. (SERV. DAN.) quibus tamen poetis negat suum ingenium comparandum.

FILARG. Verg. ecl. 9, 35 (127 H) rec. II: Cinna idest nobili viro et poeta.

SUET. gramm. 18 (22 Br., 114 Reiff.): (L. Crassicius) deinde in pergula docuit,

donec commentario Zmyrnae edito adeo inclaruit, ut haec de eo scriberentur: Uni Crassicio se credere Zmyrna probavit ...

Quintil. inst. 10, 4, 4: nam quod Cinnae Zmyrnam novem annis accepimus scriptam ...

Mart. 10, 21: scribere te quae vix intellegat ipse Modestus / et vix Claranus quid, rogo, Sexte, iuvat ? / non lectore tuis opus est, sed Apolline libris / iudice te maior Cinna Marone fuit.

Ov. trist. 2, 435 sq.: Cinna quoque his comes est Cinnaque procacior Anser / et leve Cornifici parque Catonis opus.

Gell. 19, 9, 7: *cf. testim. Laevi*

Schol. Veron. Verg. ecl. 7, 22 (399 H): similiter ... hunc Codrum in Elegiis Valgius honorifice appellat et quadam in ecloga de eo ait: Codrusque ille canit, quali tu voce canebas / atque solet numeros dicere, Cinna, tuos.

PROPEMPTICON POLLLIONIS

1 (1 Ho.)

Char. 158 B (124 K): 'Belidis' Cinna in propemptico Pollionis:

nec tam donorum ingenteis mirabere acervos
innumerabilibus congestos undique saeclis,
iam inde a Belidis natalique urbis ab anno
Cecropis atque alta Tyri<i iam> ab origine Cadmi.

patronymice dixit 'Belidis' ut urbis.

Dahlmann; Kiessling 351 sqq.; Manzoni 43-47; Uría Varela

1 acervos] acerbos **N** || **2** congestos *ex* congestis **N** || **3** Belidis *abl.* (*Uría Varela*) || **4** Tyrii iam *L. Mueller, Dahlmann, Uría Varela*: tyriū vel tyriā **N**: Tyriorum *Keil*

2 (2 Ho.)

Isid. orig. 19, 2, 9: carchesia sunt in cacumine arboris trochleae, quasi F littera, per quam funes trahuntur. Cinna (cf. schol. Luc. 5, 418, p. 377 W.):

lucida quom fulgent alti carchesia mali

Non. 876 L (546 M): Catullus Veronensis: 'lucida ... mali'.

Alfonsi, Philologa 58 sq.; Endt; Manzoni 47 sq.; Zaffagno

quom fulgent *Lunelli*[1] : cum fulgent *schol. Lucan.*: confulgent *Isid.*: qua splendent *Non.* | alti *Isid.*: summi *schol. Lucan., om. Non.* (*cf. Lucil. 1309 M,*

1325 Krenkel: tertius hinc mali superat carchesia summa) | carchesia] carceria **BKMon**: calceria **T**

versum Catulli esse putat Zaffagno

3 (3 Ho.)

Isid. orig. 19, 4, 7: mitra funis qua navis media vincitur, anquina quo ad malum antemna constringitur. de qua Cinna:

atque anquina regat stabilem fortissima cursum

Manzoni 21.48

atque *om.* **KMNP** | regat **DEFU**: regnat **KMP**: regnant **M**

cf. Lucil. 1114 M, 1125 Krenkel: funis enim praecisus cito atque anquina (*Iunius*: anchora *codd.*) soluta; anquina (i.e. ἄγκοινα) *apud auctores alios non occurrit.*

4 (5 Co., 17 Ho.)

Schol. Iuv. 6, 155: sic et Cinna dicit:

atque imitata nives lucens legitur crystallus

Manzoni 48 sq.

lucens *Rutgers*: ludens *codd., def. L. Cassata, DMP II 137-139, Manzoni*

Dahlmann dubitat, num hic versus ad Propempticon pertineat

5 (4 Co., 4 sq. Ho.)

Char. 171 B (134 K) *e Iulio Romano*: 'iteris' Iulius Hyginus in Cinnae Propemptico: 'ab Actio navigantes stad<ia circiter> LX veniunt ad Isthmum Leucadiensium. ibi solent iteris minuendi causa remulco, quem Graece πάκτωνα dicunt, navem traducere' ... 'itiner' idem in eodem: 'quaerunt, inquit, etiam nonnulli, quam ob rem a Corcura iubeat (*sc. Cinna*) Action navigare, quod est e regione traductionis Leucadiensis, et rursus ab Actio circa insulam moneat ire, quam a Corcura rectum itiner ad Leucatam.'

Perutelli

ZMYRNA

6 (10 Ho.)

Serv. Dan. Verg. georg. 1, 288 (197 Th): Eous id est Lucifer, de quo etiam Cinna in Smyrna sic ait:

te matutinus flentem conspexit Eous
et flentem paulo vidit post Hesperus idem

Brugnoli; Kubiak, Manzoni 49-52

1 matutinus *B. Guarinus et L. Carbo in ed. Servii, Venetiis 1471*: matutinum **V**: matutinam *Longo* | **2** et] te *Hollis*

7 (9 Ho.)

Prisc. GLK II 268; excipitur 'haec alvus' ... quod veteres frequenter masculino genere protulerunt ... Cinna in Zmyrna:

at scelus incesto Zmyrnae crescebat in alvo

Char. 101 B (80 K): alvum ... masculine Calvus ... et Helvius Cinna: 'at ... alvo'.

Manzoni 52 sq.

incesto Smyrnae *Burman*: incesto cinnae (cirenae *unus Krehlii) codd. Prisc*: incesto Cinyrae *ed. Ald. 1527, quam Hertz secutus*: *est*: incestum turpi *Char.*

8 (8 Ho.)

Char. 119 B (93 K): Cinna autem in Zmyrna 'huius tabis' dixit nullo auctore.

POEMATA ET EPIGRAMMATA

9 (11 Ho.)

Gell. 19, 13, 5: audeo ... respondere esse hoc verbum (*sc. nanos*) Latinum scriptumque inveniri in poematis Helvi Cinnae non ignobilis neque indocti poetae, versusque eius ... adscripsi:

at nunc me Genumana per salicta
bigis raeda rapit citata nanis

Grilli; Manzoni 18.20

Genumana **ω**, *Morel coll. Polyb. 2, 17* Γονομάνοι, *de quo cf. ThLL s. v. Cenomani et Grilli*: Cenumana *I.F. Gronovius, Baehrens*
versus: hendecasyllabus

10 (12 Ho.)

Gell. 9, 12, 12: eadem ratione ... Cinna in poematis:

somniculosam ut Poenus aspidem Psyllus

Manzoni 53
somniculosam] somniculosum $\mathbf{X}^1$
versus: choliambus (somnīculosam)

11 (13 Ho.)

Isid. orig. 6, 12, 1: at vero historiae maiori modulo scribebantur, et non solum in carta vel membranis, sed etiam in omentis elephantinis textilibusque malvarum foliis atque palmarum. cuius generis Cinna sic meminit:

haec tibi Arateis multum invigilata lucernis
  carmina, quis ignis novimus aerios,
levis in aridulo malvae descripta libello
  Prusiaca vexi munera navicula.

Th. Birt, Kritik und Hermeneutik, München 1913, 253; Flores; Lomanto; Piacente; Manzoni 53-55; Sonnenburg

1 tibi *om.* **K** | Arateis] areteis **K** (*cf. Callim.*): aratis **BC** | invigilata] invigulata **K**: vigilata *J. Scaliger*: en vigilata *Baehrens* || **2** aerios *codd.*, *def. Lunelli*[1] *11*: aetherios *B. Zanchus, Verb. Lat. epithome, Roma 1541* || **3** descripta] discripta **CLKT**

cf. Callim., epigr. 27, 3 sq. χαίρετε λεπταὶ,
ῥήσιες Ἀρήτου σύμβολον ἀγρυπνίης.

poeta e Bithynia redux amico cuidam Arati exemplar dono dat

12 (15 Ho.)

Non. 124 L (87 M): ita et 'galeare'. Cinna in epigrammatis:

<– ˘ ˘ –> miseras audet galeare puellas

Alfonsi, Philologa 57 sq.; Manzoni 55 sq.

<Hippolyte> *Alfonsi* | galeare operire $\mathbf{B}^A\mathbf{F}^3$ *mg.* (*interpretamentum*)

de Amazonibus hic agi videtur; quis autem puellas galeare audeat non constat. cf. Prop. 4, 3, 44 (*de Hippolyta*): texit galea barbara molle caput

13 (18 Ho.)

Non. 298 L (202 M): 'cummi' generis neutri, ut est usu, monoptoton; tamen (*secl. Quicherat*) feminino (*Lindsay*: feminina **L**: feminini $\mathbf{BAF}^3$) Cinna:

Alpinaque cummis

ut sit genetivus eius 'huius cummis', ut puppis febris pelvis.

Manzoni 56

cummis *Morel, Traglia*[1]: cummi *vel* gummi *codd.*, cummi *Longo, Manzoni*

versus: finis hexametri dactylici

14 (14 Ho.)

Suet. gramm. 11 (16 Br.): meminit ... Dianae (*sc. Valeri Catonis carminis*) Cinna:

saecula per maneat nostri Dictynna Catonis

Manzoni 56 sq.

saecula] seculo **X** | per maneat **B**, *Mommsen, Della Corte, Traglia*: permaneant **Xα**: permaneat *cett. codd., Morel, Tandoi* | Dictynna *Casaubonus*: diana **GD**, *om.* **I**: dyctinna *vel* dictinna (dictina) *cett.*

IGNOTI DE CRASSICIO EPIGRAMMA

(de Crassicio cf. Münzer, F., et Goetz, G., RE IV 2, 1900, 1681 n. 1 et 2)

Courtney p. 306

Beck, M., Zmyrnas Ehe mit Crassicius, Hermes 134, 2006, 502-505
Frassinetti, P., La conversione de L. Crassicio Pasicle, GIF 4, 1951, 307-318
Marx, F., Molossische und baccheische Wortformen in der Verskunst der Griechen und Römer, Abh. d. Sächs. Akad. d. Wiss., Leipzig 37, 1, Leipzig 1922, 200
Wiseman, T.P., Who was Crassicius Pansa?, TAPhA 115, 1985, 187-196

Suet. gramm 18 (22 Br.): L. Crassicius genere Tarentinus, ordinis libertini, cognomine Pasicles mox Pansam se transnominavit. hic initio circa scenam versatus est, dum mimographos adiuvat, deinde in pergula docuit, donec commentario Smyrnae (*v. l.* Zmyrnae) edito adeo inclaruit, ut haec de eo scriberentur:

uni Crassicio se credere Zmyrna probavit:
  desinite, indocti, coniugium hoc petere!
soli Crassicio se dixit nubere velle,
  intima cui soli nota sua extiterint.

sed cum edoceret iam multos ac nobiles, in his Iullum Antonium triumviri

filium, et Verrio quoque Flacco compararetur, dimissa repente schola transiit ad Q. Sextii philosophi sectam.

Beck

1 Crassicio *Roth*: Crassitio *codd.* | credere] cedere *Gronov.*: tradere *Bentley* | Zmyrna edd.: smyrna **OUQES**: smirna **DL**: znirna **T** || **2** coniugium (um *script. supra* coniugio) **S**: coniugio *codd. cett.*: anno **B** | hoc] hanc **IDLHUG**, *Hollis* || **4** nota] vota **IDHUG** || *transponit versus* 1– 4 – 3 – 2 *Beck*

Q. CORNIFICIVS

(*quaestor 48 a. Chr., mortuus 41 a.Chr.n.*)

(Wissowa, G., RE IV 1, 1901, 1624-1630 s.v. Cornificius n. 8)

Courtney p. 225 sqq.
Hollis p. 149 sqq.

Bardon I 355 sqq.
Pighi, G.B., in: Studi Alessandrini in memoria di A. Rostagni, Torino 1963, 560
Rawson, E., The identity problems of Q. Cornificius, ClQ 28, 1978, 188-201
Tandoi[1], V., 'come le foglie' (nota a Cornificio, fr. 3 Traglia), in: Flores, E. (ed.): La critica testuale greco-latina, Roma 1981, 261-267.
–, Enciclopedia Virgiliana 1, Roma 1984, 896 sq. s.v. (Q.) Cornificius)

VITA:

CIC. fam. 12, 17–30 *M. Tullii Ciceronis ad Q. Cornificium epistulae datae; cf. Catull. 38.*

HIERON. chron. a Abr. 1976 = a. 41 a.Chr.n.: Cornificius poeta a militibus desertus interiit, quos saepe fugientes galeatos lepores appellarat. huius soror Cornificia, cuius insignia extant epigrammata.

SCHOL. VERON. Verg. ecl. 7, 22 (399 H): Codrum plerique Vergilium accipiunt, alii Cornificium, nonnulli Helvium Cinnam putant, de quo bene sentit.

OPERA:

OV. trist. 2, 435 sq.: Cinna quoque his comes est Cinnaque procacior Anser / et leve Cornifici parque Catonis opus.

1 (95 Ho.)

MACR. Sat. 6, 4, 12: ‘deductum’ pro tenui et subtili eleganter positum est ... item apud Cornificium:

deducta mihi voce garrienti

cf. Afr. CRF[3] 340; Verg. Ecl. 6, 5
versus: hendecasyllabus

GLAVCVS EPYLLION

2 (96 Ho.)

MACR. sat. 6, 5, 15 ad Aen. 8, 293 (*tu nubigenas invicte bimembres*): Cornificius in Glauco:

< ... > Centauros foedare bimembres

<ausus sanguine> Cent. *suppl. Buechner*: Cent. <ferro> *suppl. Tandoi DMP I, p. VIII* | foedare **NPT**: federe **RA**: foedere **F**: sedare *Baehrens, Traglia*
versus: finis hexametri dactylici

Fragmenta incertae sedis

3 (97 Ho.)

SERV. DAN. ad Verg. georg. 1, 55 (146 Th): ‘arboreum’ aliqui duobus modis <... > accipiunt ... Cornificius:

ut folia, quae frugibus arboreis tegmina gignuntur

Tandoi[1]

quae] quaed. *codd.*: qu.e **L** | ut folia <haec> quae / frugibus arboreis gignuntur tegmina *ex. gr. Morel*: folia, ut quae *Pighi; cf. Cic. fr. 23, 13; Catulli carmini 38 responderi putat Tandoi 255 sqq.*

versus: trimetros catalecticos dactylicos susp. Rawson; hexametrum dactylicum coni. Courtney qui ut folia arboreis quae frugibus <— ˘ ˘ — x> / tegmina gignuntur *scribit*

TICIDA

(– 47 a.Chr.n. ?)

(Münzer, F., RE VI A 1, 1936, 844 sq. s. v. Ticida)

Courtney p. 228 sq.
Hollis p. 158 sqq.

Alfonsi[1] 202
Bardon I 352 sq.
Scivoletto, N., Ticida, 'poeta novus', PLF 201-211
Witczak, K. T., The praenomen of Ticida, Eikasmos 8, 1997, 191-193

VITA:

SUET. gramm. 4 (7 Br.; 103 Reiff.): eosdem litteratores vocitatos Messala Corvinus in quadam epistula ostendit non esse sibi dicens rem cum Furio Bibaculo, ne cum Ticida quidem aut litteratore Catone.

OPERA:

OV. trist. 2, 433 sqq.: quid referam Ticidae, quid Memmi carmen, apud quos / rebus adest nomen nominibusque pudor? ...(437) et quorum libris modo dissimulata Perillae / nomine nunc legitur dicta, Metelle, tuo.

APUL. apol. 10: accusent ... Ticidam similiter, quod, quae Metella erat, Perillam scripserit.

HYMENAEVS

1 (102 Ho.)

PRISC. GLK II 189: 'sole' quoque antiqui. Ticidas (*L. Mueller*: attiquidas **G**: Catti quidas **L**: atticidas **BDH**: Atticidas **A**: Aticidas **KVt**: Atticidas historicus **R**^{2}: At. (=Attus *vel* Attius) Ticidas *Witczak*) in hymenaeo:

felix lectule talibus
sole amoribus

2 sole <conscie> *Housman, Class. Papers II 695*: sole <testis> *Pighi 436* | amoribus <arbiter> *Scivoletto 210*

versus: v. 1: glyconeus, v. 2 idem cum coniecturis

EPIGRAMMATA

2 (103 Ho.)

Suet. gramm 11 (16 Br.): Lydiae (*sc. carminis Valerii Catonis*) Ticida meminit:

Lydia doctorum maxima cura liber

cura *om.* **I** | liber] labor $\mathbf{G^2I}$
versus: pentameter dactylicus

P. TERENTIVS VARRO ATACINVS

(82 a.Chr.n. – ?)

(Lenz, F., RE V A 1, 1934, 692-704 s.v. Terentius (Varro Atacinus) n. 88)

Courtney p. 235 sqq.
Hollis p. 165 sqq.

Alessandri, S., Atacinus, AFLL 4, 1967–1968 et 1968–1969, 53-60
Alfonsi[1] 77-86
–, Su un fragmentum dubium di Varrone Atacino, Aevum 40, 1966, 546-547
–, Philologa latina, in: PLF 57-65
Arcellaschi, A., Sur la fortune de deux vers de Varron de l'Aude, REL 66, 1988, 76-91
Bardon I 368-372
Bolisani, E., La poesia di Varrone Atacino nei testimonia e nei frammenti, AIV 123, 1964–1965, 339-351
Bonvicini, M., Per un commento a Varrone Atacino, Bollettino di studi latini (Napoli) 11, 1981, 224-231
Büchner, K., Varro Atacinus Fr. 16 Morel, Hermes 105, 1977, 384
Capponi, F., Note de lecture: Varro At. 14,4 Traglia (16,4 M.), Latomus 38, 1979, 987-989
Crowther, N.B., Varro Atacinus, traditional or neoteric poet?, AC 56, 1987, 262-268
Dobesch, G., Varro Atacinus und sein Bellum Sequanicum, in: Lica, V. (d.), Festschrift G. Wirth, Galatzer Althistorische Studien 2, 2006, 123-174
Feletti, D., Valerius Flaccus und die Argonautae des Varro Atacinus, in:

Eigler, U – Lefèvre, E., Ratis omnia vincit. Neue Unters. zu den Argonautica des Val. Flacc., Zetemata 98, München 1998, 109-121
Gayraud, J., Un Narbonnais du I[er] siècle avant J.-C. Le poète Varron de l'Aude, BAGB 1971, 648-665
Granarolo[1] 307-311, 351-360
Hofmann, E., Die literarische Persönlichkeit des P. Terentius Varro Atacinus, WSt 46, 1928, 159-176
Hollis, A.S., The Argonautae of Varro Atacinus, in: Accorinti, P. – Chuvin, P., Des Géants à Dionysos. Mélanges ...offerts à V. Vian, Alessandria 2003, 331-342
Jocelyn, H.D., Ancient scholarship and Virgil's use of republican Latin poetry II, ClQ 15, 1965, 126-144
Lambardi, N., Et negantur animae sine cithara posse ascendere, in: Munus amicitiae. Scritti in memoria di A. Ronconi I, Firenze 1986, 125-158
Lunelli[1] 159-161
Lunelli[2], A., Nel nome di Medea, in: Filologia e forme letterarie, Studi offerti a F. Della Corte, Urbino II 1987, 303-320
Lunelli[3], A., Il grido delle ninfe ortigie: Varrone Atacino e Callimaco (Varro At. fr. 5 Büchn. = 5 Mor.), in: Studi ... in onore di G. Monaco, Palermo 1991, II 655-669
–[4], Varro At. 16,4 Mor. = 14,4 Traglia, RFIC 99, 1971, 159–163
Nosarti, L., Filologia in frammenti. Contributi esegetici ... Bologna 1999, 210-215
Pearce, T.E.V., The enclosing word order in the latin hexameter, ClQ 16, 1966, 140-171 et 298-320
Speyer, W. – Dahlmann, H., Varronische Studien II, Ak. Wiss. u. Lit. Mainz, 1959, 765 sqq.
Taliercio, Il ruolo di Furio Bibaculo e di Varrone Atacino nei poetae novi, BstudLat 9, 1979, 268-271
Tandoi DMP I 1984, IX
Traglia[1] 84-93
Traina, A., Ramenta philologa de vertendi ratione poetarum Latinorum, Mem. Accad. Patavina, Cl. di Sc. mor. Lett. ed Arti 74, 1961–1962
–[2], Experdita (Varro At. 7 Mor., Büchn.), Paideia 45, 1990, 411-413
Wiseman, T. P., Some Republican senators and their tribes, ClQ 14, 1964, 132
Wuellner, F., De P. Terentii Varronis Atacini vita et scriptis, Münster 1829

Zetzel, J.E.G., A misplaced fragment of Varro Atacinus, Hermes 108, 1980, 501 sq.

VITA:

HIERON. chron. a Abr. 1935 = 82 a. Chr.: P. Terentius Varro vico Atace in provincia Narbonensi nascitur. qui postea XXXV annum agens Graecas litteras cum summo studio didicit.

PORPH. Hor. sat. 1, 10, 46 (*hoc erat experto frustra ...*): quoniam alii <alia> carminum genera consummate scriberent, quorum mentionem habuit, sermonum autem frustra temptasset Terentius Varro Narbonensis, qui Atacinus ab Atace fluvio dictus est.

OPERA:

OV. am. 1, 15, 21 sq.: Varronem primamque ratem quae nesciet aetas / aureaque Aesonio terga petita duci?

OV. a.a. 3, 335 sq.: dictaque Varroni fulvis insignia villis / vellera germanae, Phrixe, querenda tuae.

OV. tr. 2, 439 sq.: is quoque, Phasiacas Argon qui duxit in undas,/ non potuit Veneris furta tacere suae.

PROP. 3, 34, 85 sq.: haec quoque perfecto ludebat Iasone Varro,/ Varro Leucadiae maxima flamma suae.

HOR. sat. 1, 10, 46-48: hoc erat, experto frustra Varrone Atacino / atque quibusdam aliis, melius quod scribere possem / inventore minor.

PROB. Verg. georg. 2, 126 (369 H): Varro, qui quattuor libros de Argonautis edidit.

PLIN. epist. 5, 3, 5: *cf. testim. Lutati Catuli.*

QUINTIL. inst. 10, 1, 87: Atacinus Varro in his, per quae nomen est adsecutus, interpres operis alieni, non spernendus quidem, verum ad augendam facultatem dicendi parum locuples.

LACT. inst. 2, 12, 4 et LICENT. ap. Augustin. ep. 26: *cf. testim. Varronis Reatini*

ARGONAVTAE

Liber I

1

SCHOL. VERON. Verg. Verg. Aen 2, 82 (418 H): Varro Argonautarum primo:

ecce venit Danai multis <celebrata propago>
namque satus Clytio, Lerni quem Naubolus ex se,
Lernum Naupliades Proetus, sed Nauplion edit
fil<ia Amymone Europae> Danai<que> superbi.

1–4 *suppl. Keil* || **2–3** Lerni *edd.*: laerni ... laernum *codd., Morel* || **3** sed] et *Baehrens* || **4** *suppl. Keil* || *ad v. 134 Fränkel*: Κλυτίου τοῦ *legisse videtur Varro*

Apoll. Rh. Arg. 1, 133–138 ed. H. Fränkel, Oxoni 1961:

τῷ δ' ἐπὶ δὴ θείοιο κίεν Δαναοῖο γενέθλη, /...... /
Ναύπλιον, ὃς περὶ πάντας ἐκαίνυτο ναυτιλίῃσιν.

2

CHAR. 358 B (272 K) de metaphora: ... ab animali ad animale, sicut

Tiphyn <et> aurigam celeris fecere carinae

ab agitatore ad gubernatorem transtulit ... metaphorae quaedam sunt communes, quae a Graecis acoluthoe appellantur, ut 'Tiphyn ... carinae' (carina **L**); quia quem ad modum in navi auriga dici potest, ita et in curru gubernator.

DIOM. GLK I 457: metaphorae quaedam sunt communes, quae a Graecis acoluthoe appellantur, ut: 'Tiphyn ... celeres (**ABM**) ... carinae'; *cf. id. 8.*

POMP. GLK V 305 de tropis: ... puta inter duo animalia, id est a re animali ad rem animalem, ut est illud 'Tiphyn ... carinae'.

DON. GLK IV 399 de tropis: ... ab animali ad animale, ut 'Tiphyn ... carinae'; nam et auriga et gubernator animam habent.

tiphyn *ex* tupho **N**: typhin **L**: *varie errant ceterorum testium codd.* | <et> *Buechner*: <at> *Unger* | Tiphyn <et> aurigam] aurigam Tiphyn *Morel* | celeris **N**, *codd. Don.* **LP**: celeres **L**, *Diom., Pomp.* | carinae] carinam **L**

Varroni Atacino dederunt Unger et Keil coll. Apoll. Rh. 1, 400 sq.:

.... ἐπὶ δ' ἔτρεπον αἰνήσαντες
Τῖφυν ἐυστείρης οἰήια νηὸς ἔρυσθαι.

3

SERV. Verg. ecl. 1, 65: Oaxen Philistides (*sic Stiehle coll. Plin. nat. 4, 20*: philistenes *codd.*: Eratosthenes *Fabricius*: Philostephanus *Usener*) ait Apollinis et Anchiales filium: hunc Oaxen in Creta oppidum condidisse, quod suo nomine nominavit, ut Varro ait:

quos magno Anchiale partus adducta dolore
et geminis cupiens tellurem Oeaxida palmis
scindere Dicta<eo … >

Vib. Seq. 114: Varro hoc docet: 'geminis ... palmis'.

Citti 243

1 magno *edd.*: magnos *codd.* | Anchiale *Fabricius*: tantale **L**: tantile **PR**: tantilene **H**: tutelae **M** || **2** cupiens *codd. Serv., Vib. Seq.*: capiens *Vib. Seq.* V^3, *Morel, Traglia* | tellurem *Vib. Seq.*: dolorem *Serv.* | Oeaxida *Salmasius*: oaxi(d)a *codd.* || **3** *crucem pos. Morel*: Dicta<eo quondam est enixa sub antro> *Tandoi*: [scindere] Dicta<eo ... sub antro> *Traglia qui* Dicta<eo dicta est olim peperisse sub antro> *temptat*: Dic<taeo … nympha sub antro> *Hollis*

cf. Ap. Rhod. 1, 1129: Δάκτυλοι Ἰδαῖοι Κρηταιέες, οὕς ποτε νύμφη
Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος, ἀμφοτέρῃσιν
δραξαμένη γαίης Οἰαξίδος, ἐβλάστησεν.

Fränkel: perperam latine vertit Varro Atac. scholio e *in errorem inductus (E. Hofmann, WSt 46, 1928, 160 sqq.); rectius quam schol.* e *interpretantur locum schol.* a *et* Et.

Liber II

4

Probus Verg. Georg. 1, 14 (351 Th): ibi (*sc. in insula Cea*) existimatur pestilentia fuisse pecorum et armentorum gravis propter interitum Actaeonis. Aristaeus monstrante Apolline patre profectus est in insulam Ceam et ibi sacrificio facto aram Iovi Icmaeo constituit, qui placatis flatibus et aestu, qui necabant pecora et armenta, liberavit ea. ipse autem post excessum vitae imperante oraculo Apollinis ab inhabitantibus eam insulam relatus in numerum deorum appellatus est Nomius et Aeguros, quod et agresti studio et cura pecorum armentorumque non mediocriter profuerat hominibus. traditur haec historia de Aristaeo in corpore Argonautarum a Varrone Atacino.

cf. Apoll. Rh. Arg 2, 500–527:
Κυρήνη πεφάτισται ἕλος πάρα Πηνειοῖο / … /
ἀντολέων προπάροιθε Κυνὸς ῥέζουσι θυηλάς.

5

Audax GLK VII 332: Varro ... in Argonautis nymphas hexametrum fecisse sic scripsit:

te nunc Coryciae tendentem spicula nymphae
hortantes 'o Phoebe' et 'ieie' conclamarunt.

Bonvicini, Citti 243; Lunelli[3]

1 nunc] tunc *vel* tum *Hollis* | Coryciae *Wuellner coll. Apoll. Rh. 2, 711 sq.*: ortigiae **B**: elicona ortigie **M**: Ortygiae *Lunelli* | tendentem *Wuellner*: tenentem **B**: terentem **M** | spicula *Wuellner*: specula *codd.* || **2** hortantes *Wuellner*: orantes *codd.* | et ieie conclamarunt *W.H. Grauert apud Wuellner, coll. Ap. Rhod.*: et lolicona clamarunt **B**: et locolicon aclamarunt **M**

Apoll. Rh. Arg. 2, 711 sq.:

πολλὰ δὲ Κωρυκίαι νύμφαι, Πλειστοῖο θύγατρες,
θαρσύνεσκον ἔπεσσιν ' ἵη ἵε' κεκληγυῖαι.

6

Serv. Verg. georg. 2, 204 (455 Th):

frigidus et silvis aquilo decussit honorem

Varronis hic versus est.

et silvis] e silvis **M**

Apoll. Rh. Arg. 2, 1098-1100:

Ζεὺς δ' ἀνέμου βορέαο μένος κίνησεν ἀῆναι,
ὕδατι σημαίνων διερὴν ὁδὸν Ἀρκτούροιο.
αὐτὰρ ὅ γ' ἠμάτιος μὲν ἐν οὔρεσι φύλλ' ἐτίνασσεν.

Liber III

7

[Serg.] GLK IV 564 (Schindel, U., Die lateinischen Figurenlehren des 5. bis 7. Jhs. und Donats Vergilkommentar, Göttingen 1975): per praepositiones sic fiunt soloecismi, cum ... supervacua ponitur ..., ut apud Varronem:

huic similis curis experdita lamentatur

'ex' enim supervacua est.

Alfonsi, Philologa 62 sq.; Feletti 118 sq.; Lunelli[1]; Traina[2]

experdita lamentatur *Buecheler, Morel, Traina coll. Catull. 64, 119*: expedit alamentatur **LM**: expergita l. *Hoffmann coll. Lucr. 3, 929, Apul. apol. 43*: ex perdita l. *Lunelli*: ex pallida l. *Alfonsi* | *ad* experdo, *quod num Varro scripsisset Buecheler dubitabat, Morel contulit* C.Gl.L. III 447, 64; 481, 5 experdens ληστής.

de tertio Argonautarum libro obiter cogitaverat Buecheler. Morel versum libro tertio dedit collato Apoll. Rh. Arg. 3, 664 τῇ ἰκελὴ Μηδεία κινύρετο

8

SEN. contr. 7, 1, 27: at Vergilio imitationem bene cessisse, qui illos optimos versus Varronis expressisset in melius:

desierant latrare canes urbesque silebant:
omnia noctis erant placida composta quiete.

SEN. ep. mor. 56, 6: nam quid prodest totius regionis silentium, si adfectus fremunt. 'omnia ... quiete'. falsum est. nulla placida est quies nisi quam (*codd.*: qua *Gemoll*) ratio composuit.

Arcellaschi; Feletti 114 sq.

Apoll. Rh. Arg. 3, 749 sq.:

οὐδὲ κυνῶν ὑλάκη ἔτ' ἀνὰ πτόλιν, οὐ θρόος ἦεν
ἠχήεις, σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν ὄρφνην.

9

CHAR. 114 B (90 K): 'anguis' ... feminini ... Varro Atacinus:

cuius ut aspexit torta caput angue revinctum

NON. 281 L (191 M); 'angues' feminino ... Varro Atacinus; 'cuius ... revinctum', cf. Beda GLK VII 264

cuius *om. Non.* H[1] | revinctum *Char.*: devinctum *Non.*
Chorographiae attribuit Zetzel

Apoll. Rh. Arg. 3, 1214 sq.: πέριξ δέ μιν ἐστεφάνωντο
σμερδαλέοι δρυΐνοισι μετὰ πτόρθοισι δράκοντες

Liber IV

10

QUINTIL. inst. 1, 5, 17; vitium, quod συναίρεσιν et ἐπισυναλοιφήν Graeci vocant, nos complexionem dicimus, qualis est apud P. Varronem:

tum te flagranti deiectum fulmine, Phaethon

MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 66 *et* 147, *qui poetae nomen omisit*

tum *Quintil.*: cum *bis Mar. Victor.* | deiectum *Quintil.*: deiecit *bis Mar. Victor.* | Phaethon *spondeus*

Apoll. Rh. Arg. 4, 597 sq.:

ἔνθα ποτ᾽ αἰθαλόεντι τυπεὶς πρὸς στέρνα κεραυνῷ
ἡμιδαὴς Φαέθων πέσεν ἅρματος Ἠελίοιο

CHOROGRAPHIA

11 (14 Mo.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 60: de qua re *(expositis siderum erraticorum motibus, quos saltando et canendo imitentur homines)* Varius sic tradidit *(TRF [3] 265)*, item et Varro:

vidit et aetherio mundum torquerier axe
et septem aeternis sonitum dare vocibus orbes
nitentes aliis alios, quae maxima divis
laetitia est. at tunc longe gratissima Phoebi
dextera consimiles meditatur reddere voces.

Alfonsi 83 sqq.; Bonvicini; P.L. Henriksson, Griechische Büchertitel in der römischen Literatur, Helsinki 1956, 36 sqq.; Lambardi; Nosarti; Speyer – Dahlmann 766

4 laetitia est. at *edd.*: laetitia stat *codd.* | tunc *om.* **B** | Phoebi] Phoebo *Hollis*

12 (15 Mo.)

Prisc. GLK II 100: exterior extremus vel extimus. Varro in Chorographia (*sic* **D** *rec. man. in marg.*, ort(h)ographia *cett.*):

ergo inter solis stationem et sidera septem
exporrecta iacet tellus; huic extima fluctu
Oceani, interior Neptuno cingitur ora.

Speyer – Dahlmann 767.

13 (16 Mo.)

Isid. nat. 10: de quibus (*sc. quinque zonis*) Varro ita dicit:

at quinque aethereis zonis accingitur orbis;
ac vastant imas hiemes mediamque calores:
sic terrae extremas inter mediamque coluntur,
qua solis valido numquam vis ferveat igne.

cf. SALOMONIS glossarium s.v. zona (apud Usener, Kl. Schr. II 247)

cf. 'Glosse id Byrhtferth', BEDA, De temporum ratione, PL 90, 451 B

Buechner 384; Capponi; Kraggerud (*per litteras*); Lunelli[4] 159 sqq.; Speyer – Dahlmann 767 sq.

1 at *Isid.*: a *Salom.*: ut *optime coni. Hollis (cf. 4* sic, *Ov. met. 1, 45-48)*: et *Beda* | aethereis **V**, *Baehrens, Morel*: aetheriis **PEKL**: ethereis *Salom.*: aetherius **AMS**, *Fontaine coll. fr. 11, 1* || **2** hiemes *Isid.*: hiemis *Salom.* || **4** qua *Scaliger*: quam *codd.*, *Morel*: quas *Grialius, Hollis* | valido] rabido *Baehrens*: calido *Scaliger* | numquam vis *La Bigne 1580*: numquam ut *codd.*: numquam via *Lunelli*: non iam vis *post Russell Courtney, qui et* non iam iubar *propos.* || ferveat *Traglia post Scaliger*: adferat **V**: auferat *cett.*, *Beda, Kraggerud, Courtney*: adserat *Salom.*: atterat *Wuellner*: efferat *Buechner*: hauriat *Nisbet* | quas ... ictus verberat *Capponi* | igne *vel* ignem (igni **B**) *codd. Isid.*: ignes *Salom.*

14 (17 Mo.)

EVROPA

FEST. 494 L (381 M): 'tutum' frequenter dicitur maxime. Varro in Europa:

tutum sub sede fuissent

tutum] tantum *susp. Lindsay*
'Europam' partem fuisse Chorographiae recte opinantur viri docti.

15 (18 Mo.)

CONSENT. GLK V 349: ut ecce ait <Varro Ata>cinus (*Hertz*: cinus *vel* cynus *codd.*):

munitus vicus Caralis

apparet nominativo casu positum Caralis.

cf. ThLL Onom. 179, 21
*versus: initium hexametri dactylici (*Cără-*)*

16 (19 Mo.)

CHAR. 75 et 174 B (61 et 137 K): (*de* mare *abl.*) Atacinus quoque:

cingitur Oceano, Libyco mare, flumine Nilo

cf. Prisc. GLK II 331

Chorographiae parti ad Africam pertinenti dedit Speyer

17 (12 Mo.)

Serv. Dan. Verg. Georg. 3, 176 (292 Th): antiqui ... 'fetum' pro 'gravido' solebant ponere, ut Varro Atacinus:

feta feris Libye

Speyer – Dahlmann 765

Chorographiae dederunt Wernsdorf et Speyer, Argonautis Rhunken coll. Apoll. Rh. Arg. 4, 1561: Λιβύῃ θηροτρόφῳ

18 (20 Mo.)

Isid. orig. 17, 7, 58: in Indicis stagnis nasci arundines calamique dicuntur, ex quorum radicibus expressum suavissimum sucum bibunt; unde et Varro ait:

Indica non magna minor arbore crescit harundo;
illius et lentis premitur radicibus humor,
dulcia cui nequeant suco contendere mella.

Comm. Bernensia *(ad Luc. 3, 237)* 104 Us.: 'Indica ... illius'

Adnot. super Lucanum *(ad eundem l.)* 97 E: 'Indica ... arundo, dulcia ... mella'. *cf. Sen. ep. 84, 4.*

Speyer – Dahlmann 765

1 magna minor arbore *Comm. Bern.*: magna (magnam, magnum, magno) in arbore *codd. Isid.*: magna minus arbore *Vossius*: magna nimis arbore *Arevalus* || **2** et] e *Arevalus* || **3** contendere *adnot.*: condere *vel* concedere *codd. Isid.*

19 (20 a Mo.)

Comm. Bernensia ad Lucan. 5, 516 (175 Us.): cum omnes 'harundinem' dicant, hic 'cannam' dixit secutus Varronem sicut et Ovidium.

Atacino tribuit Usener

20 (13 Mo.)

Prob. Verg. georg. 2, 126 (369 H): pars Parthorum Media est appellata a

Medo, filio Medeae et Aegei, ut existimat Varro, qui quattuor libros de Argonautis edidit.

Lunelli[2]

EPHEMERIS (?)

21

Brev. Expos. Verg. georg. 1, 397 (265 H): Varro in Ephemeride (*Bergk*: epimedine *codd.*: epimenide **G**):

<– ˘ ˘ – ˘ ˘ –> nubes [sic] ut vellera lanae
constabunt

sicut et Aratus.

cf. Plin. nat. 18, 356: si nubes ut vellera lanae spargentur multae ab oriente, aquam in triduum praesagient.

Buescu 147 sqq.

1 [sic] *Riese*: si *Buescu, Hollis*: ceu *Baehrens*: nubesque *Tandoi DMP I p. IX*

hoc fragmentum versibus constare negat W. Kroll, RhMus 70, 1915, 603

Ar. Phaen. 938 sqq.: πολλάκι δ' ἐρχομένων ὑετῶν νέφεα προπάροιθεν
οἷα μάλιστα πόκοισιν ἐοικότα ἰνδάλλονται

22

Serv. Dan. Verg. georg. 1, 375 (205 Th): hic locus de Varrone est, ille enim sic:

tum liceat pelagi volucres tardaeque paludis
cernere inexpletas studio certare lavandi
et velut insolitum pennis infundere rorem;
aut arguta lacus circumvolitavit hirundo,

[lacuna novem versuum]

et bos suspiciens caelum – mirabile visu –
naribus aerium patulis decerpsit odorem;
nec tenuis formica cavis non evehit ova.

1 pelagi] pelago **V** | **2** lavandi] ludendi **V**

Ar. Phaen. 942–945. 954–957:

πολλάκι λιμναῖαι ἢ εἰναλίαι ὄρνιθες

......
θᾶσσον ἀνηνέγκαντο

BELLVM SEQVANICVM

Dobesch

Liber II

23

Prisc. GLK II 497: invenitur etiam ... 'pellicuit' ... P. Varro belli Sequanici libro II:

deinde ubi pellicuit dulcis levis unda saporis

pellicuit **RD**[1]: pollicuit *vel* prolicuit *plerique codd.*

24 (11)

Serv. Verg. Aen. 10, 396 (434 Th): (*semianimesque micant digiti ferrumque retractant*) Ennii est, ut 'oscitat in campis caput a cervice revulsum semianimesque micant oculi lucemque requirunt' (*ann. 472 sq. Vahl.*[2]), quem versum ita ut fuit transtulit ad suum carmen Varro Atacinus.

semianimesque micant oculi lucemque requirunt

Apoll. Rh. Arg. 4, 1525: λυσιμελές, πολλὴ δὲ κατ' ὀφθαλμῶν χέετ' ἀχλύς
bello Sequanico adsignat Skutsch, Argonautis Morel coll. Apoll. Rh. Arg. l.c.

Dubia

24 a

Schol. Pers. 2, 36: alii volunt Licinum tonsorem ac libertum Augusti Caesaris significari praedivitem, cuius monumentum est pretiosi operis via Salaria prope urbem ad lapidem secundum. de hoc homine non invenustum Varronis epigramma fertur:

marmoreo Licinus tumulo iacet, at Cato parvo,
  Pompeius nullo: credimus esse deos?

Anth. Lat. 414 (PLM IV 64 B.): Terenti Varronis Attacini marmoreo ... Cato nullo, Pompeius parvo ... deos?

Schol. Cruc. Hor. a. p. 301: nomen est tonsoris famosi, qui postea dicitur

factus senator a Caesare, quod odisset Pompeium, de quo hoc scriptum est epitaphium: marmoreo tumulo Licinus ... quis putet esse deos?

Citti 244; Wiseman

25

Cic. nat. deor. 3, 24: quid Chalcidico Euripo in motu identidem reciprocando putas fieri posse constantius, quid freto Siciliensi, quid Oceani fervore illis in locis,

Europam Libyamque rapax ubi dividit unda

Cic. Tusc. 1, 45: ... aut ii, qui Oceani freta illa viderunt, 'Europam ... unda'.

Varronis Chorographiae dedit Baehrens, Annalibus Enni Vahlen (*302 Vahl.*[2])

Conspectus fragmentorum

Blae.	Traglia	Courtn.	Hollis	Blae.	Traglia	Courtn.	Hollis
1	2	3	123	14	15	18	114
2	3	4	124	15	16	19	115
3	4	5	125	16	17	20	116
4	5	6	126	17	23	12	117
5	6	7	127	18	18	21	118
6	7	8	131	19	19	21	134
7	8	9	128	20	24	22	119
8	9	10	129	21	20	13	120
9	10	23	130	22	21	14	121
10	11	11	132	23	1	2	106
11	12	15	111	24	22	–	107
12	13	16	113	25a	–	–	–
13	14	17	112	25	–	–	–

POMPEIVS LENAEVS

(*Pompei Magni familiaris*)

(Richter, W., RE Suppl. IX, 1962, 385-390 s.v. Lenaeus)

Courtney p. 145

McDermott, W., Suetonius, De grammaticis 15, Mnemos. 35, 1982, 346-348

VITA:

SCHOL. Iuv. 1, 20 (*magnus ... Auruncae ... alumnus*): Lucilium dicit ... vel ... Turnum .... vel Lenium dicit, quia et ipse saturas scripsit, vel Silium, et ipsum sui temporis satiricum. qui omnes, ut Probus refert, ex Aurunca fuerunt.

SUET. gramm. 2 (*Lucili saturas*): quas legisse se apud Archelaum Pompeius Lenaeus, apud Philocomum Valerius Cato praedicant.

OPERA:

PLIN. nat. hist. 25, 7: Pompeius autem omni regia praeda potitus transferrre ea sermone nostro libertum suum Lenaeum grammaticae artis iussit.

SATVRA

1 (inc. fr. 17 Bue.)

SUET. gramm. 15 (121 Reiff., 19 Br.): Lenaeus Magni Pompei libertus ... tanto amore erga patroni memoriam extitit, ut Sallustium historicum, quod eum oris probi, animo inverecundo scripsisset, acerbissima satura laceraverit 'lastaurum' et 'lurconem' et 'nebulonem' 'popinonemque' adpellans et vita scriptisque monstrosum, praeterea priscorum Catonisque verborum ineruditissimum furem.

McDermott

lurconem *corr. ex* turconem **S**: lurchonem **WVDN** (*suprascr.* curchonem) **G**[2] *in marg.*: surconem **B**: curchonem **GIMKCTΔQ** | nebulonem] nebolonem **T** | popinonemque **W**: et popinionemque **T**: popimonemque **αβ**: et pompinonem **Δ**: et pompinonem quae **C**

versum sic restituit: lastaurus lurco nebulo < ... > popino *E. Fraenkel, Eranos, 53, 1955, 78*: *lacunam suppl.* <turpisque> *Buecheler ed. Petron.*: <comedo atque> *Traina Suppl. Morel. p. 26*

cf. fr. inc. 40

C. ASINIVS POLLIO

(76 – 4 p.Chr.n.)

(Groebe, P., RE II 2, 1896, 1589-1602 s.v. Asinius n. 25)

Courtney p. 254 sqq.
Hollis p. 215 sqq.

André, J., La vie et l'oeuvre d'Asinius Pollion, Paris 1949
Néraudau, J.P., Asinius Pollion et la poésie, in: ANRW II 30, 3, Berlin 1983, 1732-1750

Vita:

Catull. 12, 6-9: crede Pollioni / fratri, qui tua furta vel talento / mutari velit: est enim leporum / differtus puer ac facetiarum.

Tac. dial. 34, 7: altero et vicesimo (*sc. aetatis anno*) Asinius Pollio C. Catonem, non multum aetate antecedens Calvus Vatinium (*sc. oratione*) insecuti sunt.

Hieron. chron. a Abr. 2020 = a. 3: Asinius Pollio orator et consularis, qui de Dalmatis triumpharat, LXXX aetatis suae anno in villa Tusculana moritur.

Char. 158 B (124 K): Cinna in propemptico Pollionis (*cf. C. Helvius Cinna, fr. 1*)

Opera:

Verg. ecl. 3, 86: Pollio et ipse facit nova carmina.

id. 8, 10: sola Sophocleo tua carmina digna cothurno.

Serv. Verg. ecl. 3, 84 (40 Th): blanditur iam Pollioni patrono, quem et tragoediarum et historiarum scriptorem Horatius fuisse testatur.

id. ecl. 8, 10 (93 Th): alii ideo hoc de Pollione dictum volunt, quod et ipse utriusque linguae tragoediarum scriptor fuit.

Hor. sat. 1, 10, 42 sq.: Pollio regum / facta canit pede ter percusso, *cf. c. 2, 1, 1 sqq.*

Plin. epist. 5, 3, 2: *cf. testim. Lutati Catuli*

Tac. dial. 21, 7: Asinius quoque, quamquam propioribus temporibus natus sit, videtur mihi inter Menenios et Appios studuisse, Pacuvium certe et Appium non solum tragoediis, sed etiam orationibus suis expressit.

1 (136 Ho.)

Char. 127 B (100 K): antistes habet antistitam ut ... Pol<l>io:

Veneris antistita Cupra

Cupra *Keil*: cupras *vel* cuprus **N**, *cf. Harder, Jbb. f. class. Phil. 137, 1888, 371, qui* Cuprus *tuetur et totam insulam non male deae sacerdotem dici putat;* cuprus *def. et Hollis*

verba e galliambo quodam sumpta esse perperam existimat Harder. sermonem pedestrem agnoscere sibi visus est Woelfflin.

versus: ut Baehrens hexametri partem alteram statuit Morel; versum lyricum tragoediae susp. Courtney

C. CORNELIVS GALLVS

(*70/69 – 26*)

(Stein, A. – Skutsch, F., RE IV 1, 1901, 1342-1350
s.v. Cornelius n. 164)

fr. 2–5 Pap. Qaṣr Ibrîm inv. 78–3–11/1., scripta ante 20 a.Chr.n, reperta a. 1978; editio princeps: R.D. Anderson, P.J. Parsons, R.G.M. Nisbet, Elegiacs by Gallus from Qaṣr Ibrîm, JRS 69, 1979, 125-155

Courtney p. 259 sqq.

Hollis p. 219 sqq.

Capasso, M., Il ritorno di Cornelio Gallo. Il papiro di Qaṣr Ibrîm venticinque anno dopo (con un contributo di P. Radiciotti (*de forma litterarum*)), Gli Album del Centro di Studi Papirologici dell'Università di Studi di Lecce 5, Napoli 2003 (*cum editione p. 41 sqq., quam sequor, cum commentario textus, indice librorum doctorum et novis imaginibus papyri 123 sqq.*)

Libri docti qui in apparatu critico nominantur aliique, quos Capasso non nominat:

Alfonsi, L., L'elegia di Gallo, RFIC 70, 1943, 46-56

Amato, S., Cesare o Ottaviano nel nuovo Gallo di Qaṣr Ibrîm?, Orpheus 8, 1987, 322-336

Bréguet, E., Les élégies de Gallus d'après la Xe Bucolique de Virgile, REL 26, 1948, 204-214

D'Anna, G., Gallo, in: Enciclopedia Virgiliana I, Roma 1984, 894-896

Gall, D., Zur Technik von Anspielung und Zitat in der römischen Dichtung, Zetemata 100, München 1999, 219-245

Gamberale, A&R 44, 1999, 70

Giangrande, G., An alleged fragment of Gallus, QUCC 5, 1980, 141-152

– , On the Pseudo Gallus, Corolla Londin. 2, 1982, 83-93

–, Hellenistic features in the Pseudo-Gallus, Corolla Londin. 2, 1982, 99-108

Hutchinson, G.O., Notes on the new Gallus, ZPE 41, 1981, 37-42

Korenjak, M., Cornelius Gallus, fr. 1: welcher Hypanis?, Mnemos. 55, 2002, 588-593

Lee, G., The Gallan elegiacs, LCM 5, 1980, 45 sq.; 7, 1982, 19
Luther, A., "Templa deorum fixa": zum historischen Hintergrund der Gallus-Fragmente aus Qasr Ibrim, APF 48, 2002, 29-41
Merriam, C.U., The new Gallus revisited, Latomus 49, 1990, 443-452
Morelli, A.M., Sulla genuinità del papiro di Gallo, in: DMP III 104-119
– , Rassegna sul nuovo Gallo, in: DMP II 140-183
– , Cornelio Gallo: a proposito di un'infinita querelle, A&R 44, 1999, 65-74
Newman, I.C., De novo Galli fragmento in Nubia reperto, Latinitas 28, 1980, 83-94
Nicastri, L., Cornelio Gallo e l'elegia ellenistico-romana. Studio dei nuovi frammenti, Napoli 1984
Perutelli, A., Il papiro di Gallo; Sulla genuinità del papiro di Gallo, in: DMP III, 100-103; 104-119
Sbordone, F., Note al probabile frammento elegiaco di Cornelio Gallo, Rendic. dell'Accad. di Archeol., Napoli 57, 1982 (1984), 57-66
Senis, G., I templa deivitiora in Cornelio Gallo, Maia 34, 1982, 59-62
Somerville, T., The orthography of the new Gallus and the spelling rules of Lucilius, ZPE 160, 2007, 59-64
Stroh, W., Die Ursprünge der römischen Liebeselegie, Ein altes Problem im Licht eines neuen Fundes, Poetica 15, 1983, 205-246

VITA:

SERV. DAN. Verg. ecl. 6, 64 (77 Th): (*Gallus*), qui a triumviris praepositus fuit ad exigendas pecunias ab his municipiis, quorum agri in Transpadana regione non dividebantur.

HIERON. chron. a Abr. 1984 = 33 a.Chr.n.: Aegyptus fit Romana provincia, quam primus tenuit C. Cornelius Gallus, de quo Vergilius scribit in Bucolicis.

SERV. Verg. ecl. 10, 1 (118 Th): Gallus, ante omnes primus Aegypti praefectus, ... hic primo in amicitiis Augusti Caesaris fuit: postea cum venisset in suspicionem, quod contra eum coniuraret, occisus est. fuit autem amicus Vergilii adeo, ut quartus georgicorum a medio usque ad finem eius laudes teneret: quas postea iubente Augusto in Aristaei fabulam commutavit. hic autem Gallus amavit Cytheridem meretricem, libertam Volumnii, quae eo spreto Antonium euntem ad Gallias est secuta: propter quod dolorem Galli nunc videtur consolari Vergilius. nec nos debet movere quod, cum mutaverit partem quarti georgicorum, hanc eclogam sic reliquit: nam licet consoletur in ea Gallum, tamen altius intuenti vituperatio est; nam et in Gallo inpatientia turpis amoris ostenditur, et aperte hic Antonius carpitur, inimicus Augusti, quem contra

Romanum morem Cytheris est in castra comitata. *cf. Schol. cod. Medic. ad ecl. 10,2.*

Fragm. Bob. GLK VII 543: Gallus poeta fuit optimus: hic imperatori comes fuit Aegypti, postea amavit meretricem quandam nomine Cytheridem, quam Vergilius Lycorida dixit: hanc etiam dicit Volumnii cuiusdam libertam.

[Aurel. Vict.] vir. ill. 82: (Brutus) Cytheridem mimam cum Antonio et Gallo amavit.

Suet. Aug. 66, 1: neque enim temere ex omni numero in amicitia eius afflicti reperientur praeter Salvidienum Rufum, quem ad consulatum usque, et Cornelium Gallum, quem ad praefecturam Aegypti, ex infima utrumque fortuna provexerat ... (2) alteri (*sc. Gallo*) ob ingratum et malivolum animum domo et provinciis suis interdixit. sed Gallo quoque et accusatorum denuntiationibus et senatus consultis ad necem conpulso laudavit quidem pietatem tantopere pro se indignantium, ceterum et inlacrimavit et vicem suam conquestus est, quod sibi soli non liceret amicis, quatenus vellet, irasci.

Dio Cass. 53, 23, 5: ὁ δὲ δὴ Γάλλος Κορνήλιος καὶ ἐξύβρισεν ὑπὸ τῆς τιμῆς. πολλὰ μὲν γὰρ καὶ μάταια ἐς τὸν Αὔγουστον ἀπελήρει, πολλὰ δὲ καὶ ἐπαίτια παρέπραττε. καὶ γὰρ καὶ εἰκόνας ἑαυτοῦ ἐν ὅλῃ ὡς εἰπεῖν τῇ Αἰγύπτῳ ἔστησε, καὶ τὰ ἔργα ὅσα ἐπεποιήκει ἐς τὰς πυραμίδας ἐσέγραψε. κατηγορήθη τε οὖν ἐπ' αὐτοῖς ὑπὸ Οὐαλερίου Λάργου, ἑταίρου τε οἱ καὶ συμβιώτου ὄντος, καὶ ἠτιμώθη ὑπὸ τοῦ Αὐγούστου, ὥστε καὶ ἐν τοῖς ἔθνεσιν αὐτοῦ κωλυθῆναι διαιτᾶσθαι ... (24, 1) οὕτω τότε διέθηκαν ὥστε καὶ αὐτοχείρια ἀποθανεῖν ἀναγκάσαι.

Serv. Verg. georg. 4, 1 (320 Th): sane sciendum, ut supra diximus (*ad ecl. 10, 1*), ultimam partem huius libri esse mutatam: nam laudes Galli habuit locus ille, qui nunc Orphei continet fabulam quae inserta est, postquam irato Augusto Gallus occisus est.

Suet. gramm. 16 (20 Br.; 112 Reiff.): Q. Caecilius Epirota ..., cum filiam patroni nuptam M. Agrippae doceret, suspectus in ea et ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum se contulit vixitque una familiarissime, quod ipsi Gallo inter gravissima crimina ab Augusto obicitur. post deinde damnationem mortemque Galli scholam aperuit.

Hieron. chron. a Abr. 1990 = 27 a.Chr.n.: Cornelius Gallus Foroiuliensis poeta, a quo primum Aegyptum rectam supra diximus, XLIII aetatis suae anno propria se manu interficit.

Opera:

Parthenius praef.: μάλιστα σοὶ δοκῶν ἁρμόττειν, Κορνήλιε Γάλλε, τὴν ἄθροισιν παθημάτων ἀναλεξάμενος ... ἀπέσταλκα. αὐτῷ τε σοὶ παρέσται εἰς ἔπη καὶ ἐλεγείας ἀνάγειν τὰ μάλιστα ἐξ αὐτῶν ἁρμόδια.

Diom. GLK I 484: (*elegia*) quod genus carminis praecipue scripserunt apud Romanos Propertius et Tibullus et Gallus imitati Graecos Callimachum et Euphoriona.

Serv. Dan. Verg. ecl. 6, 64 (77 Th): Gallus ... qui elegos scripsit.

Serv. ad Verg. ecl. 6, 72 (78 Th): hoc autem Euphorionis continent carmina, quae Gallus transtulit in sermonem Latinum.

Serv. Verg. ecl. 10, 1 (118 Th): Gallus ... fuit poeta eximius. nam Euphorionem, ut supra (*ad ecl. 6, 72*) diximus, transtulit in Latinum sermonem, et amorum suorum de Cytheride scripsit libros quattuor.

Serv. Verg. ecl. 10, 50 (125 Th) (*ibo et Chalcidico ...*): Euboea insula est, in qua est Chalcis civitas, de qua fuit Euphorion, quem transtulit Gallus.

Probus Verg. ecl. 10, 50 (348): Euphorion elegiarum scriptor Chalcidensis fuit, cuius in scribendo secutus colorem videtur Cornelius Gallus.

Prop. 2, 34, 91 sq.: et modo formosa quam multa Lycoride Gallus / mortuus inferna vulnera lavit aqua.

Ov. am. 1, 15, 29 sq.: Gallus et Hesperiis et Gallus notus Eois,/ et sua cum Gallo nota Lycoris erit.

id. a.a. 3, 537: Vesper et Eoae novere Lycorida terrae.

id. rem. 765 sq.: quis poterit lecto durus discedere Gallo? / et mea nescio quid carmina tale sonant.

id. trist. 2, 445 sq.: non fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo,/ sed linguam nimio non tenuisse mero.

id. trist. 4, 10, 53: successor fuit hic (*sc. Tibullus*) tibi, Galle, Propertius illi.

id. trist. 5, 1, 15-17: delicias si quis lascivaque carmina quaerit,/ praemoneo, non est scripta quod ista legat./ aptior huic Gallus blandique Propertius oris.

Mart. 8, 73, 6: ingenium Galli pulchra Lycoris erat.

Quintil. inst. 10, 1, 93: Ovidius utroque (*sc. Tibullo et Propertio*) lascivior, sicut durior Gallus.

EPIGRAMMATA

1

Vib. Seq. 77: Hypanis Scythiae, qui ut ait Gallus

uno tellures dividit amne duas.

Asiam enim ab Europa separat.

versus: pentameter dactylicus

2 (145 Ho.)

epigrammata 2-5 scripta anno 45 vel paulo post verisimile putat Capasso
Pap. Qaṣr Ibrîm inv. 78-3-11/1: col I, 1 (*epigrammata signis* H *finita, verba singula interpunctis divisa*):

tristia nequit[ia ...]ạ Lycori tua

... fat]a *vel* ... fact]a *Parsons – Nisbet*
versus: pentameter dactylicus

3 (145 Ho.)

Pap. Qaṣr Ibrîm inv. 78-3-11/1, col. I, 2-5:

fata mihi, Caesar, tum erunt mea dulcia, quom tu
  maxima Romanae pars eri<s> historiae
postque tuum reditum multorum templa deorum
  fixa legam spolieis deivitiora tueis.

Capasso 85-98

1 Caesar tum *pap., hiatus fortasse non tollendus*: tum, Caesar *Lyne ap. Parsons – Nisbet* || **2** eri<s> *Parsons – Nisbet*: erit *pap., Giangrande, Lee* || **4** legam *pap.*: <t>egam *Della Corte ap. Senis*

C. Iulium Caesarem potius quam C. Octavianum appellari putat Capasso

4 (145 Ho.)

Pap. Qaṣr Ibrîm inv. 78-3-11/1, col. I 6-9:

[....]...ị tandem fecerunt c[ar]mina Musae
  q̣ụạe possem domina deicere digna mea.
[quodsi nunc vide]ạtur idem tibi, non ego, Vịsce,
  [quemqua]ṃ plakato iudice te vereor.

1 [cuncta mih]ị *Capasso*: ...] ṿịx̣ *Brown*: [dulcia iam] *vel* [blanda mihi] *vel* [Castaliae] *vel* [Aonides] *vel* [haec Latiae] *vel* [haec dulces] *vel* [en mihi iam] *tempt. Parsons – Nisbet*: [en *vel* haec mihi vix] *Mc C. Brown*: [interea haec] *Newman*: [mi gracileis] *Lee*: [haece mihi] *Luppe*: [ista mihi] *Courtney 518* || **3** [quodsi nunc vide]atur *Sbordone*: [q. iam v.] *Morelli*: [si Caesar vide]atur *et mox* disce *pro* Visce *Newman*: [Codrum, sei vide]atur *Griffith*: [q. non v.] *Stroh* || **4** [quemqua]ṃ plakato *Capasso*: [... p]l[a]kato *Hutchinson*: [hoc modo p]l[a]kato *Stroh*: [non quadrup]la (*vel* -ple) *vel* [non vetera ul]la Kato *tempt. Parsons – Nisbet, sed* plakato *nullo interpuncto divisum*: [ne legas il]la

Kato *Newman*: [ne legat illa] K. *Gamberale*: <scribere nul]la K. *Sbordone*: [cedam, nul]la K. *Amato*: [non qua es lau]de K. *Griffith* | [quae canit ulla] K. *vel* [vincat ne ulla] K. *Courtney*

fr. 2–4 unius elegiae esse putant Newman al., Gallo abiudicat Giangrande

5 (145 Ho.)

Pap. Qaṣr Ibrîm inv. 78-3-11/1, col I, 10-12:

]...[ ]
] [ ] Ṣyria.
].

in columna II papyri duo alia epigrammata inerant (6 versuum vestigia, initio v. 5 Qui *dispexit Capasso 18, 41)*

Dubia

6

Serv. Verg. ecl. 10, 46 (124 Th): hi autem omnes versus (*Courtney: vv. 42-63; Clausen: vv. 46-49*) Galli sunt de ipsius translati carminibus.

C. MAECENAS

(*ca. 70 – 8 a. Chr.n.*)

(Kappelmacher, A., RE XIV 1, 1928, 207-229 s.v. Maecenas n. 6)

André, J.–M., Mécène. Essai de biographie spirituelle, Paris 1967, 149-153
–, Mécène écrivain, in: ANRW II 30, 3, Berlin 1983, 1765-1787
Avallone, R., Mecenate: i frammenti, Napoli 1962
Courtney p. 276 sqq.
Hollis p. 314 sqq.

Bardon II 13-19
Harder, F., Über die Fragmente des Maecenas, Berlin 1889
Körizs, I., Maecenas poeta, ACD 43, 2007, 51-56
Lunderstedt, P., De C. Maecenatis fragmentis (Comm. Ien. 9, 1), Leipzig 1911
Mattiacci, S., L'attività poetica di Mecenate tra neoterismo e novellismo, Prometheus 21, 1995, 67-86

Rodriguez-Pantoja, M., El fragmento poético número 1 de Mecenas, Habis 4, 1973, 105-113
Traina, A., Note Plautine III: Ninnium (Poen. 371), RFIC 94, 1966, 50-53
van Johnson, C., Ninnius, Vinius and Onysius, ClPh 37, 1940, 420-422

VITA:

HOR. c. 1, 1: Maecenas atavis edite regibus, *cf. carm. 3, 29, 1 et sat. 1, 5.*

PROP. 3, 9, 1 sq.: Maecenas eques Etrusco de sanguine regum,/ intra fortunam qui cupis esse tuam.

SEN. epist. 114, 4–8: quomodo Maecenas vixerit ... felicitate nimia caput.

SUET. v. Horati 44 (Reiff.): (Horatius) ac primo Maecenati, mox Augusto insinuatus non mediocrem in amborum amicitia locum tenuit.

TAC. ann. 6, 11, 2: ceterum Augustus bellis civilibus Cilnium Maecenatem equestris ordinis cunctis apud Romam atque Italiam praeposuit *(de nominis forma cf. Koestermann, E., Komm. ad loc.).*

MACROB. sat. 2, 4, 12: idem Augustus ... in epistula ad Maecenatem familiari plura in iocos effusa subtexuit: Vale mi ebenum medulliae ... Cilniorum smaragde.

OPERA:

ELEG. IN MAECEN. 1, 17 sq.: Pallade cum docta Phoebus donaverat artes:/ tu decus et laudes huius et huius eras.

SEN. epist. 92, 35: diserte Maecenas ait: (*sequitur fr. 8*) alte cinctum putes dixisse. habuit enim ingenium et grande et virile, nisi illud secundis <dis>cinxisset.

SERV. Verg. georg. 2, 41 (221 Th): constat Maecenatem fuisse litterarum peritum et plura composuisse carmina – nam etiam Augusti Caesaris gesta descripsit, quod testatur Horatius (*c. 2, 12, 9*) dicens: 'tuque pedestribus / dices historiis proelia Caesaris,/ Maecenas, melius ductaque per vias / regum colla minacium.'

MACROB. sat. 2, 4, 12: idem Augustus, quia Maecenatem suum noverat stilo esse remisso, molli et dissoluto, talem se in epistulis, quas ad eum scribebat, saepius exhibebat, et contra castigationem loquendi, quam alias ille scribendo servabat, in epistula ad Maecenatem familiari plura in iocos effusa subtexuit: 'vale † meli gentium (mi ebenum *Jahn*) † meculle (*vel* melcule *codd.*, Medulliae *Turnebus*), ebur ex Etruria, lasar Arretinum, adamas Supernas, Tiberinum margaritum, Cilniorum smaragde, iaspi Iguvinorum, berulle Porsenae, carbunculum Hadriae, ... habeas ἵνα συντέμνω πάντα, μάλαγμα moecharum.

Suet. Aug. 86, 2: (Augustus) cacozelos et antiquarios, ut diverso genere vitiosos, pari fastidio sprevit exagitabatque nonnumquam; in primis Maecenatem suum, cuius myrobrechis, ut ait, cincinnos usque quaque persequitur et imitando per iocum irridet.

1 (184 Ho.)

Char. 100 B (79 K); ‘catinus’ masculino genere dicitur, ut Maecenas in X:

ingeritur (*ait*) fumans calido cum farre catinus

Dub. Nom. GLK V 575: catinus generis masculini ut Maecenas ait: ‘et fumantes * calido cum farre catinos*’.

Rodriguez-Pantoja

ingeritur fumans *Paldamus*: ingeribus fumans **N** *Putsch ed. Charis. 1605*: ingere fumantes *Clericus* | catinus] catinos *Clericus*

versus: hendecasyllabus

2 (185 Ho.)

Isid. orig. 19, 32, 6: Thynius purus est, primum in Bithynia fabricatus, quam olim Thyn<i>am vocabant, <Maecenas ad> Flaccu<m> (*Avallone*: flaccus *codd.; ‘recte vulgo est Maecenati datum’ Baehrens*):

lucentes, mea vita, nec smaragdos
beryllos mihi, Flacce, nec nitentes
<nec> percandida margarita quaero
nec quos Thynica lima perpolivit
anellos nec iaspios lapillos

1 lucentes *Alciatus*: lugente *vel* lucente *codd.* || **2** beryllos mihi, Flacce, nec *Alciatus*: berillusque mi flacce nec *codd.*: beryllos neque, Flacce mi *Torrentius, Morel* || **3** <nec> *edd.* | percandida] praecandida *Alciatus* || **4** Thynica *Avallone*: tinica *codd.*: Thynia *Hollis (ex lemmate)* || **5** anel(l)os **UVF**: anellus **KMNP** *Mon.1*: anulos **DE**

versus: hendecasyllabus

3 (186 Ho.)

Suet. Horati vita 45 Reiff.: Maecenas quantopere eum dilex<er>it satis testatur illo epigrammate:

ni te visceribus meis, Horati,
plus iam diligo, tu tu<u>m sodalem
ninnio videas strigosiorem

Körizs; Traina; Van Johnson

1 Horati] horaci **C** (*ut videtur*) **E** || **2** tu tu<u>m *Muretus*: tutum **ACDE**: Titum *Nannius* || **3** Ninnio *P. Pithoeus:* ninnio *Scaliger*: nimio **AC**, *Sicco Polenton*: ninio **D**: ninno *uel* mimo **E**: minio *Nannius*: hinno me *Lambinus*: hinnulo *Oudendorp, Hollis*: simio *Sudhaus*: Tithono *Noetzel*: vino *Körizs praeter metrum*

versus: hendecasyllabus

4 (187 Ho.)

Sen. epist. 101, 10: inde illud Maecenatis turpissimum votum, quo et debilitatem non recusat et deformitatem et novissime acutam crucem, dummodo inter haec mala spiritus prorogetur:

debilem facito manu, debilem pede coxo,
tuber adstrue gibberum, lubricos quate dentes:
vita dum superest, bene est. hanc mihi vel acuta
si sedeam cruce sustine < … >

1 coxo **BQ[1]DR** (*cf. ThLL IV 1096, 43 sqq.):* coxa **Q[2]E[1]ς** *vulg.:* torto **ψ** || **2** gibberum] gibberam **D**: gipperum **QE**: gypperum **R** || **3** hanc **ς**: hac **BDψ**: ac **Qθ** || **4** sedeam] sidam *Buecheler dubitanter*

versus priapeus

5 (188 Ho.)

Ps. Bassus GLK VI 262: ex hoc nascitur galliambus ... huic pares sunt apud Maecenatem:

ades, inquit, o Cybebe, fera montium dea,
ades et sonante typano quate flexibile caput

Diom. GLK I 514: galliambum metrum apud Maecenatem tale est: 'ades ... dea'

1 Cybebe *Morel propter metrum (*Κυβήβη*)*: cybebae *codd. Diom.*: cybele **AB**, *Avallone praeter metrum (*Κυβέλη*)* | fera *om.* **ς** | montium dea] montivaga dea *H. Grotius* || **2** typano *Grotius*: tympano **ABς**

versus galliambus

6 (189 Ho.)

Ps. Bassus GLK VI 262: (*post fr. 5*) hic ipse Maecenas iis, quos modo rettuli, proximum sic:

latus horreat flagello, comitum chorus ululet

cf. Diom. GLK I 514, *ubi nomen omittitur*: galliambum ... et factum tale: latus ... ululet

versus gallliambus

7 (190 Ho.)

Ps. Bassus GLK VI 262 sq.: hoc versu, qui est apud Maecenatem, lecto intelleget eum *(sc. galliambum versum)* ex iambico quoque trimetro nasci:

hic nympha cingit omnis Acheloum senem

versus: trimeter iambicus

Hom. Il. Ω 616: νυμφάων αἵ τ' ἀμφ' Ἀχελώιον ἐρρώσαντο

8 (191 Ho.)

Sen. epist. 92, 35: diserte Maecenas ait:

nec tumulum curo: sepelit natura relictos

Dubia

9 (192 Ho.)

Dub. Nom. GLK V 591: 'tornus' (*cod.*: tornum *Keil*) generis masculini, ut Maecenas:

cardine tornus

tornus *Baehrens*: turno **MV**: tornos **R**, *Unger*

cf. Vitr. 9, 8, 11: tympanum includatur cardinibus ex torno masculo et femina inter se coartatis. *falsa adnotat ThLL III 443, 54*

versus: finis hexametri dactylici videtur

10 (–)

Diom. GLK I 369: Maecenas (Mecinas **M**: monetas ς):

nexisti retia lecto

lecto] lecta **AMς**: lectu **B**
cf. Prop. 3, 8, 37
versus: finis hexametri dactylici

11 (10 Mo., 10 Co., 193 dub. Mo.)

Dub. Nom. GLK V 588: Quirites singularem numerum non habet; quamquam Maecenas dixit Quiritem, sed non recipitur.

Maecenas cum Horatio confusus? interr. Morel. cf. Cledon. *GLK V 42*: licet Horatius singulari numero Quiritem dixerit (*c. 2, 7, 3*); *cf. Coletti de Maecenate cf. inc. 42 et 43, Courtney p. 279*

L. VARIVS RVFVS

(ca. 70 – 15)

(Helm, R., RE VIII A 1, 1955, 410-414 s.v. Varius n. 21)

Courtney p. 271 sqq.
Hollis p. 253 sqq.

Alfonsi, L., Studi di poesia augustea, Aevum 17, 1964, 242-253
Brugnoli, G. – Stock, F., Questioni biografiche III–V, GIF 43, 1991, 133-150
Cova, P.V., Il poeta Vario, Milano 1989
–, Il poeta Vario tra neoteroi e augustei, Athenaeum 84, 1996, 562-573
Dahlmann² 23-33
Castorina, E., Il forte epos di Vario Rufo, in: PLF 213-221
Feletti, D., L. Varius Rufus' "De morte" in der frühen Kaiserzeit, in: Flashar, M. (et al., edd.), Retrospektive. Konzepte von Vergangenheit in der griechisch-römischen Antike, München 1996, 147-158
Gigante, M. – Capasso, M., Il ritorno di Virgilio a Ercolano, SIFC 82, 1989, 3-6
Gigante, M., Il 'forte epos' di Lucio Vario Rufo, in: Reggi, G. (ed.), Aspetti della poesia epica latina, Lugano 1995, 75-92
Hollis, A.S., L. Varius Rufus, De morte (frs. 1-4 Morel), ClQ 27, 1977, 187-190
Rocca, R., Epici minori d'età augustea, Genova 1989, 37-64
Romano, D., Vario Rufo e le proscrizioni del 43: un'interpretazione del fr. 4 Büchner del De morte, Seia 4, 1987, 9-21
Rostagni, A., Il De morte di L. Vario Rufo, RFIC 87, 1959, 380-394

Traglia, A., Lucio Vario Rufo poeta epico, Cultura e Scuola 25, 1986, 60-67

Wimmel, W., Der Augusteer Lucius Varius Rufus, in: ANRW II 30, 3, Berlin 1983, 1562-1621

VITA:

VERG. catal. 7, 1 sq.: Scilicet hoc sine fraude, Vari dulcissime, dicam:/ dispeream nisi me perdidit iste πόθος.

HOR. sat. 1, 10, 81 sq.: Plotius et Varius Maecenas Vergiliusque / et probet haec Octavius optimus.

HOR. ep. 2, 1, 247: dilecti tibi (*sc. Augusto*) Vergilius Variusque poetae

PROBUS, vita Vergili 17 Hardie: vixit (*sc. Vergilius*) pluribus annis ... liberali in otio secutus Epicuri sectam, insigni concordia et familiaritate usus Quintili (*sc. Vari*), Tuccae et Vari (*sc. Rufi*) [ ]

PHerc Paris. 2, 21 sq.: ὦ Πλώτιε καὶ Οὐάρ[ι]ε καὶ Οὐεργ[ί]λιε καὶ Κοιντ[ί]λιε ... (cf. Gigante – Capasso)

HIERON. chron. a Abr. 2000 = 17 a.Chr.n.: Varius et Tucca, Vergilii et Horatii contubernales, poetae habentur inlustres.

OPERA:

VERG. Ecl. 9, 35 sq.: neque adhuc Vario videor nec dicere Cinna / digna, sed argutos inter strepere anser olores.

SERV. Verg. ecl. 9, 35 (114 Th) (*Vario videor*): Varius poeta fuit, de hoc Horatius (*sat. 1, 10, 44*) 'Varius ducit molle atque facetum', item (*c. 1, 6, 1 sq.*) 'scriberis Vario fortis et hostium / victor'; nam Varus dux fuit, cui supra blanditur, (SERV. DAN.): qui nulla carmina scripsit. nonnulli sane Alfenum Varum volunt, qui licet iuris consultus et successor Servii Sulpicii esset, etiam carmina aliqua composuisse dicitur; sed hoc teste Horatio falsum est, qui Varium poetam laudat.

HOR. sat. 1, 10, 43: forte epos acer,/ ut nemo, Varius ducit.

PORPH. Hor. c. 1, 6, 1: fuit autem L. Varius et epici (ipse *cod.*) carminis et tragoediarum et elegiorum auctor, Vergilii contubernalis.

HOR. a. p. 53 sq.: quid autem / Caecilio Plautoque dabit Romanus ademptum / Vergilio Varioque?

LAUS PISONIS 238 sq.: Maecenas tragico quatientem pulpita gestu / erexit Varium.

MART. 8, 18, 7 sq.: et (*sc.* Maro) Vario cessit Romani laude cothurni,/ cum posset tragico fortius ore loqui.

id. 8, 55, 21 sq.: Quid Varios Marsosque loquar ditataque vatum / nomina, magnus erit quos numerare labor.

QUINTIL. inst. 10, 1, 98: iam Vari Thyestes cuilibet Graecarum comparari potest.

TAC. dial. 12, 6: nec ullus aut Asinii aut Messallae liber tam illustris est quam Medea Ovidii aut Varii Thyestes.

DE MORTE

1 (147 Ho.)

MACROB. sat. 6, 1, 39 (*ad Verg. Aen. 6, 621 sq.*): Varius de morte:

vendidit hic Latium populis agrosque Quiritum
eripuit, fixit leges pretio atque refixit.

1 Latium] latum **NT** || **2** fixit] fixitque **P'**: finxit **T**

cf. E. Norden, Aeneis Buch VI, Leipzig² 1916 ad v. 621. intellegendus est M. Antonius III vir.

2 (148 Ho.)

MACROB. sat. 6, 1, 40 (*ad Verg. georg. 2, 506*): Varius de Morte:

incubet ut Tyriis atque ex solido bibat auro

Dahlmann 25-28

Tyriis *edd.*: tiriis **R**

ad eundem Antonium spectat, de cuius aureis poculis cf. Plut. Ant. 9, 8; Plin. nat. 33, 50

3 (149 Ho.)

MACROB. sat. 6, 2, 19 (ad Verg. georg. 3, 115): Varius de Morte:

quem non ille sinit lentae moderator habenae
qua velit ire, sed angusto prius orbe coercens
insultare docet campis fingitque morando

Dahlmann 28-31

2 velit] venit **P** | angusto] augusto **R** | orbe *Torrentius, Dahlmann*: ore *codd.* || **3** campis *om.* **P** | fingitque] fringitque **N**

4 (150 Ho.)

Macrob. sat. 6, 2, 20 (*ad Verg. ecl. 8, 85–88*): Varius de Morte:

ceu canis umbrosam lustrans Gortynia vallem
si veteris potuit cervae comprendere lustra,
saevit in absentem et circum vestigia latrans
aethera per nitidum tenues sectatur odores;
non amnes illam medii, non ardua tardant,
perdita nec serae meminit decedere nocti.

Brugnoli – Stock; Dahlmann 31-33; Romano

1 ceu *codd.*: seu **N'PT** | Gortynia *edd.*: gortinia **PRA**: cortinia **T**: gortinya **F** || **2** comprendere] conpendere **N**: deprendere *Baehrens coll. Sil. 10, 82* deprendit ... cubilia. *et sane Varium hic imitatus est Silius* || **3** *om.* **R'**, *suppl.* **R**^{m} | latrans *Ulitius, Willis*: lustrans *codd., Dahlmann* || **5** illam] illa **N** || **6** perdita] culmina *vel tale aliquid proponit I. Willis*: scrupea *Hollis* | **6** = *Verg. ecl. 8, 88, ubi v. interpretes*

LAVDES sive PANEGYRICVS AVGVSTI (?)

5 (152 Ho.)

Hor. epist. 1, 16, 25 sq.: si quis bella tibi terra pugnata marique / dicat et his verbis vacuas permulceat aures:

tene magis salvum populus velit an populum tu,
servet in ambiguo qui consulit et tibi et urbi
Iuppiter,

Augusti laudes agnoscere possis.

Porph. Hor. epist. 1, 16, 27–29: qui sunt notissimo ex panegyrico Augusti

Ps. Acro ad l.: haec enim Var<i>us de Augusto scripserat

res admodum incerta. verisimile Varium ab Horatio laudari; num quid mutaverit, incertum, Dahlmann^{3} *16 versus Varii esse suspicatur*

P. VERGILIVS MARO

(70–19)

(Büchner, K., RE VIII A 1, 1955, 1021-1486 s.v. Vergilius)

Courtney p. 257 sq.

Bettini, M., L'epitaffio di Virgilio, Silio Italico e un modo d'intendere la letteratura, Dialoghi d'Archeologia 9-10, 1976–7, 439-448
Frings, I., Mantua me genuit. Vergils Grapbepigramm auf Stein und Pergament, ZPE 123, 1998, 89-100
Lehnus, L., Enciclopedia Virgiliana 1, Roma 1984, 453 s.v. Ballista

VITA: *cf. Varius Rufus*

EPIGRAMMATA

1

SERV. vita Verg. 11–14 Götte (10–12 Brummer): primum ab illo hoc distichon factum est in Ballistam latronem:

monte sub hoc lapidum tegitur Ballista sepultus;
  nocte die tutum carpe, viator, iter.

DON. vita Verg. 17 Hardie: poeticam puer adhuc auspicatus in Ballistam ludi magistrum ob infamiam latrociniorum coopertum lapidibus distichon fecit; 'monte ... iter'

PHILARG. I 54–58 Götte (49–53 Brummer): distichon autem duorum versuum clausula, quam in poemate brevem sententiam dicimus: 'monte ... iter'

ANTH. LAT. I 255 Sh.-B.: distichon Virgilii factum in Basili(s)tas latrones: 'monte ... iter'

1 a* (dubium)

DONATUS AVCTVS, Vita Vergili 150: illud non tulit: quom enim distichon, qui laudem felicitatemque Augusti continebat, fecisset valvisque non nominato auctore infixisset, – is erat huius modi:

nocte pluit tota, redeunt spectacula mane:
  commune imperium cum Iove Caesar habet

– diu quaritans Augustus, cuiusnam hi versus essent, eorum factorem non inveniebat. Batillus vero poeta quidam mediocris tacentibus aliis sibi adscrip-

sit. quamobrem donatus honoratusque a Caesare fuit. quod aequo animo non ferens Virgilius iisdem valvis affixit quater hoc principium: 'sic vos non vobis'. postulabat Augustus, ut hi versus complerentur. quod quom frustra aliqui conati essent, Virgilius praeposito disticho sic subiunxit:

hos ego versiculos feci, tulit alter honorem.
sic vos non vobis nidificatis, aves.
sic vos non vobis vellera fertis, oves.
sic vos non vobis mellificatis, apes.
sic vos non vobis fertis aratra, boves.

(170) quo cognito aliquamdiu Bacillus Romae fabula fuit, Maro vero exaltatior.

cf. PLM 4, 155.

EPITAPHIVM VERGILII

2

Suetonio, De poetis, comm. di A. Rostagni, Torino 1944, 96
Traina, Suppl. Morel. 28 sq.

Don. vita Verg. 36 Hardie: ossa eius Neapolim translata sunt tumuloque condita, qui est via Puteolana intra lapidem secundum, in quo distichon fecit tale:

Mantua me genuit, Calabri rapuere, tenet nunc
Parthenope. cecini pascua, rura, duces.

Serv. vita Verg. *in fine*: Vergilius Brundisii moritur, Sentio Saturnino et Lucretio Cinna consulibus; sepultus est autem Neapoli, in cuius tumulo ab ipso compositum est tale distichon: 'Mantua ... duces.'

Hieron. chron. a Abr. 1999 = 18 a. Chr.n.: ossa eius Neapolim translata in secundo ab urbe miliario sepeliuntur, titulo istius modi supra scripto, quem moriens ipse dictaverat: 'Mantua ... duces.'

Probus, vita Verg.: cuius <in> sepulcro quod est in via Puteolana hoc legitur epigramma: 'Mantua ... duces.'

Sic vel simili modo (quod vivens sibi composuit ipse *Periocha Bern. II aliaeque vitae*) *vitae ceterae expositionesque.*

Bettini; Frings

2 pascua] poma *cod. Probi* **BGRV** | duces] phruges *cod. Probi* **V**

epigrammata spuria Anth. Lat. I 250–254, 256 sq. Sh.–B.: versus Anth.

Lat. 813 Riese: cetera carmina dubia vel spuria cf. PLM IV 130, 155–162, 547, 548

OBTRECTATORES VERGILII

Courtney p. 284 sq.

Görler, W., Enciclopedia Virgiliana 3, Roma 1987, 807-813 s. v. Obtrectatores

Testimonia:

Verg. ecl. 3, 90: qui Bavium non odit, amet tua carmina, Maevi.

Serv. Verg. ecl. 3, 90 (40 Th): pro poena ei contingat, ut diligat Maevium peiorem poetam; nam Maevius et Bavius pessimi fuerunt poetae, inimici tam Horatio quam Vergilio, unde Horatius (*sequitur epod. 1 sq.*)

Philarg. Verg. ecl. 3, 90 (65 H): *cf. Domiti Marsi fr. 1*

Serv. Verg. ecl. 7, 21 (85 Th); ut ... sit ... Thyrsis Vergilii obtrectator, scilicet aut Bavius aut Anser aut Maevius, pessimi poetae.

Vita Verg. Monacens. 1, 71 sq.(334 Bayer): isti inimici Virgilii adversabantur illi: Cornificius, Clodius, Mebeus, Vabeus, Archades, Vavius et Mevius.

de Bavio cf. Domiti Marsi fr. 1

Hieron. chron. a Abr. 1982 = 35 a.Chr.n.: M. Vavius poeta, quem Vergilius in bucolicis (3, 90) notat, in Cappadocia moritur.

de Mevio cf. Hor. epod. 10, 1 sq.: mala soluta navis exit alite,/ ferens olentem Maevium.

Porph. Hor. epod. 10, 1 sq.: hic est Mevius inportunissimus poeta, quem et Vergilius cum consimili contumelia nominat.

id. Hor. sat. 2, 3, 239: de hoc *(sc. filio Aesopi actoris)* Mevius poeta scribit, de quo Vergilius 'amet tua carmina Maevi' (*ecl. 3, 90*).

Vergili v. Don. 17 Hardie: est et adversus Aeneida liber Carvili Pictoris, titulo Aeneidomastix (*vel* Aeneomastix)

Tib. Don. Verg. Aen. prooem. p. 5, 26 sq. Georgii: nec te perturbent inperitorum vel obtrectatorum Vergiliani carminis voces inimicae. scio enim nonnullos calumniari, quod sententias suas Vergilius velut contraria sentiendo dissolvat.

NVMITORII ANTIBVCOLICA

(W. Kroll, RE XVII 2, 1937, 1406, s. v. Numitorius n. 6; Schanz – Hosius II § 246)

Courtney p. 284

Della Corte, F., Enciclopedia Virgiliana 3, Roma 1987, 798 s.v. Numitorio

Scarcia, R., Gli Antibucolica di Numitorio, RCCM 11, 1969, 169-189

1

DON. vita Vergili 17 Hardie: obtrectatores Vergilio numquam defuerunt, nec mirum: nam nec Homero quidem. prolatis Bucolicis Numitorius (*Hagen*: numatoris *vel sim., codd.)* quidam rescripsit Antibucolica, duas modo eclogas, sed insulsissime παρῳδήσας, quarum prioris initium est:

Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi

tegmine] tegmina *Gronovius*
cf. Verg. ecl. 1, 1 Tityre, tu patulae recubans sub tegmine fagi

2

DON. vita Vergili 17 Hardie: (*post fr. 1*) sequentis:

dic mihi, Damoeta, 'cuium pecus' anne Latinum?
non, verum Aegonis nostri sic rure locuntur.

1 damoeta **G**: dameta **E** || **2** *post* nostri *dist. Diehl, Morel, Bayer*
cf. V*ERG. ecl. 3, 1 sq.:*
dic mihi, Damoeta, cuium pecus? an Meliboei?
non, verum Aegonis; nuper mihi tradidit Aegon.

IGNOTI VERSICVLVS

Courtney p. 284 sq.

3

DON. vita Vergili 17 Hardie: (*post fr. 2*) alius recitante eo ex Georgicis (1, 299): 'nudus ara, sere nudus' subiecit:

habebis frigore febrem

habebis] et habebis **Z** | frigore] frigorem **G** | febrem] febres *Serv. georg. 1, 299*: messes *Isid. orig. 2, 21, 22*

CORNIFICIVS GALLVS

(Wissowa, G., RE IV 1, 1901, 1629 sq. s.v. Cornificius n. 8)

Courtney p. 285 sq.

Görler, W., Enciclopedia Virgiliana 3, Roma 1987, 808 s.v. Obtrectatores
Tandoi, V., Enciclopedia Virgiliana 1, Roma 1984, 896 sq. s.v. (Q.) Cornificius

OPERA:

SCHOL. BERN. Verg. ecl. 2, 39 (*Amyntas*) (91 H); allegorice Cornificium dicit, qui contra Vergilium conatus est scribere.

SCHOL. BERN. Verg. ecl. 7, 69 (*victum*) (144 H): Thyrsin aut Macrum poetam dicit, ut praedictum est, aut Cornificium a se superatum.

PHILARG. Verg. ecl. 3, 10: dicit Cornificius (C, *Philarg.*: cornif. LN: Cornutus P, *schol. Bern.*) ab ipso Vergilio audisse se, quod Caelium Mantuanum quendam tetigit.

SCHOL. VERON. Verg. ecl. 7, 22 (399 H): *cf. testim. Helvii Cinnae.*

VITA VERG. MONACENS. 1, 71 sq. (334 Bayer): *v. supra*

4

CLEDON. GLK V 43: Cornificius Gallus inde (*ob* ordea *pluralem)* reprehendit Vergilium:

> ordea qui dixit, superest ut tritica dicat

SERV. DAN. Verg. georg. 1, 210 (180 Th): sane reprehensus Vergilius dicitur a Bavio et Maevio hoc versu: 'hordea – dicat'.

neutra adscriptio satis certa fide nititur. Cornelius *pro* Cornificius *in Cledon. scripsit Spalding*

IMP. AVGVSTVS

(*63 – 14 p.Chr.n.*)

(Fitzler, K. – Seeck, O., RE X 1, 1917, 275-381,

s.v. Iulius (Augustus) n. 132)

Courtney p. 282 sq.
Hollis p. 282 sqq.

Opera poetica:

Suet. Aug. 85, 2: poetica summatim attigit. unus liber extat scriptus ab eo hexametris versibus, cuius et argumentum et titulus est Sicilia; extat alter aeque modicus Epigrammatum, quae fere tempore balinei meditabatur. nam tragoediam magno impetu exorsus non succedenti stilo abolevit quaerentibusque amicis, quidnam Aiax ageret, respondit Aiacem suum in spongeam incubuisse.

Lyd. mens. 4, 112: ὅτι Αὔγουστος τὸν τοῦ Σοφοκλέους Αἴαντα εἰς τὴν πάτριον φωνὴν μετήνεγκεν· εἶτα ἀκμαζούσης αὐτῷ μετὰ τὴν πρακτικὴν καὶ τῆς ἐκ λόγων ἀρετῆς, ὡς ἀναξίαν ἐκ παραβολῆς πρὸς Σοφοκλέα τὴν ἑαυτοῦ διεγίνωσκε τραγῳδίαν, ταύτην ἐξήλειψεν. εἶτα ἐρωτηθεὶς πρὸς τοῦ Κικέρωνος, παρ' ᾧ μετὰ σπουδῆς ἐπαιδεύετο· 'ποῦ τυγχάνει ὁ παρὰ σοῦ γραφόμενος Αἴας;' ἀστείως ἅμα καὶ νουνεχῶς ἀπεκρίνατο, σπόγγῳ τὸν ἑαυτοῦ Αἴαντα, καθάπερ σιδήρῳ τὸν τοῦ Σοφοκλέους, ἐπιπεσεῖν.

Suidas s. v. Αὔγουστος 1, p. 410 Adler: Αὔγουστος Καῖσαρ (sc. ἔγραψε) ... καὶ τραγῳδίαν Αἴαντός τε καὶ Ἀχιλλέως.

Plin. epist. 5, 3, 2: *cf. testim. Lutati Catuli.*

Macrob. sat. 2, 4, 1: Augustus ... Caesar adfectavit iocos salvo tamen maiestatis pudorisque suspectu nec ut caderet in scurram. (2) Aiacem tragoediam scripserat eandemque, quod sibi displicuisset, deleverat. postea L. Varius tragoediarum scriptor interrogabat eum, quid ageret Aiax suus, et ille 'in spongiam, inquit, incubuit.'

id. sat. 2, 4, 21: temporibus triumviralibus Pollio, cum Fescenninos in eum Augustus scripsisset, ait: at ego taceo. non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere.

1 (161 Ho.)

EPIGRAMMA

Mart. 11, 20, 1 sq.: Caesaris Augusti lascivos, livide, versus,/ sex lege, qui tristis verba Latina legis:

quod futuit Glaphyran Antonius, hanc mihi poenam
  Fulvia constituit, se quoque uti futuam.
Fulviam ego ut futuam? quid, si me Manius oret
  pedicem, faciam? non, puto, si sapiam.
'aut futue aut pugnemus' ait. quid quod mihi vita
  carior est ipsa mentula? signa canant!

absolvis lepidos nimirum, Auguste, libellos,/ qui scis Romana simplicitate loqui.

1 futuit **C**^{A}: fuit (**EA**) | *de Glaph. v. RE XIII A (1910) 13 sqq. (H. Willrich)* || **2** uti] ut **C**^{A} || **3** me Manius, *cf. App. bell. civ. 5, 14 sqq.*: me mamius **C**^{A}: mammanius **B**^{A} || **6** canant **C**^{A}: canat **B**^{A}

cf. epigramma Anth. Lat. I 7 Sh.-B.; de Augusti epigrammate spurio PLM IV 122 Baehr. (Anth. Lat. 719 sq. Riese) cf. E. Malcovati, Athenaeum 7, 1919, 3 sqq. et Imperatoris Caesaris Augusti operum fragmenta, ed. E. Malcovati, Torino ^{5}1969, 2 et XV; carmen spurium PLM IV 183 Baehr.

EPIGRAMMATA ET VERSVS POPVLARES IN AVGVSTVM

Courtney p. 473 sq.
Cupaiuolo, G., Tra poesia e politica. Le pasquinate nell'antica Roma, Napoli 1993, 54-60

1

Suet. Aug. 70, 1: cena quoque eius secretior in fabulis fuit, quae vulgo δωδεκάθεος vocabatur; in qua deorum dearumque habitu discubuisse convivas et ipsum pro Apolline ornatum non Antoni modo epistulae singulorum nomina amarissime enumerantis exprobrant, sed et sine auctore notissimi versus:

cum primum istorum conduxit mensa choragum
  sexque deos vidit Mallia sexque deas,

impia dum Phoebi Caesar mendacia ludit,
dum nova divorum cenat adulteria:
omnia se a terris tunc numina declinarunt,
fugit et auratos Iuppiter ipse thronos.

1 primum] pristinum **V**: mimum *Heinsius* | istorum] iustum **Π[1]Q**: histrorum *Heinsius* | mensa] thensa *vel* scaena *Bentley* | choragum] choragi *Heinsius* || **4** cenat] curat *Maehly*: lenat *Buechner* || **6** thronos] toros ς

2

Suet. Aug. 70, 2: nam et proscriptionis tempore ad statuam eius ascriptum est:

pater argentarius, ego Corinthiarius

cum existimaretur quosdam propter vasa Corinthia inter proscriptos curasse referendos.

versus: senarius iambicus cum anapaesto scisso; S. Mariotti, Intorno a Domizio Marso, in: Miscellanea Rostagni, Torino 1963, 591 versum esse non putat

3

Suet. Aug. 70, 2: et deinde bello Siciliensi epigramma vulgatum est:

postquam bis classe victus naves perdidit,
aliquando ut vincat, ludit assidue aleam.

versus: senarius iambicus

C. VALGIVS RVFVS

(ca. 65 – ?)

(Gundel, H., RE VIII A 1, 1955, 272–276 s.v. Valgius n. 7)

Courtney p. 287 sqq.
Hollis p. 287 sqq.

Alfonsi, L., Studi di poesia augustea, Aevum 16, 1943, 242-253
Bardon II 19-22
Dahlmann[2]
Duret[1] 1472-1478

Geymonat, M., Una prefazione in senari al trattato di Valgio Rufo sulle erbe?, PP 29, 1974, 256-261
Murgatroyd, P., Horace, Odes II, 9, Mnemos. 28, 1975, 69-71
Rostagni, A., Virgilio, Valgio e ... Codro. Chi era costui?, in: Studi in onore di L. Castiglioni II, Firenze 1960, 809-833
Tandoi, V., DMP II p. IX sq.

OPERA:

SERV. Verg. ecl. 7, 22 (85 Th): Codrus poeta eiusdem temporis fuit, ut Valgius in elegis suis refert.

HOR. sat. 1, 10, 82: Valgius et probet haec.

HOR. c. 2, 9, 5: amice Valgi ..., (9) tu semper urgues flebilibus modis / Mysten ademptum.

PORPH. Hor. c. 2, 9: hac ᾠδῇ Valgium consularem amicum suum solatur morte delicati pueri graviter adfectum.

PANEG. MESS. (Tib. 4, 1) 177 sqq.: non ego sum satis ad tantae praeconia laudis / ... est tibi, qui possit magnis se accingere rebus,/ Valgius: aeterno propior non alter Homero.

EPIGRAMMA

1 (165 Ho.)

CHAR. 138 B (108 K): neutraliter 'hoc margaritum' dicere vitiosum est; et tamen multi dixerunt ut Valgius in epigrammate:

si tu rugosa, rutunda margarita

Bardon 20; Dahlmann[2] 136 sqq.

in epigrammate: si tu *Dahlmann*: in epigrammate: situ *codd.*: in epigrammatis: tu *L. Mueller, Teuffel, alii, qui hendecasyllabum agnoscere sibi visi sunt*: in epigrammate: si rugosa *Courtney*

versus: Morel finem hexametri agnovit post rutunda *distinguens, L. Mueller, Teuffel, Courtney hendecasyllabum*

ELEGIAE

2 (166 Ho.)

SCHOL. VERON. Verg. ecl. 7, 22 (399 H): similiter ... hunc Codrum in elegiis Valgius honorifice appellat et quadam in ecloga de eo ait:

Codrus*que* ille canit, quali tu voce canebas,
  atque solet numeros dicere, Cinna, tuos,
dulcior ut numquam Pylio profluxerit ore
  Nestoris aut docto pectore Demodoci
...< ...>tra < ...>ne<...>llam credis mihi sen<...> vitam.
  noctem, non hilarum posse t<...>e d<iem>
falleris insanus quantum si gurgite nauta
  Criseae quaerat flumina Castaliae.

Tandoi

inclinatis litteris impressa sunt quae Keilio verisimiliora quam certiora videbantur || **6** d<iem> *Unger 459 sq.* || **8** Crisaeae] Crisaeo *Markland, Hollis*

Morel p. 188 sic supplendos esse vv. 5 sq. censuit:
<con>tra <si nu>llam credis mihi te sine vitam
  noctem, non hilarum posse p<lacere> d<iem>,
Buechner temptavit:
<con>tra <me si i>llam credis [mihi] sen<tiscere> vitam,
  noctem, non hilarum posse t<enere> d<iem>,
Tandoi:
<con>tra <si nu>llam credis mihi <te sine gratam>
  noctem, non hilarum posse <redire> d<iem>.

3 (167 Ho.)

Serv. Dan. Verg. Aen. 11, 457 (534 Th-H): Valgius in Elegis:

et placidam fossae qua iungunt ora Padusam,
  navigat Alpini flumina magna Padi

H. Nissen, Italische Landeskunde III 1, Berlin 1902, 213; H. Philip, RE 36, 1942, 2202 sq.

1-2 Padusam / navigat] padusama vigat G

4 (168 Ho.)

Isid. orig. 19, 4, 8: remulcum funis, quo deligata navis trahitur vice remi. de quo Valgius:

hic mea me longo succedens prora remulco
  laetantem gratis sistit in hospitiis.

C. Hosius, Philol. 81, 1926, 194

1 longo **F**: longo *ex* longu **EK** *ut vid.*: longos **NP**: longus **D** | succedens **DEF**: succeden **K**: succedent **P**: succeident **M**: succendit **N** || **2** sistit] sitit **T**

Ex libris incertis

5 (169 Ho.)

Schol. Verg. georg. 3, 176 (292 Th): legitur et mulgaria, ut Valgius (balgius **V**) ait:

sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis
et sinum bimi cessamus ponere Bacchi?

2 bimi *Unger*: vini **V** | Bacchi *edd.*: bachi **V**: Baccho *Broukhusius et Rutgers* vini *retinentes; ad bimum Bacchum cf. Hor. c. 1, 19, 15*: bimi cum patera meri

6 (170 Ho.)

Dub. Nom. GLK V 586: 'pelves' generis fem., ut Valgius (*Haupt*: vallius *codd.*):

perfusam pelvem

perfusam] pertusam *Hollis*: profusam *vel* percussam *Unger*
versus incertus, prosam susp. Courtney

7 (171 Ho.)

Sen. epist. 51, 1: tu istic habes Aetnam, editum illum ac nobilissimum Siciliae montem, quem quare dixerit Messala:

unicum

sive Valgius – apud utrumque enim legi – non reperio.

ALBIVS TIBVLLVS

(*?, ca. 54 – 19*)

(Marx, F., RE I 1, 1894, 1319-1329 s.v. Albius n. 12)

Bürger, R., Beiträge zur elegantia Tibulls, in: Χάριτες für F. Leo, Berlin 1911, 378
Hermann, L., Un nouveau fragment de Sulpicia?, Latomus 23, 1964, 322 sq.

Taifacos, I.G., A note on Tibullus' indirect tradition, Philol. 129, 1985, 155-159
Traina, Suppl. Morel. 30 sq.

VITA:

cf. Vita Tibulli

HOR. epist. 1, 4, 6: di tibi formam,/ di tibi divitias dederunt artemque fruendi.

OV. am. 3, 9, 5: ille tui vates operis, tua fama, Tibullus,/ ardet in exstructo, corpus inane, rogo.

id. trist. 4, 10, 51: Vergilium vidi tantum, nec amara Tibullo / tempus amicitiae fata dedere meae./ successor fuit hic tibi, Galle.

OPERA:

OV trist. 2, 463: legiturque Tibullus / et placet, et iam te principe (*sc. Augusto*) notus erat.

QUINTIL. inst. 10, 1, 93: elegia quoque Graecos provocamus, cuius mihi tersus atque elegans maxime videtur auctor Tibullus.

1

CHAR. 109 B (87 K): hoc femur huius femoris. sed frequenter huius feminis huic femini dictum est ... ideoque et Tibullus hoc ipsum erudite custodivit, cum dicit:

implicuitque femur femini

CHAR. 166 B (131 K): femini Tibullus: inplicuit femur femini, non femori, quasi sit hoc femur huius feminis

M. VERRIVS FLACCVS

(*aetate Augusti*)

(Dihle, A., RE VIII A 2, 1958, 1636-1645 s.v. Verrius n. 2)

Courtney p. 291

VITA:

HIERON. chron. a Abr. 2024 = 8 p.Chr.n.: Athenodorus ... et M. Verrius Flaccus grammaticus insignes habentur.

SUET. gramm. 17 (113 Reiff., 21 B.): <M.> Valerius Flaccus libertinus docendi

genere maxime inclaruit. ... decessit aetatis exactae sub Tiberio. statuam habet Praeneste in superiore fori parte.

1

PRISC. GLK II 383: Verrius:

blanditusque labor molli curabitur arte

blanditus κολακευθείς passivam habet hic significationem

Traina, Suppl. Morel. 38

AEMILIVS MACER

(- *16 a.Chr.n., sed fortasse duo Macri*)

(Wellmann, M., RE I 1, 1894, 567 s.v. Aemilius n. 86)

Courtney p. 292 sq. et 466
Hollis p. 93 sqq.

Albertini, E., Addendum aux fragments des lettres d'Auguste, REA 42, 1940, 379-381
Bardon II 44-47
–, Trois écrivains du temps d'Auguste, REL 27, 1949, 163-178
Brena, F., Nota a Macro, fr. 17 Büchn., Maia 44, 1992, 171 sq.
Dahlmann, H., Über Aemilius Macer, Ak. Wiss. u. Lit. Mainz, 1981, 6
Hollis, A.S., Aemilius Macer, Alexipharmaca?, ClR 23, 1973, 11
Magioncalda, E., Emilio Macro in Nonio, in: Studi Noniani 9, Genova 1984, 137-147
Morel, W., Iologica, Philol. 83, 1928, 345-389
Néraudau, J.-P., Aemilius Macer, ou la gloire du second rang, in: ANRW II 30, 3, Berlin 1983, 1708-1731
Pighi[2], in: Misc. di Studi Alessandrini in memoriam A. Rostagni, Torino 1963, 552-561
Salemme, C., Varia iologica, Vichiana N.S. 1, 1972, 330-343
Thomson, H.J., Glossographica, AJPh 43, 1922, 352-356
Unger, R., De Aemilio Macro Nicandri imitatore, Neubrandenburg 1845

VITA:

Ov. Pont. 2, 10, 21: te duce magnificas Asiae perspeximus urbes,/ Trinacris est oculis te duce visa meis.

Schol. Bern. Verg. ecl. 5, praef.: Mopsus vero Aemilius Macer, Veronensis poeta, amicus Vergilii amantissimus, qui et ipse poeta fuit, accipitur.

Philarg. Verg. ecl. 5, 1 (89 H): quidam autem (*sc. dicunt*) hanc eclogam pertinere ad Saloninum, et divisa est in <II> personas, idest Virgilii et Aemili Macri, qui et ipse poeta Virgilio amantissimus erat.

Schol. Bern. Verg. ecl. 7, 26 (139 H): loquitur hoc Thyrsis, idest Aemilius Macer poeta de Virgilio.

Schol. Bern. Verg. ecl. 7, 69 (144 H): *cf. testim. Cornifici Galli*

Hieron. chron. a Abr. 2001 = a. 16 a.Chr.n.: Aemilius Macer Veronensis poeta in Asia moritur.

Opera:

Ov. am. 2, 18, 1: carmen ad iratum dum tu perducis Achillem,/ primaque iuratis induis arma viris,/ nos, Macer, ignava Veneris cessamus in umbra ... 35 nec tibi, qua tutum vati, Macer, arma canenti,/ aureus in medio Marte tacetur amor:/ et Paris est illic et adultera, nobile crimen,/ et comes extincto Laodamia viro.

id. trist. 4, 10, 43 sq.: saepe suas volucres legit mihi grandior aevo,/ quaeque nocet serpens, quae iuvat herba Macer.

id. Pont. 2, 10, 13: tu canis aeterno quicquid restabat Homero,/ ne careant summa Troica bella manu.

id. Pont. 4, 16, 6: Iliacusque Macer

Quintil. inst. 6, 3, 96: adiuvant urbanitatem et versus commode positi, seu toti ut sunt (quod adeo facile est, ut Ovidius ex tetrastichon (Theriacon *P. Rau, PhW 52, 1932, 895 sq.*) Macri carmine librum in malos poetas composuerit).

id. 10, 1, 56: quid? Nicandrum frustra secuti Macer atque Vergilius?

id. 10, 1, 87: Macer et Lucretius legendi quidem, sed non ut phrasin, id est corpus eloquentiae faciant, elegantes in sua quisque materia, sed alter (*sc. Macer*) humilis, alter difficilis, *cf. id. 12, 11, 27.*

Mart. 8, 55, 21–24: quid Varios Marsosque loquar ditataque vatum / nomina, magnus erit quos numerare labor?/ ergo ero Vergilius, si munera Maecenatis / des mihi? Vergilius non ero, Marsus ero.

Disticha Catonis 2 pr. 2: quod si mage nosse laboras / herbarum vires, Macer haec tibi carmina dicit.

ORNITHOGONIA

Liber I

1 (50 Ho.)

NON. 834 L (518 M): Picumnus et avis est Marti dicata, quam picum vel picam vocant, et deus qui sacris Romanis adhibetur. Aemilius Macer in Ornithogoniae (*Bentinus*: theogoniae *codd.*) lib. I:

et nunc agrestīs inter Picumnus habetur

K. Latte, Römische Religionsgeschichte, München 1960, 51 n. 4; Magioncalda

Liber II

2 (51 Ho.)

DIOM. GLK I 374: excello legimus crebro apud veteres, ... verum tamen (*aliam coniug. indicans*) Macer Aemilius Ornithogonias secundo:

cum laude excelleat omnis

cum **AB**: cui **M** | excelleat *vel* excellent *Unger*: excelleat *Hollis*: excelleret *Scaliger*: excellet **AM**: excellit **B** | omnis] omni *Keil, Hollis*

Ex incertis libris

3 (52 Ho.)

NON. 325 L (220 M): 'prosecta' ... generis neutri. Aemilius (*Vossius*: licinius *codd.*) Macer in Ornithogonia:

Vulcani tosta vapore
cum virgis prosecta ferunt

Magioncalda

4 (53 Ho.)

SERV. Verg. Aen. 1, 393 (132 Th): item cygni nullis dant (*sc. auguria*) nisi nautis, sicut lectum est in Ornithogonia:

cygnus in auguriis nautis gratissimus ales:
hunc optant semper, quia numquam mergitur undis.

ISID. orig. 12, 7, 19: Aemilius ait:

cygnus in auspiciis semper laetissimus ales:
hunc optant nautae, quia se non mergit in undas.

1 gratissimus ales] laetissima avis *Isid.* **K** || **2** quia] qua **K** | numquam] non se **C**: non *om.* $\mathbf{B}^1$

Servius praeferendus, quod Isidorus differentiae inter augurium et auspicium rationem non habet; Dahlmann et Hollis Isidorum praeferunt

5 (12 Co., 61 Ho.)

Char. 170 B (133 K): 'ibes, hae ibes' Aemilius Macer [tum sacrae veniunt cultoribus id est]:

altis ex urbibus ibes

verba a Keilio seclusa e proximo versu (v. fr. 6) irrepsisse videntur: id est *ex* ibes *errore natum. hunc et proximum versum Ornithogoniae dedit Baehrens, Theriacis Dahlmann; altae urbes: cf. ThLL I 1773, 59 sqq.*

6 (13 Co., 62 Ho.)

Char. 170 B (133 K): (*post fr. 5*) item:

auxilium sacrae veniunt cultoribus ibes

intellege contra serpentes pinnatos ex Arabia advolantes, cf. Hdt. 2, 75; Aelian. nat. an. 2, 38; RE IX 809 (Roeder)

THERIACA

7 (5 Co., 55 Ho.)

Char. 102 B (81 K): sibilus ... neutro genere quidam dixerunt, ut ... Macer <V> Theriacon:

< … > longo resonantia sibila collo

Beda GLK VII 291

ante Theriacon *suppl. Barwick* <V> *e Cauchii excerptis*: *an* <libris> *legendum* (*cf. fr. 9*)?: <II> *praefert Morel propter* theriacon secundo resonantia **ω** | <efflans e> *susp. Buechner e. g.* | longo **C**, *Putsch ed. Charis. 1605, Beda*: tundo **N**: tumido *Knaack, Anal. flex. 1880, 11, Hollis* | collo **C**, *Putsch, Beda*: colla **N**

8 (57 Ho.)

Isid. orig. 12, 4, 24: hic (*chersydrus anguis*) per quam labitur terram fumare facit, quam sic Macer describit:

seu terga exspirant spumantia virus
seu tellus fumat, qua taeter labitur anguis

1 exspirant **F**: spirant **D** | spumantia **F**: spumentia **D**: sputantia **KOP** | virus] virtus **B** || **2** tellus *Morel*: terra *codd.*: terra <hac> *Baehrens*: tractus *Nisbet* | taeter] venter *Unger*

9 (6 Co., 54 b Ho.)

Comm. Lucan. 9, 701: serpentum nomina aut a Macro sumpsit de libris Theriacon – nam duos edidit – aut ...

et profecto multa apud Lucan. 9, 700–937 Macro debentur, cf. Morel

10 (9 Co., 58 Ho.)

Dub. Nom. GLK V 592: vepres generis feminini ... singularem non recipit, quamvis Aemilius [masculine *secl. Baehrens*] dicat:

vepre occulta ruis

vepre *Baehrens*: veper *codd.*

11 (237 Ho.)

C.Gl.L. V 175, 35 (Gloss. Lat. I 100 Lindsay) s.v.: 'casses' genus masculinum. Vergilius:

suspendit teneros male fortis aranea cassis

Macri Theriacis attribuit Thomson coll. Nic. ther. 734–736, sed cf. fr. inc. 71

DE HERBIS (?)

12 (11 Mo., 16 Co., 65 Ho.)

Char. 91 B (72 K): 'ocimum' consuetudo neutraliter dicit. sed Aemilius Macer ait:

inter praeteritas numerabitur ocimus herbas

cf. Beda GLK VII 282

praeteritas] praetritas *susp. Kessissoglou*: pertritas *vel* protritas *Courtney* | *negationem antecessisse susp. Morel, cf. Verg. georg. 2, 101*: non ego te ... transierim, Rhodia

13 (12 Mo., 14. Co., 63 Ho.)

CHAR. 128 B (100 K): intiba ... masc. gen. ... Aemilius Macer protulit:

quales aget intubus herbas

protulit o (*hoc ex* **p**) quales <vegeta> segete intubus herbas *Baehrens* | quales aget *Keil*: quales reges **C**: quale seges **N**: quales veget *Lachmann*: o quales reget **p**: o quales veget *Hollis*

14 (13 Mo., 17 Co., 66 Ho.)

DUB. NOM. GLK V 576: crocum generis neutri, sed Macer Aemilius:

pallentesque crocos

crocos *Haupt*: crocus **MV**: crocis **L**
Theriacis dedit Dahlmann

Fragmenta incertae sedis

15 (14 Mo., 18. Co., 67 Ho.)

SCHOL. Verg. Bern. georg. 2, 160 (*de lacu Benaco*): lacus circuitus stadia mille ut Aemilius Macer:

illic multa lacus quem circum milia < ... >

cf. SERV. DAN. ad h. l. (235 Th.): Benacus in eadem regione mille et ducentorum.

illic *Hagen*: illi *codd.* | milia <currunt> *vel* <curras> *Hagen*: milia <cingunt> *Pighi*[2] *561*

16 (15 Mo., 19 Co., 68 Ho.)

CHAR. 81 B (65 K): margo feminino genere ... Aemilius Macer ait:

flumina margine summa

flumina *Lindemann*: flumant minu **N**: fumant minu *Barwick*: fluitantem in *Unger 14, Traina*: fluviorum *ed. pr. Neap. 1532*
Theriacis dedit Dahlmann

17 (16 Mo., 7 Co., 56 Ho.)

CHAR. 136 B (107 K): naris singulariter 'haec naris' dicimus, ut Aemilius Macer:

saucia naris

Brena; Dahlmann
Dahlmann cf. fr. 16

18 (17 Mo., 10 Co., 59 Ho.)

SERV. ad Verg. Aen. 1, 435 (143 Th-H): fucus ... est secundum Aemilium Macrum:

maior ape, crabrone minor

ISID. orig. 12, 8, 2: fugus est maior ape scabrone minor

ape <at> *Unger*: ape est *susp. Courtney* | crabrone *Serv.*: scrabrone *Isid.* **B**[1], *Hollis*: scaprone *Isid.* **K**: scabrone *Isid.*, *Dahlmann*

DOMITIVS MARSVS

(54 – 4 ?)

(Skutsch, F., RE V 1, 1905, 1430-1432 s.v. Domitius n. 66)

Epigrammata Bobiensia, detex. A. Campana, ed. F. Munari, Roma 1955 (*rec. H. Dahlmann, Gymn. 63, 1956, 558-564*)
Epigrammata Bobiensia, ed. W. Speyer, Lipsiae 1963
Domiti Marsi testimonia et fragmenta a cura di D. Fogazza, Roma 1981
Courtney p. 300 sqq.
Hollis p. 300 sqq.

Alfonsi, L., Sull'epigramma di Cicerone, RFIC 94, 1966, 302 sq.
Avery, W.T., The year of Tibullus' death, ClJ 55, 1960, 205-209
Bardon II 52-67
Barigazzi, A., Su due epigrammi di Domizio Marso, Athenaeum 42, 1964, 261-268
Della Corte, F., La Vita Tibulli, in: Tetraonyma. Miscellanea Graeco–Romana L. de Regibus (*et aliis*) dicata, Genova 1966, 107-114
–, Domizio Marso. Interventi di F. Della Corte, S. Mariotti, L. Alfonsi e I. Cazzaniga, Maia 16, 1964, 377-388
Duret[1] 1480-1487

Lausberg, M., Zu einem Epigramm des Domitius Marsus auf die Mutter des Augustus (Epigr. Bob. 39), Festschr. M. Wegner, Bonn 1992, 259-268
Lenz, F.W., Domitius Marsus oder DM ?, Mnemos. 15, 1962, 248-255
Luisidès, L.L., De Tibulli epitaphio ex codice Vaticano Palatino lat. 910, Platon 5, 1953, 306-321
MacGann, M.J. The date of Tibullus' death, Latomus 29, 1970, 774-780
Mariotti, S., Epigrammata Bobiensia, RE Suppl. 9, 1962, 37-64
–, Intorno a Domizio Marso, in: Miscellanea A. Rostagni, Torino 1963, 588-614
Morel, W., Drei lateinische Epigramme, Gymnasium 66, 1959, 318 sq.
Musso, O., La vendetta di Bavio. A proposito di un epigramma di Domizio Marso, A & R 16, 1971, 130-132
Pangallo, A., Domizio Marso contro Bavio, Maia 28, 1976, 29 sqq.
Pizzani, U., La vita Tibulli e l'epigramma di Domizio Marso, in: Studi classici in onore di Q. Cataudella, Catania 1972, 307-318
Tandoi, DMP I p. IX
Traglia, A., Poeti latini dell'età giulio-claudia misconosciuti, I: Domizio Marso, C et S 26, 1987, 44-53
Traina, Suppl. Morel. 32 sqq.

Opera:

Ov. Pont. 4, 16, 5: cumque foret Marsus magnique Rabirius oris.

Plin. nat. 1: fontes libri XXXIV: ex auctoribus ... Marso poeta ...

Mart. 1 praef. 1: lascivam verborum veritatem, id est epigrammaton linguam, excusarem, si meum esset exemplum; sic scribit Catullus, sic Marsus, sic Pedo, sic Gaetulicus, sic quicumque perlegitur.

id. 2, 71: protinus aut Marsi recitas aut scripta Catulli.

id. 2, 77, 5: disce, quod ignoras: Marsi doctique Pedonis / saepe duplex unum pagina tractat opus.

id. 4, 29, 7: saepius in libro numeratur Persius uno,/ quam levis in tota Marsus Amazonide.

id. 5, 5, 5: sit locus et nostris aliqua tibi parte libellis,/ qua Pedo, qua Marsus quaque Catullus erit.

id. 7, 29, 8: nota tamen Marsi fusca Melaenis erat.

id. 7, 99, 7: (*Martialis*) 'nec Marso nimium minor est doctoque Catullo.'

id. 8, 55, 21: quid Varios Marsosque loquar ditataque vatum / nomina magnus erit, quos numerare labor.

CICVTA

1 (174 Ho.)

Philarg. Verg. ecl. 3, 90 (65 H) *de Vergilii inimicis agens*: ex quibus Bavius curator fuit (*desunt haec verba in recensione altera*) de quibus (*exspectes* quo) Domitius in Cicuta refert:

Omnia cum Bavio communia frater habebat,
  unianimi fratres sicut habere solent,
rura domum nummos atque omnia: denique ut aiunt
  corporibus geminis spiritus unus erat.
sed postquam alterius mulier <concumbere fratri
  non vult>, deposuit alter amicitiam.
[et] omnia tunc ira, tunc † desoluta omnia
  <et> nova regna duos accipiunt <dominos>.

Bardon 52 sqq.; Mariotti 588 sqq.: Musso 130 sqq.; Tandoi

1 bavio **N**: vavio *codd.* || **2** unanimi] unianimi **L** | sicut *suprascr. m. ant.* **P** || **3** rura, domum, nummos] domum rura nummos dat **P**: domum ruranu monstrat **L**: domum ruranu mostrat **N** | atque omnia denique *Pithoeus*: at denique omnia *codd.* || **4** spiritus] spiratur **AP** (*exc.* **I**) || **5–6** concumbere fratri / non vult *optime coni. Hollis*: concubitum novit *codd.*: communis <utrique> / novit *Scaliger*: c. <u.> / nubit *vel* nupsit *Oudendorp*: concumbere <utrique> / novit *Unger*: c. <u.> / coepit *Roeper*: c. <u.> / non vult *Buecheler*: <nova> noluit <unum> / concubitum *Baehrens*: <clam> c. <Arri> / novit *Mariotti*: <nova> c. <unum> / novit *Barigazzi*: mulier <mala> *sive* mulier<cula> c. u. / n. *Tandoi*: <vix> c. u. / n. *Pangallo*: conubia <fratris> / n. *Fogazza*: <sibi> c. <ire> / non vult *Courtney* || **7** [et] *Duebner* | tunc desoluta omnia *codd.*: communia sunt resoluta *Thilo*: tunc omnia desolata *Mariotti*: t. o. <fraude> soluta *Peiper*: t. o. <lite> s. *Courtney* | duas **N** (*exc.* **I**) || **8** <et> *Duebner* | <dominos> *Duebner* (et *et* dominos *in antecedentem versum irrepserunt ut videtur, ubi* dominos *ad* omnia *deformatum est*). *abstrusa apud Bardon 53 sq.*

FABELLAE

Liber IX

2 (175 Ho.)

Char. 91 B (72 K): callum neutro genere dicitur ... sed Marsus Fabellarum VIIII masculino sic:

callum sibi pectore quendam

cf. Prud. perist. 5, 177: callum pectoris praedurat obstinatio

Ex incertis libris

3 (176 Ho.)

Suet. gramm. 16 (20 Br.): Q. Caecilius Epirota ... primus dicitur ... Vergilium et alios poetas novos praelegere coepisse, quod etiam Domitii Marsi versiculus indicat:

Epirota tenellorum nutricula vatum

Epirota **HCTΔQS**: et epirota *cett. codd.*
versus: hexameter dactylicus (Ēpīrōta)

4 (177 Ho.)

Suet. gramm. 9 (12 Br.): Orbilius Pupillus ... fuit ... naturae acerbae ... in discipulos, ut ... significat ... Domitius Marsus scribens:

si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit

5 (178 Ho.)

Diom. GLK I 319: oleo unguentum ut ... Marsus:

hircum et alumen olens

alumen olens *Putsch*: alumens olens **AM**: alium olens *susp. Keil*
ad epigramma in Maevium rettulit Weichert; cf. Hor. epod. 10, 2: olentem Maevium

6 (179 Ho.)

Prisc. GLK II 168: adeps ... veteres etiam feminino genere protulerunt ... Marsus:

– ˘ ˘ – adipis pondo bis dena vetustae

pondo] pundo **L** | bis dena *Baehrens*: veginti **G**[1], viginti *rell. codd.*: triginta *Fleckeisen*

7 (180 Ho.)

Tibulli codd. *in fine*:

te quoque Vergilio comitem non aequa, Tibulle,
  mors iuvenem campos misit ad Elysios,
ne foret aut elegis molles qui fleret amores
  aut caneret forti regia bella pede.

Avery 205 sqq.; Della Corte 107 sqq.: Lenz 248 sqq.: Luisidès 306 sqq.; MacGann 774 sqq.; Pizzani

3 molles *i. ras. Ber.*: miseros alii molles **V**[5]: miseros **Q**

Domitio adtribuebat cod. deperd. **F**, *e Cicuta sumptum susp. Morel*

8 (181 Ho.)

Epigr. Bob. 39: Domiti Marsi de Atia matre Augusti:

ante omnes alias felix tamen hoc ego dicor,
  sive hominem peperi femina sive deum.

Lausberg; Traina, Suppl. Morel. 33

1 tamen *codd.*: Atia *Skutsch* | dicor] dicar *ed. Lugd. 1558, Scaliger* || **2** hominem] deum *Lugd. Vinetus* | deum *codd.:* virum **A**, *edd.*

9 (182 Ho.)

Epigr. Bob. 40: eiusdem in eandem:

hic Atiae cinis est, genitrix hic Caesaris, hospes,
  condita: Romani sic voluere patres.

Lausberg; Traina, Suppl. Morel. 33 sq.

1 genitrix *cod.*: genetrix *Courtney*

P. OVIDIVS NASO

(43 – 17/8 p.Chr.n.)

(Kraus, W., RE XVIII 2, 1942, 1971 sq. s. v. Ovidius Naso n. 3 (de operibus deperditis))

P. Ovidii Nasonis Fastorum libri VI. Fragmenta post R. Ehwald ed. F. W. Lenz, Lipsiae 1932
P. Ovidii Nasonis Halieutica, Fragmenta, Nux, Incerti Consolatio ad Liviam, iterum ed. F. W. Lenz, Torino 1956
Courtney p. 308 sqq.

Alfonsi PLF 63 sqq.
Calderón Dorda, E., Traducciones latinas perdidas de los Fenómenos de Arato, Myrtia 5, 1990, 23-45
Ciappi, M., Nota al frg. 1 Blänsdorf (=1 Courtney, 3 Lenz) dei Phaenomena di Ovidio, RhMus 146, 2003, 365-371
Cristante, L., Un verso fantasma di Ovidio (Inc. 6, p. 143 Morel; 145 Buechner), Prometheus 16, 1990, 181-186
Dahlmann[4] et [5]
Della Corte, F., Ovidiana deperdita, Euphrosyne 5, 1972, 475-482 (= id., Opuscula IV, Genova 1973, 65-72)
Esposito, P., I Phaenomena di Ovidio, in: Gallo, I. - Esposito, P. (edd.), Ovidio, da Roma all'Europa, Univ. di Studi di Salerno, Quad. dip. scienze dell'antichità 20, 1998, 55-69
Pasquazi, A., Sui due frammenti dei Phaenomena di Ovidio, GIF 41, 1989, 39-42
Traina, A., Ancora sui frammenti dei poeti latini, RFIC 116, 1988, 371 sq.
–, Suppl. Morel. 42 sqq.
Usener, H., Ovidius Naso und Varro, Kleine Schriften II, Leipzig 1912, 199

OPERA:

Ov. am. 2, 1, 11: ausus eram, memini, caelestia dicere bella / centimanumque Gygen (et satis oris erat),/ cum male se Tellus ulta est ingestaque Olympo / ardua devexum Pelion Ossa tulit;/ in manibus nimbos et cum Iove fulmen habebam,/ quod bene pro caelo mitteret ille suo.

id. trist. 2, 553: et dedimus tragicis scriptum regale cothurnis:/ quaeque gravis debet, verba cothurnus habet.

QUINTIL. inst.: 10, 1, 98: Ovidii Medea videtur mihi ostendere, quantum ille vir praestare potuerit, si ingenio suo imperare quam indulgere maluisset.

TAC. dial. 12, 6: *cf. testim. L. Vari Rufi*

OV. Pont. 1, 2, 131: ille ego, qui duxi vestros Hymenaeon ad ignis / et cecini fausto carmina digna toro.

id. Pont. 1, 7, 29 sq.: (Messalae) cui nos et lacrimas, supremum in funere munus,/ et dedimus medio scripta canenda foro.

id. 3, 4, 1-5: haec tibi non vanam portantia verba salutem / Naso Tomitana mittit ab urbe tuus,/ utque suo faveas mandat, Rufine, 'triumpho',/ in vestras venit si tamen ille manus./ est opus exiguum vestrisque paratibus inpar.

id. 4, 6, 17 sq.: quale tamen potui, de caelite, Brute, recenti (*sc. de Augusto mortuo*) / vestra procul positus carmen in ora dedi (cf. 4, 9, 131 sq.)

id. 4, 13, 19: a! pudet, et Getico scripsi sermone libellum,/ structaque sunt nostris barbara verba modis./ et placui – gratare mihi – coepique poetae / inter inhumanos nomen habere Getas./ materiem quaeris? laudes de Caesare dixi.

QUINTIL. inst. 6, 3, 96: *cf. testim. Aem. Macri*

PHAENOMENA

1

PROB. Verg. georg. 1, 138 (357 H): Pleiades ... quarum mentionem facit Ovidius in Phaenomenis dicens de Perseo:

Pliades ante genus septem radiare feruntur,
sed tamen apparet sub opaca septima nube.

Calderón Dorda; Ciappi; Paquazi

1 pliades **P**: pleiades *cett. codd.* | ante **EMP**: autem **V** || **2** sed] nec *Baehrens*: sex *cod. Politiani, Ciappi* | tamen] tantum *Burman* | apparet **EM**: apparent **PV** *cod. Politiani, Heinsius, Ciappi* | nube] nube est **P**, *cod. Politiani, Ciappi*

cf. Arat. 257 sq.: ἑπτάποροι δὴ ταί γε μετ᾽ ἀνθρώπους ὑδέονται
ἓξ οἶαί περ ἐοῦσαι ἐπόψιαι ὀφθαλμοῖσιν.

2

LACT. inst. 2, 5, 24: quanto igitur Naso prudentius quam illi qui sapientiae studere se putant, qui sensit a deo lumina illa, ut horrorem tenebrarum depellerent, instituta. is eum librum, quo Phaenomena breviter comprehendit, his tribus versibus terminavit:

tot numero talique deus simulacra figura
imposuit caelo perque atras sparsa tenebras
clara pruinosae iussit dare lumina nocti.

Pasquazi

1 figura] figuras **B**[2]**SH** || **2** imposuit] inposui **B**[1] | perqu[a]e (a *eras.*) **BH** | atras] astra **R** | sparsa (s *eras.*) **P** || **3** dare] dari *corr. in* dare **H** | lumina **P**[3]: numina **P**[1] | nocti] noti **P**

cf. Arat. 451–453: Ταῦτά κε θηήσαιο παρερχομένων ἐνιαυτῶν
ἑξείης παλίνωρα· τὰ γὰρ καὶ πάντα μάλ᾽ αὔτως
οὐρανῷ εὖ ἐνάρησεν ἀγάλματα νυκτὸς ἰούσης.

EPIGRAMMATA

3

Prisc. GLK II 149 *in adnot.* (*habent codd.* **GLk**): Lar quando significat κατοικίδιον θεόν, Laris facit genitivum, sin autem imperatorem Veientorum, Lartis, quem mactavit Cossus, et testis Ovidius in Epigrammatis:

Larte ferox caeso Cossus opima tulit

Alfonsi 63 sq.

caeso] cesso **L**

4

Quintil. inst. 9, 3, 70: ... et apud Ovidium ludentem:

cur ego non dicam, Furia, te furiam?

4 a

Corp. Priap. 3:

obscure poteram tibi dicere: da mihi, quod tu
des licet asssidue, nil tamen inde perit.
da mihi, quod cupies frustra dare forsitan olim,
cum tenet obsessas invida barba genas,
quodque Iovi dederat, qui raptus ab alite sacra
miscet amatori pocula grata suo,
quod virgo prima cupido dat nocte marito,
dum timet alterius vulnus inepta loci.

simplicius multo est ‘da pedicare’ Latine
  dicere: quid faciam? crassa Minerva mea est.

cf. Sen. rhet. controv. 1, 2, 22: Ovidianum illud ‘inepta loci’.

3 quod *ex* que **Hς** || **4** cum **Aς**: dum **HLς**: quom **V** | tenet] tege *Ald. 1534* || **5** sacra **AV**: grata **HLς** || **8** alterius **Hς**: illius **ALV**

Incertae sedis versiculi

5

Quintil. inst. 12, 10, 75: evanescunt haec atque emoriuntur comparatione meliorum, ut lana tincta fuco citra purpuras placet:

at si contuleris eam, lacaenae
conspectu melioris obruatur

ut Ovidius ait.

Dahlmann; Traina

‘ut lana … placet’ *verba Ovidiana esse credunt Dahlmann, Traina* || **1** eam *Heinsius*: etiam *codd.*: Tyriae *Dahlmann, qui* lana … placet <tibi> *senarium trochaicum esse putat, de mutatione metri non cogita*t | lacaenae *Gallaeus, Housman, Class. Papers III 1246*: lacernae *codd.* || **2** obruatur] obruetur *Haupt*

versus: hendecasyllabus

6 (dubium)

Mart. 2, 41, 1:

ride, si sapis, o puella, ride!

Paelignus puto dixerat poeta.

cf. Ov. a.a. 3, 281: discunt etiam ridere puellae; 513: ridenti mollia ride

versus: hendecasyllabus
Cristante, Courtney spurium iudicant

7

Serv. Auct. (cod. Vat.) Verg. georg. 4, 494: Ovidius:

bis rapitur vixitque tibi semel <– ˘ ˘ Orpheu>

Serv. Verg. georg. 4, 494 (357 Th) (*iterum crudelia retro fata vocant*): Ovidius: ‘bis – semel’.

tibi *om. Serv. codd.* | < ... Orpheu> *Buechner*
Lucani Orpheo dederunt Heinsius et F. Schoell, cf. Thilonis praef. p. XVIII

8

Dub. Nom. GLK V 576: 'cristallum' generis neutri, ut (*cod.*: sed *Traina*) Ovidius:

currus crystallo lucidus albo

crystallo *edd.*: cristallo *cod.* | albo *Haupt*: alba *cod.*, *Traina*
turbavit anonymus quae in exemplo suo invenit, nam verba laudata hercle non idonea, quae usum neutralem demonstrarent

9

Dub. Nom. GLK V 592: 'vehes' generis masculini, ut Ovidius:

innumerosque vehes

10

Paul. 437 L (327 M): Salaciam dicebant deam aquae, quam putabant salum ciere, hoc est mare movere. unde Ovidius:

nymphaeque salaces

diffidunt huic fragmento Ehwald – Lenz, quoniam apud Festum (436 L, 326 M) Ovidius non commemmoratur

11

Exc. Bob. GLK I 550: 'viscera' Ovidius singulariter:

viscere diviso

cf. Beda, De orthogr. GLK VII 294
versus: initium hexametri dactylici

12

Porph. Hor. c. 2, 5, 20 (*Cnidiusve Gyges*): de huius pueri pulchritudine etiam Ovidius locutus est.

13

Plin. nat. 30, 33: anginis felle anserino cum elaterio et melle citissime succurritur, cerebro noctuae, cinere hirundinis ex aqua calida poto. huius medicinae auctor est Ovidius poeta.

Ovidium inter auctores huius libri non laudat Plin., laudat in libri 29 indice, qua de re v. F. Muenzer, Beiträge zur Quellenkritik der Naturgeschichte des Plinius, Berlin 1897, 44. libro de medicamine faciei attribuit Th. Birt, De Halieuticis Ovidii poetae falso adscriptis, Berlin 1878, 41

Dubia quaedam

14

Ps. Primas. in Hebr. c. 11: secula vero, ut Ovidius Naso dicit, dicuntur a sequendo, eo quod sese sequantur atque resolvantur teste Varrone.

Opilius *coni. Usener, ita ut* Naso *ostendendae doctrinae gratia additum sit*

15

Schol. Bern. Verg. ecl. 3, 105 (104 H): item caeli spatium Ovidius Naso <putei> orificium ait, quia tantum caelum patere videtur quantum orificium patet.

ovidius naso **B**: oledius nasso (na||||so **N**) **LNP**: ovidius **N** *man. rec.*: *nomen corruptum videtur Ehwaldio* | <putei> *Hagen* | ||||orificium **N** | torificium LP: torrificium **B** | quia] atque **LN** |

16

Serv. Verg. georg. 1, 43 (143 Th): Quintilis et Sextilis mutati sunt postea in honorem Iulii Caesaris et Augusti (sic Ovidius in Fastis) unde sunt Iulius et Augustus.

cf. praefationem Lenz IV sqq.; Ov., fast. ed. Alton – Wormell – Courtney Stuttgart 1997, VI

17

Quintil. inst. 8, 6, 33: at οἶνοι' ἀγαθοῖο (*Radermacher*: adoinia etuio eo **A**) ferimus in Graecis, Ovidius <i>oco cludit (*Heraeus*: ocoeoludit **A**):

vino<eo> bonoeo

Alfonsi 64 sq.; Traina, Suppl. Morel 34 sq.

vino<eo> bonoeo *Heraeus*: vino bono eo *codd.*

Ovidi carmina spuria Anth. Lat. I 1 sq. Sh.-B., IV 176 Baeh.

ALBINOVANVS PEDO

(*Ovidii amicus*)

(v. Rohden, P., RE I 1, 1894, 1314 s.v. Albinovanus n. 5)

(cf. inc. fr. 48)

Courtney p. 315 sqq.
Hollis p. 372 sqq.

Bardon II 69-73
Benario, H.W., The text of Albinovanus Pedo, Latomus 32, 1973, 166-169
Bongi, V., Nuova esegesi del fragm. di Albin. Pedone, in: Rendiconti dell'Ist. Lomb., Classe di Lett., Milano 82, 1949, 28-48
Büchner, K., Genitis, in: Der Reiz der Wörter. Eine Anthologie zum 150-jährigen Bestehen des Reclam-Verlages, Stuttgart 1978, 25-30
Cozzolino, A., Sul frammento di Albinovano Pedone, in: Miscell. di studi in onore di A. Salvatore, Napoli 1992, 109-120
Cozzolino, A., Trent'anni di studi sui poeti epici minori d'età augustea (1956-1985), Vichiana 15, 1986, 244-254
Dahlmann[1] 128-137
Detlefsen, D., Zur Kenntnis der Alten von der Nordsee, Hermes 32, 1897, 196 sqq.
Duret[1] 1496-1501
Harrison, S.J., rec. FPL ed. J. Blänsdorf, Gnomon 72, 2000, 552-555
Haube, O., Beitrag zur Kenntnis des Albinovanus Pedo, Progr. Fraustadt 1880, 3 sqq.
Mariotti, S., ap. Timpanaro, BPEC 7, 1959, 93
Pianezzola, E., Au delà des frontières du monde: Un topos rhétorique pour un rétablissement du texte d'Albinovanus Pédo (p. 116 Mor.= 148 Buechn. v. 19), REL 62, 1984, 192-205
Pulbrook, M., Eleven emendations in Latin poets, Hermathena 120, 1976, 48
Rocca, R., Epici minori d'età augustea, Genova 1989, 37-64
Soubiran, J., Efforts et limites de la critique conjecturale. Encore sur la crux (v. 19) d'Albinovanus Pedo, RPH 62, 1988, 15-24

Tandoi, V., Albinovano Pedone e la retorica Giulio-Claudia delle conquiste, SIFC 36, 1964, 129-168 et SIFC 39, 1967, 5-66
Watt, W.S., Notes on Seneca rhet., Latomus 47, 1988, 856 sq.
Withof, J.H., Kritische Anmerkungen V, 1791-1802

VITA:

TAC. ann. 1, 60, 2 (a. 15 p.Chr.n.): equitem Pedo praefectus finibus Frisiorum ducit.

SEN. contr. 2, 2, 12: Albinovanus Pedo, qui inter arbitros fuit.

OPERA:

OV. Pont. 4, 10, 71: at tu, non dubito, cum Thesea carmine laudes,/ materiae titulos quin tueare tuae,/ quemque refers, imitere virum.

id. 4, 16, 6: Iliacusque Macer sidereusque Pedo.

SEN. epist. 122, 15: Pedonem Albinovanum narrantem audieramus – erat autem fabulator elegantissimus – habitasse se supra domum S. Papini.

QUINTIL. inst. 10, 1, 90: Rabirius ac Pedo non indigni cognitione, si vacet.

MART. 1 praef. 1; 2, 77, 5 et 5, 5, 5: *cf. testim. Domiti Marsi.*

1 (228 Ho.)

SEN. suas. 1, 15 (529 M): nemo illorum (*sc. qui Latine declamabant*) potuit tanto spiritu dicere quanto Pedo, qui <in *add. Thomas*> navigante Germanico dicit:

iam pridem post terga diem solemque relictum
iamque vident, notis <se> extorres finibus orbis
per non concessas audaces ire tenebras
ad rerum metas extremaque litora mundi,
hunc illum, pigris immania monstra sub undis
qui ferat, Oceanum, qui saevas undique pristis
aequoreosque canes ratibus consurgere prensis.
accumulat fragor ipse metus. iam sidere limo
navigia et rapido desertam flamine classem
seque feris credunt per inertia fata marinis
iam non felici laniandos sorte relinqui.
atque aliquis prora caecum sublimis ab alta
aera pugnaci luctatus rumpere visu,

ut nihil erepto valuit dinoscere mundo,
obstructo talis effundit pectore voces:
quo ferimur? fugit ipse dies orbemque relictum
ultima perpetuis claudit natura tenebris.
anne alio positas ultra sub cardine gentes
atque alium bellis intactum quaerimus orbem?
di revocant rerumque vetant cognoscere finem
mortales oculos. aliena quid aequora remis
et sacras violamus aquas divumque quietas
turbamus sedes?

Harrison 554

1 iam pridem] iamque vident *Withof, Kent* || **2** iamque vident *Withof*: iam quidam **A**: iam quidem **BV**: iam pridem **Dτ**, *Benario*: iamque putant *Mariotti*: seque vident *Goodyear, Tacitus' Annals II 456 sq.* | notis] natis **ABV**: noti se *Baehrens* | <se> extorres *Harrison* || **4** ad rerum *Haupt*: asperum **AB**: hesperii **VD**, *Håkanson, qui et* trans rerum *coniecit* || **5** hunc *Pithoeus*: nunc *codd.*: unum *Gertz* || **6** ferat] fert *Gertz* | pristis] pristinis **AB** || **9** navigia et rapido **B**[2]: navigie trepido **A**: navigiae trapido **B** || **11** iam *Schott*: tam *codd.*: ah *Gertz* || **12** caecum *Haase*: cedunt **AB**: cedat *corr. ex* cedunt **V**: sedat **D**: sedens **τ** || **13** luctatus] luctatur **A** | visu (*corr. ex* visum **V**) **Vτ**: visum **AB**: nisu **D**, *Scaliger* || **15** obstructo **D**, *Scaliger, Dahlmann*: obstructum **ABV**: obstructa (in ... pectora) *Bursian, Morel* || **16** fugit *Gronovius*: rugit **ABD**: ruit *corr. ex* rugit **V** || **19** bellis *H. Meyer, adnotationes p. 63, et Tandoi*: liberis **AB**: libris **VD**: lembis *Oudendorpius*: nimbis *Bursian*: nobis *Burman*: flabris *Haupt, Bardon*: aligeris *susp. Morel*: vivis *Mariotti*: genitis *Buechner*: vitiis *Pulbrook*: dominis *Tandoi*: hibernis *sive* Cimbris *sive* Chelis *sive* Geminis *tempt. Soubiran*: tenebris *Watt*

cf. inc. 48

CORNELIVS SEVERVS

(*Ovidii amicus*)

(Skutsch, O., RE IV 1, 1901, 1509 sq. s.v. Cornelius n. 369)

Courtney p. 320 sqq.
Hollis p. 340 sqq.

Bardon II 61 sqq.

Cozzolino, A., Trent'anni di studi sui poeti epici minori d'età augustea (1956-1985), Vichiana 15, 237-244
Dahlmann[1] 5-127
Harrison, S.J., rec. FPL ed. J. Blänsdorf, Gnomon 72, 2000, 552-555
Homeyer[1], H., Klage um Cicero. Zu dem epischen Fragment des Cornelius Severus, Ann. Univ. Sarav. 10, 1961, 327-334
–[2], Ciceros Tod im Urteil der Nachwelt, Altertum 17, 1971, 165-174
Rocca, R., Epici minori d'età augustea, Genova 1989, 133-158
Traglia, A., Cornelio Severo e il frammento sulla morte di Cicerone, C&S 27, 1988, 56-61
Traina, A., Ancora sul fr. 8 Mor. e Büchn. di Cornelio Severo, RFIC 122, 1994, 280

OPERA:

OV. Pont. 4, 2, 1: o vates magnorum maxime regum,/ ... Severe. (11) fertile pectus habes, interque Helicona colentes / uberius nulli provenit ista seges.

OV. Pont. 4, 16, 9: quique dedit Latio carmen regale Severus.

SEN. epist. 79, 5: quid tibi do, ne Aetnam describas in tuo carmine, ne hunc sollemnem omnibus poetis locum adtingas? quem quo minus Ovidius tractaret (*met. 15, 340 sqq.*) nihil obstitit, quod iam Vergilius (*Aen. 3, 570 sqq.*) impleverat. ne Severum quidem Cornelium uterque deterruit.

QUINTIL. inst. 10, 1, 89: Cornelius autem Severus, etiam<si> (*Spalding*) sit (**g**: est **γ**) versificator quam poeta melior, si tamen, ut est dictum, ad exemplar primi libri bellum Siculum perscripsisset, vindicaret sibi iure secundum locum.

RES ROMANAE

Liber I

1 (205 Ho.)

PROB. GLK IV 208: pelagus ... apud poetas masculino genere ... Cornelius Severus rerum Romanarum libro I dixit:

pelagum pontumque moveri

Dahlmann 12 sqq.

Fragmenta sedis incertae

2 (208 Ho.)

SCHOL. Lucan. 9, 402 (300 Us.): ergo cum dicit gaudere asperis virtutem, Hesiodi sententiam explicat τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν ἀθάνατοι, quam Severus ita scripsit:

ardua virtuti longoque per aspera <nisu>
eluctanda via est: labor obiacet omnis honori.

Dahlmann 13 sqq.

1 longoque ... nisu *Usener, Hollis*: longeque pasperaniu **C**: longeque ... cliva *Kießling coll. C.Gl.L. V 14, 29 = V 55, 29* cliva aspera, *Memmii* (*supra p. 118*) *fr. 1* ardua ... fortunae escendere cliva: longoque per aspera clivo *Dahlmann*

3 (209 Ho.)

CHAR. 137 B (107 K): serta ... feminine ... Cornelius Severus:

huc ades Aonia crinem circumdata serta!

cf. DUB. NOM. GLK V 590 *sine auctoris nomine*

Dahlmann 18 sqq.

4 (210 Ho.)

CHAR. 127 B (100 K): similiter et hospes cum sit communis generis, hospita quoque dicitur ... et antistes habet antistitam ... et Cornelius Severus:

stabat apud sacras antistita numinis aras

Dahlmann 25 sqq.
antistita] antestita **C**

5 (211 Ho.)

CHAR. 108 B (86 K): 'successor' cum masculino genere proferatur, Cornelius Severus etiam feminine dixit:

ignea iam caelo ducebat sidera Phoebe [pater]
fraternis successor equis.

Dahlmann 28 sqq.

1 ignea iam caelo **n**[1]: igneanaco celo **N** | Phoebe **n**[1]: phoebei **N** | pater *del.* **n**[1] || **2** fraternis **n**[1]: paternis **N**

6 (212 Ho.)

CHAR. 102 B (81 K): sibilus ... neutro genere ... Cornelius Severus:

et sua concordes dant sibila clara dracones

BEDA GLK VII 291: concordant sibila saeva

Dahlmann 38 sqq.

clara] cara **C**: saeva *Beda*

7 (213 Ho.)

CHAR. 101 B (80 K): galero(s)... masculino genere ... Cornelius Severus:

flavo protexerat ora galero

Dahlmann 42 sqq.

cf. Iuv. 6, 120 cum scholio

8 (214 Ho.)

CHAR. 134 B (105 K) *post lacunam*:

†therva purpureis gemmavit pampinus uvis

cuius moveremur, inquit Plinius, auctoritate, si quicquam eo carmine puerilius dixisset.

DUB. NOM. GLK V 588: pampinus … generis feminini, ut Cornelius (cornilius *codd.*): 'purpureis gemmata (*ex* geminata est *Baehrens*) pampinus uvis'.

Dahlmann 46 sqq.; Harrison 554; Traina

therva] helvola *vel* helvaque *G. Hermann*: albaque (*coll. Lucil. 1270*) *J. Becker*: cerina *vel* cerea *Knoche*[1]: fulvaque *Buechner*: cernua *Traina:* ter nova *vel* ter sua *Courtney*: tertia *Hollis*

fr. 8-10 non ad Rerum Romanarum libros pertinere putat Harrison

versus: coniecturis omnibus hexameter dactylicus constituitur

9 (215 Ho.)

DUB. NOM. GLK V 588: ramus generis masculini, ut Cornelius (cornilius *codd.*):

pomosa lentos servabat in arbore ramos

Dahlmann 49 sqq.
lentos] lento **M**

10 (216 Ho.)

Schol. Pers. 1, 95: spondiazontas ... ut apud Cornelium Severum:

pinea frondosi coma murmurat Appennini

Dahlmann 53 sqq.

11 (217 Ho.)

Sen. suas. 2, 12 (539 M): occurrit mihi sensus in eiusmodi materia a Severo Cornelio dictus tamquam de Romanis nescio an parum fortiter. edicta in posterum diem pugna epulantes milites inducit et ait:

stratique per herbam
'hic meus est' dixere 'dies'

Dahlmann 59 sqq.
1 stratique **B**^{2}: sratique **τ**: gratique **ABV** || **2** dixere **D**: dixisse **ABV**, *fortasse recte susp. Morel*
cf. Verg. Aen. 9, 164: fusique per herbam; *Sen. Med. 1017*: meus dies est.

12 (218 Ho.)

Diom. GLK I 378: 'luxurior' in crimine est, ut Cornelius Severus ait:

luxuriantur opes atque otia longa gravantur

Dahlmann 67 sqq.
luxuriantur] luxoriantur **AM** | atque] etque **M** | otia *ed. Caesarii 1533*: odia **AMBς**: ordia **B** | gravantur **ς**: gratantur **ABM**

13 (219 Ho.)

Sen. suas. 6, 26 (572 M): nemo ... ex tot disertissimis viris melius Ciceronis mortem deploravit quam Severus Cornelius:

oraque magnanimum spirantia paene virorum
in rostris iacuere suis, sed enim abstulit omnis,
tamquam sola foret, rapti Ciceronis imago.
tunc redeunt animis ingentia consulis acta
iurataeque manus deprensaque foedera noxae

patriciumque nefas extinctum: poena Cethegi
deiectusque redit votis Catilina nefandis.
quid favor aut coetus, pleni quid honoribus anni
profuerant, sacris exculta quid artibus aetas?
abstulit una dies aevi decus ictaque luctu
conticuit Latiae tristis facundia linguae.
unica sollicitis quondam tutela salusque,
egregium semper patriae caput, ille senatus
vindex, ille fori, legum ritusque togaeque
publica vox saevis aeternum obmutuit armis.
informes voltus sparsamque cruore nefando
canitiem sacrasque manus operumque ministras
tantorum pedibus civis proiecta superbis
proculcavit ovans nec lubrica fata deosque
respexit: nullo luet hoc Antonius aevo.
hoc nec in Emathio mitis victoria Perse
nec te, dire Syphax, non fecit <in> hoste Philippo
inque triumphato ludibria cuncta Iugurtha
afuerunt nostraeque cadens ferus Hannibal irae
membra tamen Stygias tulit inviolata sub umbras.

(27) non fraudabo municipem nostrum bono versu, ex quo hic multo melior Severi Cornelii processit: (v. 11) 'conticuit ... linguae.' ... ei interfuisse recitationi Severum quoque Cornelium scio, cui non aeque displicuisse hunc versum quam Pollioni apparet, quod meliorem quidem, sed non dissimilem illi et ipse composuit.

Dahlmann 74 sqq.; Homeyer^1 327 sqq.; Homeyer^2 165 sqq.; Traglia

6 extinctum <et> *Gronovius*: est tunc **ABVD**: etiam tum ut *Scaliger:* extincti *Håkanson qui post* nefas *interp.* | poena] et poena **D** || **9** profuerant] profuerunt **D** (*vg.*) | exculta *Kiessling*: etuita **ABVD**: exacta *Pithoeus*: devota *Gertz*: et vota *Baehrens* || **10** ictaque luctu] actaque luctum **A** || **11** Latiae **D^{2}T^2**: latiet **AB**: late **V^1**: latae **V^{2}D^1** || **13** egregium] et gratum **B^2** || **14** ritusque] iurisque *Heinsius* || **15** saevis *Scaliger*: evis **AB**: eius **VD^2**: aevis **D^1** || **18** civis **STVb**: vices **AB**: avis **D^1** || **20** luet] lucet **B** || **21** Emathio *Schott*: hematio **ABVD** || **22** fecit <in> *ed. Ven. 1490-1503*: fecerat *Kiessling* || **24** afuerunt *Heinsius*: afuerat **C**: affuerat **D**: afuerant *Kiessling*

14 (220 Ho.)

Dub. Nom. GLK V 590: syrma generis neutri; priores feminini, ut Cornelius (cornilius *codd.*):

... tragica syrma

Dahlmann 72 sqq.
tragica syrma *Haupt*: tria greca syrma **V**: tragrema casyr **M**
versus: certe pars hexametri dactylici (tragicā syrmā)

Dubia

15 (p. 367 Ho.)

Diom. GLK I 375: 'sallior' frequens videtur et tritum ut perfecto tempore 'salsus sum' dicamus. sed veteres ambiguitatem appellationis vitantes et analogiam sequentes 'sallitus sum' dixerunt a positione 'sallo' non 'sallio', ut Sallustius ... Severus:

distractos atque sallitos

distractos atque sallitos **AM**: distractus atque salitus **B**
versum esse negat Courtney

16 (15 a Bue., p. 367 Ho.)

Prisc. GLK II 546: 'salio' quoque 'salivi' vel 'salii saltum' facit ... 'sallio' 'sallitum' facit, 'sallo' 'salsum', quomodo 'vello' 'vulsum' ... Cornelius Severus in VIII de statu suo:

ad quem salliti pumiliones afferebantur

versus: hexametrum effecit L. Jeep, Philologus 71, 1912, 503: distracti atque mihi salliti pumiliones; *Dahlmann 124 et Courtney de restitutione desperant. an prosa oratio?*
Corneli Severi Bellum Actiacum (fr. inc. 46) esse susp. Courtney p. 334

SEXTILIVS ENA

(*aetate Ovidii*)

(Schanz – Hosius II § 317)

Courtney p. 329
Hollis p. 338 sq.

Bardon II 75

VITA:

SEN. suas. 6, 27: Sextilius Ena fuit homo ingeniosus magis quam eruditus, inaequalis poeta et plane quibusdam locis talis, quales esse Cicero (*p. Archia 26*) Cordubenses poetas ait, pingue (*om.* **O**) quiddam sonantis atque peregrinum.

1 (202 Ho.)

SEN. suas. 6, 27: is hanc ipsam proscriptionem recitaturus in domo Messalae Corvini Pollionem Asinium advocaverat, et in principio hunc versum non sine assensu recitavit:

deflendus Cicero est Latiaeque silentia linguae

deflendus *dett.*: defiendus **AB**: deficiendus **V**: defendus **D**[1] | Latiaeque] lataeque **VD**[1]

Corn. Sev. ad huius versus exemplum versum suum (fr. 13, 11) fecisse Sen. bis in hac paragrapho affirmat

IVLIVS MONTANVS

(*aetate Ovidii*)

(Diehl, E., RE X 1, 1917, 681 s.v. Iulius (Montanus) n. 364)

Courtney p. 330
Hollis p. 368 sqq.

Dahlmann[1] 138 sq.

VITA:

SEN. contr. 7, 1, 27: Montanus Iulius, qui comes fuit <Tiberii>, egregius poeta.

VITA Vergili 28 (44): (Vergilius) pronuntiabat autem cum suavitate, cum lenociniis miris, et Seneca tradidit Iulium Montanum poetam solitum dicere involaturum se Vergilio quaedam, si et vocem posset et os et hypocrisin: eosdem enim versus ipso pronuntiante bene sonare, sine illo inanes esse mutosque.

OPERA:

Ov. Pont. 4, 16, 11: quique vel inparibus numeris, Montane, vel aequis / sufficis, et gemino carmine nomen habes, ...

Sen. epist. 122, 11: recitabat Montanus Iulius carmen, tolerabilis poeta et amicitia Tiberi notus et frigore. ortus et occasus libentissime inserebat (*sequitur fr. 1*).

1 (222 Ho.)

Sen. epist. 122, 12: (Montanus Iulius) cum hos versus recitasset:

incipit ardentes Phoebus producere flammas,
spargere <se> rubicunda dies; iam tristis hirundo
argutis reditura cibos inmittere nidis
incipit et molli partitos ore ministrat,

Varus, eques Romanus, ... exclamavit: 'incipit Buta dormire.'

Dahlmann 138 sqq.

2 <se> **p**[2]: spargier et *Baehrens*, *Morel* || **3** inmittere **B** *man. rec.* **RE**: et mittere **CD** || **4** partitos **B** *man. rec.*: partitur et **RE**

2 (223 Ho.)

Sen. epist. 122, 13: deinde cum subinde recitasset:

iam sua pastores stabulis armenta locarunt,
iam dare sopitis nox pigra silentia terris
incipit,

idem Varus inquit: 'quid dicis? iam nox est? ibo et Butam salutabo.'

Dahlmann 138 sqq.

ARBRONIVS (ARBONIVS?) SILO

(*aetate Ovidii*)

(Rohden, P., RE I 1, 1894, 115 s.v. Abronius)

Courtney p. 331
Hollis p. 330 sq.

Dahlmann[1] 140 sqq.
Echavarren, A., Ovidio y dos poetas augústeos, Arbronio Silón y Servilio Tusco, CFC(L) 26, 2006, 43-54

1 (195 Ho.)

SEN. suas. 2, 19 (544 M): memini auditorem Latronis Arbronium (*Bursian*: a(r)bronum *codd*., Arbonium *Knoche*) Silonem ... recitare carmen, in quo agnovimus sensum Latronis in his versibus:

ite agite, <o> Danai, magnum paeana canentes,
ite triumphantes: belli mora concidit; Orcus
Hectora <habet> ...

SEN. suas. 2, 20 (544 M): quanto decentius Vergilius dixerit hoc quod valde erat celebre: 'belli mora concidit Hector'.

1 <o> *ed. Rom.* | paeana canentes] peanenetes **A**[1] || **2** belli *ex* bella *corr.* **B** | concidit] occidit **ABV** || **2-3** Orcus Hectora <habet> *Bursian*: oresectora **AB**: oresedora **VD**: concidit Hector *Baehrens*, *alii*

cf. Hom. Il. X 391 sqq.: νῦν δ' ἄγ' ἀείδοντες παιήονα κοῦροι Ἀχαιῶν
... ἐπέφνομεν Ἕκτορα δῖον

RABIRIVS

(*aetate Augustea?*)

(Kroll, W., RE I A 1, 1914, 28 sq. s.v. Rabirius n. 7)

Courtney p. 332 sq.
Hollis p. 382 sqq.

Bardon II 73 sq.
Cozzolino, A., Trent'anni di studi sui poeti epici minori d'età augustea (1956-1985), Vichiana 15, 1986, 254-261
Dahlmann[3], 17 sqq.
Haupt, M. Über einen vermeintlichen Vers des Rabirius bei Fulgentius, RhMus 3, 1845, 307-310
Herrmann, L., Rabirius ou Lucilius Junior?, Latomus 25, 1966, 769-783
Mayor, J.E.B., Fragment of Rabirius, ClR 24, 1919, 84
Rocca, R., Epici minori d'età augustea, Genova 1989, 65-85

OPERA:

VELL. 2, 36, 3: paene stulta est inhaerentium oculis ingeniorum enumeratio, inter quae maxime nostri aevi eminent princeps carminum Vergilius Rabiriusque.

QUINTIL. inst. 10, 1, 90: Rabirius ac Pedo non indigni cognitione, si vacet.

Ov. Pont. 4, 16, 5: cumque foret Marsus magnique Rabirius oris.

1 (230 Ho.)

Char. 81 (65 K): margo feminino genere ... Rabirius extulit:

< ... > Idaeos summa cum margine colles

Rabirius: extulit Idaeos *Baehrens, Barwick* | <conspicit> *tempt. Morel* | colles *corr.* **N**[1]: collos **N**

2 (231 Ho.)

Sen. benef. 6, 3, 1: egregie mihi videtur M. Antonius apud Rabirium (rapirium *codd.*) poetam, cum fortunam suam transeuntem alio videat et sibi nihil relictum praeter ius mortis, id quoque si cito occupaverit, exclamare:

hoc habeo quodcumque dedi

Mayor

alludit poeta Ciceronis illud (Tusc. 5, 101): haec habeo quae edi *e. q. s. (Morel)*

versus: initium hexametri dactylici

3 (232 Ho.)

Dub. Nom. GLK V 578: elefantus generis masculini ut Rabirius (rabius **V**):

ac veluti Numidis elephans circumdatur altus

ac veluti Numidis *Haupt*: velut in umidis **L**: velut inhumidis **V**: velut inhumid' **M** | elephans] elephas **V** || altus *Haupt*: aliis **VL**: illis **M**: albus *Dahlmann*

4 (233 Ho.)

Dub. Nom. GLK V 590: serum lactis generis neutri, ut Rabirius:

in tenerum est deducta <serum> pars †imonia lactis

in *codd.* (*deest in* **V**) | tenerum *Haupt*: teneum *codd.*: tenue *Baehrens* | <serum> *Haupt* | parsimonia **MV**: pars intima *Haupt*: pars umida *susp. Buechner*: pars infima *Courtney, Hollis*

5 (234 Ho.)

Dub. Nom. GLK V 578: erinaceus, non ericius. tamen Rabirius:

portarumque fuit custos ericius

portarumque *Haupt*: portarum qui **L**: partarum qui **V**: pantarum qui **M** | ericius *codd.*, *def. Courtney*: Erucius *Baehrens*

6* (dub.)

Fulg. expos. serm. ant. 58: [quid sit abstemius]: abstemius dicitur observans, sicut Rabirius in satira ait:

abstemium merulenta fugit Mettenia nomen

Citti 248; Bardon II 73; Haupt

abstemium **P**: abstenum **D**: abstemius **H** | Mettenia] metenia **PD** (*vel* mecenia): mectenia **R**: methoma **P**: in extenia **B**: in & te nia **E**

Rabiri fortasse et Bellum Actiacum (?) fr. inc. 46 a–p

DORCATIVS

(*aetate Augustea*)

(Kröner, H.-O., RE Suppl. XI 1968, 539 sq. s.v. Dorcatius n. 1)

Courtney p. 341
Hollis p. 332 sq.

Dahlmann[1] 139 sq.

1 (196 Ho.)

Isid. orig. 18, 69: pila proprie dicitur quod sit pilis plena. haec est sfera a ferendo vel feriendo dicta. de quarum genere et pondere Dorcatius sic tradit:

neu tu parce pilos vivacis condere cervi,
uncia donec erit geminam super addita libram.

1 parce pilos vivacis] parce pilo quivagum **K** || **2** donec erit] donec hec erit **K** *ante corr.* | geminam] gemina **K**

cf. Verg. ecl. 7, 30: vivacis cornua cervi. *acuta est Hauptii (Opusc. III 571) coniectura hos versus cum Ovidiano (trist. 2, 485) illo*: ecce canit formas alius iactusque pilarum *coniungentis.*

VERSVS POPVLARES IN TIBERIVM ET GERMANICVM

Courtney p. 476 sqq.

1

SUET. Tib. 59: ... ut nonnulli versiculis quoque et praesentia exprobrarent et futura denuntiarent mala:

asper et inmitis, breviter vis omnia dicam?
  dispeream, si te mater amare potest.

2

non es eques. – quare? – non sunt tibi milia centum,
  omnia si quaeras, et Rhodus exilium est.

3

aurea mutasti Saturni saecula, Caesar,
  incolumi nam te ferrea semper erunt.

4

fastidit vinum, quia iam sitit iste cruorem:
  tam bibit hunc avide, quam bibit ante merum

5

aspice felicem sibi, non tibi, Romule, Sullam
  et Marium, si vis, aspice, sed reducem,
nec non Antoni civilia bella moventis
  non semel infectas aspice caede manus
et dic: Roma perit! regnavit sanguine multo,
  ad regnum quisquis venit ab exilio.

6

SUET. Cal. 6: Romae ... cum ... convaluisse (*Germanicum*) ... percrebruisset, ... expergefactus e somno Tiberius gratulantium vocibus atque ... concinentium:

salva Roma, salva patria: salvus est Germanicus

versus: septenarius trochaicus

ASINIVS GALLVS

(*cos. 8 a.Chr.n., mortuus 33*)

(v. Rohden, P., RE II 2, 1895, 1585-1588 s.v. Asinius n. 15)

Courtney p. 342

VITA:

TAC. ann. 1, 12, 2: tum Asinius Gallus 'interrogo, inquit, Caesar, quam partem rei publicae mandari tibi velis.' *etc.*

id. 6, 23, 1: isdem consulibus (*a. 33*) Asinii Galli mors vulgatur, quem egestate cibi peremptum haud dubium, sponte vel necessitate incertum habebatur.

DIO CASS. 58, 3, 2: τῷ δὲ δὴ Γάλλῳ ὁ Τιβέριος τῷ τήν τε γυναῖκα αὐτοῦ ἀγαγομένῳ καὶ τῇ περὶ τῆς ἀρχῆς παρρησίᾳ χρησαμένῳ, καιρὸν λαβὼν ἐπέθετο ... (3) ἐν γὰρ τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ παρά τε τῷ Τιβερίῳ εἱστιάθη καὶ φιλοτησίας ἔπιε, καὶ ἐν τῷ βουλευτηρίῳ κατεψηφίσθη.

OPERA:

PLIN. epist. 7, 4, 3: legebantur in Laurentino mihi libri Asini Galli de comparatione patris et Ciceronis, *cf. Plin fr. 1.*

cf. GELL. 17, 1, 1 et QUINTIL. inst. 12, 1, 22.

SUET. gramm. 22 (24 Br.): pugilem olim fuisse (*M. Pomponium Marcellum*) Asinius Gallus hoc in eum epigrammate ostendit:

qui 'caput ad laevam' didicit, glossemata nobis
praecipit: os nullum vel potius pugilis.

1 qui] cui *Salmasius* | caput] capere *Statius, ed. Rom. 1565* | qui apud athletam *Doergens* | didicit] dedicit **M**: deicit *Gelenius*: ducit *vel* reicit *Heinsius* || **2** nullum] rullum *propos. Baehrens*

GERMANICVS

(CAESAR ?, *15 a.Chr.n. – 19 p.Chr.n.*)

(Gelzer, M. – Kroll, W., RE X 1, 1917, 435-464 s.v. Iulius (Germanicus) n. 138)

Germanicus, Les Phénomènes d'Aratos, texte établi et traduit par A. Le Bœuffle, Paris 1975

The Aratus ascribed to Germanicus Caesar, ed. with an introd., transl. & comm. by D.B. Gain, London 1976

Maurach, G., Germanicus und sein Arat. Eine vergleichende Auslegung von V. 1-237 der Phaenomena, Heidelberg 1978

Opera:

Ov. fast. 1, 23 sq.: scimus et ad nostras cum se tulit impetus artes,/ ingenii currant flumina quanta tui.

Plin. nat. 8, 155: fecit et divus Augustus equo tumulum, de quo Germanici Caesaris carmen est.

Quintil. inst. 10, 1, 91: hos (*sc. Rabirium, Pedonem, Lucanum*) nominamus, quia Germanicum Augustum ab institutis studiis deflexit cura terrarum, parumque dis visum est esse eum maximum poetarum. quid tamen his ipsis eius operibus, in quae donato imperio iuvenis secesserat, sublimius, doctius, omnibus denique numeris praestantius? quis enim caneret bella melius quam qui sic gerit? ... dicent haec plenius futura saecula, nunc enim ceterarum fulgore virtutum laus ista praestringitur.

Suet. Calig. 3: (Germanicus) oravit causas etiam triumphalis atque inter cetera studiorum monumenta reliquit et comoedias.

ARATEA

vide edd. supra cit.
carmina reliqua cf. PLM IV 109, 111 Baehr.

CN. CORNELIVS LENTVLVS GAETVLICVS

(*cos. 26 p. Chr.n.*)

(Stein, E. – Skutsch, F., RE IV 1, 1900, 1384-1386 s.v. Cornelius n. 220)

Courtney p. 345 sq.

Dahlmann, H., Das Fragment des Gn. Cornelius Lentulus Gaetulicus (FPL Morel S. 123), in: Studi in onore di A. Traglia, Roma 1979, II 657-667

Traglia, A., Cn. Cornelio Lentulo Getulico e il suo frammento esametrico, C&S 27, 1988, 56-61

VITA:

VELL. 2, 116, 2: Cossus victoriae testimonium etiam in cognomen filii contulit adulescentis in omnium virtutum exempla geniti.

TAC. ann. 6, 30, 2–4 (*a. 34*): Gaetulicus ea tempestate superioris Germaniae legiones curabat mirumque amorem adsecutus erat, effusae clementiae, modicus severitate et proximo quoque exercitui per L. Apronium socerum non ingratus. unde fama constans ausum mittere ad Caesarem litteras, adfinitatem sibi cum Seiano haud sponte, sed consilio Tiberii coeptam ... unus omnium Seiani adfinium incolumis multaque gratia mansit.

DIO CASS. 59, 22, 5 (*a. 39*): τοῦτο μὲν γὰρ Γαιτουλικὸν Λέντουλον, τά τε ἄλλα εὐδόκιμον ὄντα καὶ τῆς Γερμανίας δέκα ἔτεσιν ἄρξαντα ἀπέκτεινεν (*sc. Caligula*) ὅτι τοῖς στρατιώταις ᾠκείωτο.

SUET. Claud. 9: Lepidi et Gaetulici coniuratio.

OPERA:

MART. 1, praef. l, 1: *cf. testim. Domiti Marsi.*

PLIN. epist. 5, 3, 2: *cf. testim. Lutati Catuli.*

SIDON. epist. 2, 10, 6: reminiscere quod saepe versum Corinna cum suo Nasone complevit ... Caesennia cum Gaetulico.

id. c. 9, 260: non Gaetulicus hic tibi legetur.

PROB. Verg. georg. 1, 227 (360 H): septentriones, quos Graeci duas ursas vocant, Helicen et Cynosuram, in barbarica sphaera plaustrum esse, quod ducatur a bubus iunctis. cuius rei testis est Gaetulicus, cum ait de Britannis:

> non Aries illum verno ferit aere cornu,
> Cnosia nec Geminos praecedunt cornua Tauri,
> sicca Lycaonius resupinat plaustra Bootes.

1 ferit *Politianus*: ferat *codd.* | aere] aera *Housman, Class. Papers 3, 1246 sq.* || 2 Cnosia] gnosia **M** | praecedunt] praecidunt **P** | Tauri *Keil*: tantum *codd.*: taurum *edd.*

SEXTILIVS PACONIANVS

(*aetate Tiberii*)

(Fluß, M., RE II A 2, 1923, 2050 sq. s.v. Sextius (Paconianus) n. 34; Teuffel – Kroll – Skutsch, Geschichte der römischen Literatur, Berlin [7]1920, p. 181)

Courtney p. 343 sq., 524

Dahlmann, H., Cornelius Severus, Ak. Wiss. u. Lit. Mainz, 1975, 6, 144-148
Wieland, H., Pacon. Carm. frg. 3, MH 31, 1974, 114-116

VITA:

TAC. ann. 6, 3 (*a. 32*): isdem litteris Caesar <S>extium Paconianum praetorium perculit magno patrum gaudio, audacem maleficum, omnia secreta rimantem delectumque ab Seiano, cuius ope dolus C. Caesari pararetur.

TAC. ann. 6, 39, 1: Paconianus in carcere ob carmina illic in principem factitata strangulatus est.

AE 1987, 163 *in praetorum catalogo anni XXVI p.Chr.n.*: [L(cius) Sexti]lius Pacon[ianus, per(egrinus)]

DIOM. GLK I 499: vocales sunt, qui alte producta elocutione sonantibus litteris universam dictionem inlustrant, ut est illud Paconianeum (*Morel*: paconia non *codd.*, Paconianum *Haupt*):

Eoo Oceano Hyperion fulgurat Euro
Arcto<o> plaustro Boreas bacchatur ab Haemo;
Hesperio Zephyro Orion volvitur alto;
fulva <Pa>raetonio vaga Cynthia proruit Austro.

1 Eoo *Haupt*: meo *codd.* || **2** Arctoo *J. Voss*: arcto **AM**: acto **B**, | ab Haemo *Burman, Wieland, Dahlmann, qui et* ab Hebro *proposuit*: rheno **AM**: reno **B**: ab Aeno *Scaliger* || **3** alto *Wieland, Dahlmann*: austro *codd. e fine versus sequentis*: udus *sive* ingens *Keil*: ater *Scarcia ap. Tandoi, DMP II p. X* || **4** fulva Paraetonio *Ach. Statius*: fulva(a)retonio **A**, *similia* **BM**

VERSVS POPVLARES IN CALIGVLAM

Courtney p. 479

Suet. Cal. 8, 1: versiculi imperante mox eo divulgati apud hibernas legiones procreatum indicant:

in castris natus patriis, nutritus in armis
  iam designati principis omen erat.

post patriis *dist. Bentley, ante edd.*

VAGELLIVS

(*cos. suff. 44 sive 46*)

(Helm, R., RE VII A 2, 1948, 2073 s.v. Vagellius 1; Teuffel – Kroll – Skutsch, Geschichte der römischen Literatur, Berlin ^{7}1920, p. 268)

Courtney p. 347

Dahlmann, H., Die Verse des 'Vagellius', RhMus 120, 1977, 76-84
Duret^{2} 3178-318
Mazzoli, G., Due note anneane, II. L'inclitum carmen di Vagellio, Athenaeum 46, 1968, 363-368

Vita:

Iuv. 13, 119: ut video, nullum discrimen habendum est / effigies inter vestras statuamque Vagelli.

id. 16, 22 sq.: dignum erit ergo / declamatoris mulino corde Vagelli.

cf. Volcac. Sedigit. fr. 4 (dubium): Suet. vita Ter. 9 (Auctarium Donati)

1

Sen. nat. quaest. 6, 2, 9: egregie Vagellius meus in illo incluto carmine

si<ve> cadendum est, (inquit),
e caelo cecidisse velim

si<ve> *Haase, ed. Sen.*: si<cunde> c. *Housman, Class. Papers 3, 1247 sq.* | est inquit mihi **Zθπ**: est mihi inquit AB: mihi est inquit V: est inquit Gercke

2

Sen. nat. quaest. 3 praef. 3: libet igitur mihi exclamare illum poetae incliti versum:

tollimus ingentes animos et maxima parvo
tempore molimur

1 parvo] facta (*add.* e) **Δ**
Vagellio dedit Bergk, Lucano Unger, Neroni Gercke

L. ANNAEVS SENECA

(4 a./1 p.Chr.n. – 65)

(Rossbach, O., RE I 2, 1894, 2240-2248 s. v. Annaeus n. 17)

Barabino, G., Seneca e gli gnomologi greci sulla ricchezza, in: Argentea Aetas, in memoriam E. V. Marmorale, Genova 1973, 67-82
Borucki, J., Seneca philosophus quam habeat auctoritatem in aliorum scriptorum locis afferendis, Leipzig 1926
Dahlmann, H., Nochmals 'Ducunt volentem fata, nolentem trahunt', Hermes 105, 1977, 342-351
Giancotti, L., Mimo e gnome, Messina – Firenze 1967
Mazzoli, G., Seneca e la poesia, Milano 1970
Setaioli, A., La tradizione senecana dei versi di Cleante a Zeus e al fato, in: Studi in onore di A. Traglia, Roma 1979, II 719-730
Traina, Suppl. Morel. 39 sqq.

Opera:

Quintil. inst. 10, 1, 128: tractavit etiam omnem fere studiorum materiam: nam et orationes eius et poemata et epistulae et dialogi feruntur.

Tac. ann. 14, 52, 3: obiciebant etiam eloquentiae laudem uni sibi adsciscere et carmina crebrius factitare, postquam Neroni amor eorum venisset.

Plin. epist. 5, 3, 2: *cf. testim. Lutatii Catuli.*

versus fragmentorum 1-8 et 10: trimetri iambici

E Cleanthe versus

1

Sen. epist. 107, 10: sic adloquamur Iovem ... quemadmodum Cleanthes noster versibus disertissimis ... quos mihi in nostrum sermonem mutare permittitur Ciceronis ... exemplo...:

duc o parens celsique dominator poli
quocumque placuit: nulla parendi mora est.
adsum inpiger; fac nolle: comitabor gemens
malusque patiar facere quod licuit bono:
ducunt volentem fata, nolentem trahunt.

5 *a Seneca non additum esse, ut Heinsius putavit, demonstravit Dahlmann arte versionis diligenter descripta*

cf. Cleanthes fr. 527 SVF I 118 Arnim:

Ἄγου δὲ μ', ὦ Ζεῦ καὶ σύ γ' ἡ πεπρωμένη
ὅποι ποθ' ὑμῖν εἰμι διατεταγμένος,
ὡς ἕψομαι γ' ἄοκνος. ἢν δέ γε μὴ θέλω,
κακὸς γενόμενος οὐδὲν ἧττον ἕψομαι.

(οὐδὲν ἧττον ἕψομαι Epict. 53: αὐτὸ τοῦτο πείσομαι Anthol. astrol. VI p. 261 Kroll)

Dahlmann; Setaioli

2 (dubium)

Sen. ep. 94, 28: numquid rationem exiges, cum tibi aliquis hos dixerit versus? 'iniuriarum remedium est oblivio' (Publil. Syr. I 21 Meyer), 'audentis fortuna iuvat' (Verg. Aen. 10, 284),

piger ipse sibi obstat.

Traina, Suppl. Morel. 39 sq.

supplementi auctorem Senecam ipsum fuisse veri simile non est

Ex tragicis Graecis

3

Sen. ep. 115, 14: nec apud Graecos tragicos desunt, qui lucro innocentiam, salutem, opinionem bonam mutent:

sine me vocari pessimum, ut dives vocer.

ut dives *Erasmus TGF ad 181,1 N.* (*181 Kannicht – Snell*): ἔα με κερδαίνοντα κέκλησθαι κακόν: simul ut dives *codd.*

fr. 4–8 cf. TRF ad. 461 N. (461 Kannicht – Snell)

4

Sen. ep. 115, 14:

an dives omnes quaerimus, nemo an bonus.

Barabino ad. fr. 4-10

5

Sen. ep. 115, 14:

non quare et unde, quid habeas tantum rogant.

cf. inc. 74

6

Sen. ep. 115, 14:

ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit.

7

Sen. ep. 115, 14:

quid habere nobis turpe sit quaeris? nihil.

8

Sen. ep. 115, 14:

aut dives opto vivere aut pauper mori.

9 (spurium)

Sen. ep. 115, 14:

bene moritur, quisquis moritur, dum lucrum facit.

Traina, Suppl. Morel. 42
versus: senarius iambicus Senecae certe non est

10

Sen. ep. 115, 15: dabat in illa fabula Bellerophontes

pecunia ingens generis humani bonum,
cui non voluptas matris aut blandae potest
par esse prolis, non sacer meritis parens;
tam dulce si quid Veneris in vultu micat,
merito illa amores caelitum atque hominum movet.

5 amores *Erasmus*: mores *codd.*

Eur. Danae fr. 324 N.: ὦ χρυσέ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
ὡς οὔτε μήτηρ ἡδονὰς τοιὰς ἔχει
οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατὴρ,
οἵας σὺ χοἰ σε δώμασιν κεκτημένοι.
εἰ δ' ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
οὐ θαῦμ' ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφειν.

11 (dubium)

Sen. epist. 49, 12: ut ait ille tragicus:

veritatis simplex oratio est

versus incertus, fortasse textus a Seneca non ad verbum laudatus: <nam> *vel* <sed> veritatis simplex est oratio *Blänsd.*

Eurip. Phoen. 469: ἁπλοῦς ὁ μῦθος τῆς ἀληθείας ἔφυ

12*

Prisc. GLK II 333: antiquissimi … et 'hic gausapes' et 'haec gausapa' et 'hoc gausape' … protulisse inveniuntur … Seneca Ovidium sequens:

gausapa si sumpsit, gausapa sumpta probat

si *om.* **BHGLK**, *add.* **h** | probat **BDHGLK**: proba **RPA**

Traina, Suppl. Morel 42

cf. Ov. a. a. 2, 300 gausapa si sumit … proba

epigrammata dubia PLM IV 1–73; cf. Anth. Lat. 224 sqq. Sh.-B.; Dingel, J., Senecas Epigramme und andere Gedichte aus der Anthologia Latina. Ausgabe m. Übers. u. Komm., Heidelberg 2007

LVCILIVS IVNIOR

(*procurator Siciliae a. 63/64*)

(Kroll, W., RE XIII 2, 1927, 1645 s.v. Lucilius (Iunior) n. 26)

Courtney p. 348 sq.

Duret[2] 3181-3187
Mazzoli, G., Seneca e la poesia, Milano 1970, 258-264

Opera:
Sen. epist. 79, 5: quid tibi do, ne Aetnam describas in tuo carmine, ne hunc sollemnem omnibus poetis locum adtingas? (7) aut ego te non novi aut Aetna tibi salivam movet. iam cupis grande aliquid et par prioribus scribere.

1

Sen. epist. 8, 10: hunc (*sc. Publili*) sensum (*Buecheler*: versum *codd.*) a te dici non paulo melius et adstrictius memini:

non est tuum, Fortuna quod fecit tuum

mimis hoc et proximum fragmentum attribui solet: v. CRF[3] p. 373 Ribbeck
versus: trimeter iambicus

2

Sen. epist. 8, 10: (*post fr. 1*) illud etiamnunc melius dictum a te non praeteribo:

dari bonum quod potuit, auferri potest

versus: trimeter iambicus

3

Sen. epist. 24, 21: dixisti:

mors non una venit, sed quae rapit, ultima mors est

una *Muretus*: ultima *codd.*

4

SEN. nat. quaest. 3, 1, 1: quaeramus ergo de terrestribus aquis et investigemus qua ratione fiant, sive ... sive, ut apud te, Iunior carissime, invenio:

Elius Siculis de fontibus exilit amnis

Gercke, A. – Norden, E., Einleitung in die Altertumswissenschaft, Vol. I, [2]Leipzig – Berlin 1912, 53 sqq.

Elius *Gercke*: fluis (?) **C**: elisus **θTZ** *vulgo*: elisius **AεFλP**: eleus **B**

5

SEN. nat. quaest. 3, 26, 5: quidam fontes certo tempore purgamenta eiectant, ut Arethusa in Sicilia quinta quaque aestate per Olympia. inde opinio est Alpheon ex Achaia eo usque penetrare et agere sub mare cursum nec ante quam in Syracusano litore emergere, ideoque his diebus, quibus Olympia sunt, victimarum stercus secundo traditum flumini illic redundare. hoc et a te creditum est, ut in prima parte <dixi *add. Gercke*>, Lucili carissime, et a Vergilio (*ecl. 10, 4*).

6*

SEN. nat. quaest. 4 a 2, 2: unam, ut scis (= *Lucilius*), in hoc (*sc.* Nilo) spem suam habet: proinde aut sterilis annus aut fertilis est, prout ille magnus influxit aut parcior.

nemo aratorum respicit caelum.

quare non cum poeta meo iocor ...

Citti 249; Mazzoli 263 n. 162

cf. fr. inc. 49

metrum: incertum

ATTIVS LABEO

(*aetate Neronis*)

(Marx, F., RE II 2, 1896, 2254 s.v. Atticus n. 20)

Courtney p. 350

Ferraro, V., Accio Labeone: una creatura degli scoliasti di Persio, SIFC 43, 1971, 79-100

Ferraro, V., L'uso proverbiale di Hom. Δ 35, RFIC 101, 1973, 92-106
Kißel, W., Aules Persius Flaccus, Satiren, Hg., übers. u. komm., Heidelberg 1990, 114 n. 21
Tolkiehn 94

VITA:

nomen gentile Labeonis e Pers. 1, 50 et schol. ad 1, 49 memoriae traditur

OPERA:

PERS. 1, 50: non hic est Ilias Atti / ebria veratro.

SCHOL. Pers. 1, 50: Accius Labeo poeta indoctus fuit illorum temporum, qui Iliadem Homeri versibus foedissime composuit.

SCHOL. Pers. 1, 121: (*nulla tibi vendo Iliade*): hoc carmen meum ... non tibi dabo, si mihi Iliada Labeonis aut Neronis Troicon tradas.

ILIAS

SCHOL. Pers. 1, 4: **A**: Labeo poeta Latinus fuit, ut Fulgentius in libro etymologiarum (*v. l.* mithologiarum) ait, qui carmen et opus Homeri convertit in Latinum ... eius est versus:

crudum manduces Priamum Priamique pisinnos

id. **B**: Labeo transtulit Iliadem et Odysseam verbum ex verbo ridicule satis, quod verba potius quam sensum secutus sit. eius est ille versus: crudum ... pisinnos.

Ferraro
Hom. Il. Δ 35: ὠμὸν βεβρώθοις Πρίαμον Πριάμοιό τε παῖδας

CAESIVS BASSVS

(*mortuus a. 79*)

(Skutsch, F. – Consbruch, C., RE III 1, 1897, 1312-1316 s.v. Caesius n. 16 et 17)

Courtney p. 351 et 464

Kißel, W., Aules Persius Flaccus, Satiren, hg., übers. u. komm., Heidelberg 1990, 763

Morelli, G., Esametro olospondaico e tetrametro molosso. Un frammento di Cesio Basso in Diomede, Maia 27, 1975, 307–312

Vita:

Schol. Pers. 6, 1: hanc satiram scribit ad Caesium Bassum lyricum poetam, quem fama est in praediis suis positum ardente Vesuvio monte Campaniae et late ignibus abundante cum villa sua ustum. hic ergo dum viveret, Roma ad Sabinos secesserat, ubi hiemali tempore in loco calido carmina scribebat.

Opera:

Pers. 6, 1-6: admovit iam bruma foco te, Basse, Sabino?/ iamne lyra et tetrico vivunt tibi pectine chordae?/ mire opifex numeris veterum primordia vocum / atque marem strepitum fidis intendisse Latinae,/ mox iuvenes agitare iocos et pollice honesto / egregius lusisse senex.

Quintil. inst. 10, 1, 96: lyricorum idem Horatius fere solus legi dignus ... si quem adicere velis, is erit Caesius Bassus, quem nuper vidimus; sed eum longe praecedunt ingenia viventium.

Rufin. GLK VI 555: Bassus ad Neronem de iambico sic dicit: iambicus autem, cum pedes etiam dactylici generis adsumat, desinit iambicus videri, *etc.*

LYRICORVM LIBER II

1

Prisc. GLK II 527: Bassus in II Lyricorum:

Calliope princeps sapienti psallerat ore

Calliope] caliope **GK** | princeps sapienti] sapienti princeps **GLK** | psallerat] psalleret **G**

Fragmenta incertae sedis

2

Ps. Bassus GLK VI 255: ithyphallicum metrum saepe recipit hunc tribrachum ... cuius exemplum subieci ... sic:

huc ades [o] Lyaee
Bassareu bicornis,
Maenal<i>e bimater,
crine nitidus apto

luteis corymbis
hedera te coronet,
hasta viridis armet.
placidus ades ad aras,
Bacche Bacche Bacche.

1 = Diom. GLK I 511 || **7** = Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 92 || **9** = Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 118 et Ter. Maur. GLK VI 402, v. 2594

1 [o] *om. Diom.* || **3** Maenal<i>e *Gaisford*: maenale **AB**: menale *Neap.* || **4** apto *L. Mueller*: apte *codd.* || **5–6** *distinxit L. Mueller* || **6** coronet *Leutsch, Courtney*: coronis *cod.* || **7** armet *Mar. Victor.*: arma et **AB** *Neap.*

versus: ithyphallicus (tres pedes trochaici)

3

Ps. Bassus GLK VI 256: exemplum (*archebulii metri*):

tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba

Diom. GLK I 514 et Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 126, Ter. Maur. GLK VI 382, v. 1915

crescit] crescit et *Ps. Bassus, Mar. Victor., Ter. Maur.* | herba *Ps. Bassus, Diom.*: haedus *Mar. Victor., Ter. Maur.*

versus: archebulius (quattuor anapaesti cum clausula)

4

Ps. Bassus GLK VI 263: apud nostros hoc metrum (*philicium*) non reperio. exemplum eius tale est:

frugiferae sacra deae quae colitis mystica iunctaeque
Iovi nefasto

cf. Mar. Victor. (Aphton.) GLKVI 126 *ubi* mystica sunt nota Iovi potenti

versus philicius (choriambi quinque cum clausula)

5

Ps. Bassus GLK VI 264: huius (*metri paeonici*) exemplum:

egregia percoluit ingenia musice,
carminis in ore tenet ingenium

1 Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 98 et 124 | musici *Ps. Bassus* || **2** ore] more *Ps. Bassus* | ingenium <amabile> *Studemund*
versus paeonicus (tres paeones I – ˘ ˘ ˘ cum clausula)

6

Ps. Bassus GLK VI 264 (*post fr. 5*):

sic Tiberis implacidus in maria labitur

sic Tiberis *VI 53, 98, 264*: iam T. *124, 129* | implacidus *VI 53, 129, 264*: iam placidus *VI 98*: em *vel* en placidus *VI 124* | in maria labitur] unda fluens *VI 129*
cf. Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 53, 98, 124, 129
versus paeonicus (tres paeones I – ˘ ˘ ˘ cum clausula)

7 (p. 419 Co.)

Ps. Bassus GLK VI 264: cuius (*metri proceleusmatici*) exemplum ... nunc referam:

sedet ibi, Bromie, terete pede mulier

sedet ibi Bromie terete pede mulier *Santenius in Ter. Maur. p. 111*: sede tibi bromia dea pede mulier **AB**: sede tibi bromie devoto pede mulier ς: sedet ibi Bromius, id age, pete, mulier *susp. Keil*
versus: tetrameter proceleusmaticus

8

Ps. Bassus GLK VI 265 (*post fr. 7*):

modo pecora rapida caper agitat humi

Courtney p. 419
modo *om.* ς
versus: tetrameter proceleusmaticus

9

Ps. Bassus GLK VI 265 (*post fr. 8*):

caput inanime tepet avida neque manus

Courtney p. 419
versus: tetrameter proceleusmaticus

10

Dɪᴏᴍ. GLK I 513: huius (*molossici metri*) exemplum dat Caesius Bassus tale:

Romani victores Germanis devictis

Dɪᴏᴍ. GLK I 495: Romani . . . devictis

Romani ... devictis] romani gallis devictis sunt victores ς
Morelli cf. etiam ad fr. inc. 129a
versus: tres molossi

PETRONIVS ARBITER*

(– *66*)

carmina ex Satyricon libris excerpta in Satyricon editionibus (fr. XIX-XXX) et reliqua dubia in PLM IV 74–108 Baehr., cf. Anth. Lat. 209 sqq. Sh.-B.

M. ANNAEVS LVCANVS

(*39 – 65*)

(Marx, F., RE I 2, 1894, 2226-2236 s.v. Annaeus n. 9)

Courtney p. 352 sqq.
Badalì, R., Lucani opera, Romae 1992, 391-398
Degl'Innocenti Pierini, R., Il 'primo' Lucano: Iliacon, fr. 7 Mor., in: DMP II, 184-205
Esposito[1], P., Sulla fortuna delle opere minori di Lucano attraverso i secoli, Vichiana 6, 1977, 85-92
Esposito[2], Un'esempio della fortuna di Lucano nel medioevo. Il frammento 12 Morel e Gualtiero di Châtillon, Vichiana 6, 1977, 132-135
Esposito[3], I frammenti 9 e 12 Morel e il Lucano "minore", in: Gallo, I. (ed.), Seconda miscellanea filologica, Napoli 1995, 113-120
Guaglianone, A., Gli epigrammi di Lucano, Sileno 2, 1976, 51-58
Gundermann, G., Lucans Epigramme, RhMus 59, 1904, 148 sq.
Lebek, W. D., Das angebliche Lucan-Fragment 12 FPL (Morel) und Walther von Châtillon, Mlt. Jb. 18, 1983, 226-232
Timpanaro, S., Sulla tipologia delle citazioni poetiche in Seneca: alcune considerazioni, GIF 36, 1984, 163-182

VITA:

TAC. ann. 16, 17, 4: idem (*sc.* Annaeus Mela) Annaeum Lucanum genuerat, grande adiumentum claritudinis.

TAC. ann. 15, 49: Lucanum propriae causae accendebant, quod famam carminum eius premebat Nero prohibueratque ostentare vanus aemulatione (adsimulatione *codd.*).

DIO CASS. 62, 29, 4: ὁ μὲν οὖν Κορνοῦτος φυγὴν ἐπὶ τούτῳ ὦφλεν, ὁ δὲ δὴ Λουκανὸς ἐκωλύθη ποιεῖν, ἐπειδὴ ἰσχυρῶς ἐπὶ τῇ ποιήσει ἐπῃνεῖτο.

TAC. ann. 15, 56: Lucanus Aciliam matrem suam (*sc.* nominavit).

TAC. ann. 15, 70: (Nero) exim Annaei Lucani caedem imperat.

SUET. vita Lucani (Lucan. ed. Hosius 332) revocatus Athenis a Nerone cohortique amicorum additus atque etiam quaestura honoratus non tamen permansit in gratia: si quidem aegre ferens, <quod Nero se> recitante subito ac nulla nisi refrigerandi sui causa indicto senatu recessisset, neque verbis adversus principem neque factis excitantibus (etantibus *codd.*) post haec temperavit ... ad extremum paene signifer Pisonianae coniurationis extitit, multus in gloria tyrannicidarum praedicanda ac plenus minarum, usque eo intemperans, ut Caesaris caput proximo cuique iactaret, *eqs.*

SUET. vita Lucani (333 Hosius): impetrato autem mortis arbitrio libero codicillos ad patrem corrigendis quibusdam versibus suis exaravit epulatusque largiter bracchia ad secandas venas praebuit medico.

VACCA (336 Hosius): sua sponte coactus vita excedere venas sibi praecidit periitque pridie Kal. Maias Attico Vestino et Nerva Siliano coss. (*a. 65*) XXVI aetatis annum agens.

HIERON. chron. a Abr. 2079 = a. 62: M. Annaeus Lucanus Cordubensis poeta in Pisoniana coniuratione deprehensus bracchium ad secandas venas medico praebuit.

MART. 7, 21-24: haec est illa dies, magni quae conscia partus / Lucanum populis et tibi, Polla, dedit./ heu, Nero crudelis nullaque invisior umbra / debuit hoc saltem non licuisse tibi.

OPERA:

STAT. silv. 2, 7, 54: ac primum teneris adhuc in annis / ludes Hectora Thessalosque currus / et supplex Priami potentis aurum / et sedes reserabis inferorum./ ingratus Nero dulcibus theatris / et noster tibi proferetur Orpheus./ dices culminibus Remi vagantis / infandos domini nocentis ignes./ hinc castae titulum decusque Pollae / iucunda dabis allocutione./ mox coepta generosior iuventa / albos ossibus Italis Philippos / et Pharsalica bella detonabis.

PLIN. epist. 5, 3, 2: *cf. testim. Lutati Catuli.*

Suet. vita Lucani (332 Hosius): prima ingenii experimenta in Neronis laudibus dedit quinquennali certamine ... sed et famoso carmine cum ipsum tum potentissimos amicorum gravissime proscidit. (333) poemata eius etiam praelegi memini, confici vero ac proponi venalia non tantum operose et diligenter, sed inepte quoque.

Vacca (335 Hosius): cum inter amicos enim Caesaris tam conspicuus fieret profectus <eius> in poetica, frequenter <Nero *Reiff.*> offendebatur (ostendebatur **EQW**); quippe et certamine pentaeterico acto in Pompei theatro laudibus recitatis in Neronem fuerat coronatus et ex tempore Orphea scriptum in experimentum adversum conplures ediderat poetas et tres libros, quales videmus. quare inimicum sibi fecerat imperatorem ... interdictum est ei poetica, interdictum est etiam causarum actionibus.

Vacca (336 Hosius) extant eius conplures et alii (*sc.* libri), ut Iliacon, Saturnalia, Catachthonion, Silvarum X, tragoedia Medea inperfecta, salticae fabulae XIV, epigrammata (et ἀράγματα *Gundermann*: appamata *vel* ippamata *codd.*), prosa oratione in Octavium Sagittam et pro eo, de incendio urbis, epistolarum ex Campania, non fastidiendi quidem omnes, tales tamen, ut belli civilis videantur accessio.

Sidon. epist. 2, 10, 6: *cf. testim. Lentuli Gaetulici*

ORPHEVS[4]

1

Aldhelm. de pedum regulis 159, 23 Ehw.: stamen, unde Lucanus de Orpheo:

nunc plenas posuere colos et stamina Parcae
multaque delatis haeserunt saecula filis.

1 *cf. Phars. 3, 19* stamina Parcas || **2** delatis] dilatis *Baehrens*

2

Serv. Verg. georg. 4, 492 (356 Th): quasi exultarent umbrae reditu Eurydices. Lucanus in Orpheo dicit factum strepitum redeunte Eurydice ob hoc quia:

gaudent a luce relictam
Eurydicen iterum sperantes Orphea manes.

1 relictam] reductam *Burman*: relatam *Unger*

[4] cf. ad Ovidii fr. 7. loci Serv. Verg. Aen. 6, 392 et 565, georg. 2, 389 a Lucano alieni sunt.

3

Liber Monstrorum II 8 (Haupt, Opusc. II 239; ed. F. Porsia, 1976, 228): pantheras ... poeta Lucanus ad lyram Orphei cum ceteris animantibus (animalibus **A**) et bestiis a deserto Thraciae per carmen miserabile provocatas cecinit, dum ipse tristis (esset *add.* **B**) et maerens ad undam Strymonis raptam Eurydicen lacrimabili deflevit carmine.

4

Liber Monstrorum I 6 (Haupt, Opusc. II 224; ed. F. Porsia, 1976, 144): Fauni ... silvicolae ... quos poeta Lucanus secundum opinionem Graecorum ad Orphei lyram cum innumerosis ferarum generibus cantu deductos cecinit. *ubi cod. Pithoeanus pergit*: de Orpheo. Orpheus citharista erat Aeneae (Aenius *Berger*) et quintus (inclitus *Diels ap. Levy, BPhW 48, 1928, 1188, et Postgate*) citharista in Graecia. postmodum Eurydice uxor ipsius a serpente percussa mortua erat, et paene insanus factus est et in silvis lyram percutiebat et bestiae ad audiendum lyram ipsius veniebant.

ILIACA vel ILIACON

5 (6 Mo.)

Schol. Stat. Theb. 3, 641: Lucanus Iliacon:

atque Helenae timuisse deos

6 (7 Mo.)

Schol. Stat. Theb. 6, 322: monebat ... Phaethontem Sol, ut non ageret currus per australem aut septentrionalem plagam. Lucanus de Phaethonte in libro qui inscribitur Iliacon ita:

haud aliter raptum transverso limite caeli
flammatum Phaethonta poli videre deique,
cum vice mutata totis in montibus ardens
terra dedit caelo lucem naturaque versa.

Degl'Innocenti Pierini 200

1 caeli] caeci *Baehrens*: anheli *Scaliger* || **2** flammatum *Scaliger*: flammati *codd.*: flammari *Postgate* | *cf. Phars. 2, 410 sqq.* (*412* transverso limite)

6a (dubium)

SEN. de ira 2, 35, 6: vel si videtur, sit (*sc.* ira), qualis apud vates nostros est:

sanguineum quatiens dextra Bellona flagellum

aut

scissa gaudens vadit Discordia palla

aut si qua magis dira facies excogitari diri adfectus potest.

Citti, 249 sq.; Mazzoli 217; Timpanaro

versus a Baehrens laudatos reiecit Morel ut imitationem Verg. Aen. 8, 702 sq. et Luc. Phars. 7, 568, ad Lucani Iliaca rettulit Bolton, ClQ 6, 1956, 238-242; Lucano abiudicat Timpanaro

CATACHTHONION

7 (8 Mo.)

SCHOL. Stat. Theb. 9, 424: hoc contigit, cum Hercules nasceretur; nam tres a Luna continuatae sunt noctes. Lucanus in Catachthonio (catagonio *codd.*):

Thebais Alcmene, qua dum frueretur Olympi
rector, Luciferum ter iusserat Hesperon esse.

EPIGRAMMATA

8 (9 Mo., spurium)

VINC. BELLOV. spec. doctr. IV 147 (p. 345, ed. Duaci 1624): de cupiditate secundum poetas ... ut Lucanus:

nemo nimis cupide sibi rem desideret ullam,
ne, cum plus cupiat, perdat et hoc, quod habet.

Esposito[2] et [3]; Guaglianone

1 sibi rem *edd.*: rem sibi *cod.*

Guaglianone 55 et Courtney recte admonent versus ex Aviani fab. 25 epimythio mediaevali sumptos esse, cf. Hervieux, L., Les fabulistes Latins 3, 1894, 333

9 (10 Mo.)

Mart. 10, 64, 5: (*ad Pollam Lucani viduam*): ille tuus vates ... non tamen erubuit lascivo dicere versu:

si nec pedicor, Cotta, quid hic facio?

Esposito[3]
versus: pentameter dactylicus

Fragmenta incertae sedis[5]

10 (11 Mo.)

Schol. Stat. Theb. 3, 719: ipsa enim tarditate bello proficitur, ut Lucanus:

saepe mora<st> melior

cf. Sidon. ep. 2, 6, 1: proverbialiter celebre est saepe moram esse meliorem.

mora<st> *Traina*: mora *codd.*
versus: pars versus dactylici

11 (12 Mo., spurium)

Matthaei Parisiensis Chronica maiora (ed. H.R. Luard, Rer. Brit. med. aevi script. 57, 1, London 1872, 59): Brennus, de quo etiam Lucanus poeta eximius sic dixit:

... Tarpeiam cum fregerit arcem
Brenius ...

hoc est Capitolium

Esposito[3]; Lebek
Esposito et Lebek demonstrant versum non Lucani, sed ex Galtheri Castillonensis Alexandreide 1, 15 sumptum esse

12 (13 Mo., dubium)

Consent. GLK V 400: similis ratio in diaeresi et episynaliphe ... Lucanus ait:

dixisse Phoëbos

id. 389: quodsi quis audeat Phoëbum dicere, veluti si versum cludat 'dixisse Phoebum', utique barbarismum faciet.

---

[5] fragmenta inc. 4–8 Hos. omisit Morel

cf. L. Mueller, De re metrica poetarum Latinorum, Lipsiae ²1894, 310 de Phars. 2, 51 Aquilone Suëbos *cogitantem*

13 (14 Mo.)

FULG. myth. 1, 21 (32 H): Gorgonas dici voluerunt tres, quarum prima Stenno, secunda Euriale, tertia Medusa, quarum ... fabulam Lucanus et Ovidius scripserunt poetae.

'fort. tamen hoc frgm. ad carminis epici versus 9, 619 sqq. spectat' Hosius

NERO IMPERATOR

(a. 37 – 68)

(Hohl, E., RE Suppl. III 1918, 349-394 s.v. Domitius (Nero) n. 29)

Courtney p. 357 sqq.

Baldwin, B., Nero the poet, in: C. Deroux (ed.), Coll. Latomus 287, 307-318

Bardon, H., Les empereurs et les lettres latines d'Auguste à Hadrien, Paris 1968, 191-226

Néraudau, J.P., Néron et le nouveau chant de Troie, ANRW II 32, 3, Berlin 1985, 2032-2045

Kißel, W., Aules Persius Flaccus, Satiren, Hg., übers. u. komm., Heidelberg 1990, 241 sq.

Latte, K., Neronische Dichtung, in: id., Opuscula inedita, München 2005, 94-102

VITA:

TAC. ann. 13, 3, 3: Nero puerilibus statim annis vividum animum in alia detorsit: caelare pingere, cantus aut regimen equorum exercere.

id. 14, 16, 1: ne tamen ludicrae tantum imperatoris artes notescerent, carminum quoque studium adfectavit, contractis quibus aliqua pangendi facultas necdum insignis erat. hi <ce>nati considere simul, et adlatos vel ibidem repertos versus conectere atque ipsius verba quoquo modo prolata supplere. quod species ipsa carminum docet, non impetu et instinctu nec ore uno fluens.

SUET. Nero 10: recitavit et carmina, non modo domi, sed et in theatro, tanta universorum laetitia, ut ob recitationem supplicatio decreta sit, eaque pars carminum aureis litteris Iovi Capitolino dicata.

Tac. ann. 14, 15, 4: (*ludis Iuvenalium*) postremus ipse scaenam incedit, multa cura temptans citharam et praemeditans adsistentibus ph<on>ascis.

id. 14, 20, 1: Nerone quartum Cornelio Cosso consulibus (*a. 60*) quinquennale ludicrum Romae institutum est ad morem Graeci certaminis.

Suet. Nero 12: instituit et quinquennale certamen primus omnium Romae more Graeco triplex, musicum gymnicum equestre, quod appellavit Neronia ... deinde in orchestram senatumque descendit et orationis quidem carminisque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat, ipsorum consensu concessam sibi recepit.

Tac. ann. 15, 33, 1: C. Laecanio M. Licinio consulibus (*a. 64*) acriore in dies cupidine adigebatur Nero promiscuas scaenas frequentandi. nam adhuc per domum aut hortos cecinerat Iuvenalibus ludis, quos ut parum celebres et tantae voci angustos spernebat.

id. 15, 34: ergo per compositos cantus grates dis atque ipsam recentis casus fortunam celebrans ... apud Beneventum ... consedit.

id. 15, 39, 3: pervaserat rumor ipso tempore flagrantis urbis inisse eum domesticam scaenam et cecinisse Troianum excidium, praesentia mala vetustis cladibus adsimulantem.

Suet. Nero 38, 2: hoc incendium e turre Maecenatiana prospectans laetusque flammae, ut aiebat, pulchritudine Halosin Ilii in illo suo scaenico habitu decantavit.

Dio Cass. 62, 18, 1: πολλῶν καὶ ἐς αὐτὸ τὸ πῦρ ὑπὸ τοῦ πάθους ἐμπηδώντων, ὁ Νέρων ἔς τε τὸ ἀκρὸν τοῦ Παλατίου, ὅθεν μάλιστα σύνοπτα τὰ πολλὰ τῶν καιομένων ἦν, ἀνῆλθε, καὶ τὴν σκευὴν τὴν κιθαρωδικὴν λαβὼν ᾖσεν ἅλωσιν, ὡς μὲν αὐτος ἔλεγεν, Ἰλίου, ὡς ἑωρᾶτο, Ῥώμης.

Tac. ann. 16, 4, 1: interea senatus, propinquo iam lustrali certamine, ut dedecus averteret, offert imperatori victoriam cantus adicitque facundiae coronam, qua ludicra deformitas velaretur. sed Nero nihil ambitu nec potestate senatus opus esse dictitans, se aequum adversum aemulos et religione iudicum meritam laudem adsecuturum primo carmen in scaena recitat; mox flagitante vulgo ut omnia studia sua publicaret (haec enim verba dixere), ingreditur theatrum, cunctis citharae legibus obtemperans, *etc.*

Opera:

Tac. ann. 13, 3, 3: Nero puerilibus statim annis ... et aliquando carminibus pangendis inesse sibi elementa doctrinae ostendebat.

Ecl. Einsidl. 1, 36: huc huc, Pierides, volucri concedite saltu:/ hic Heliconis opes florent, hic vester Apollo est./ tu quoque, Troia, sacros cineres ad sidera tolle / atque Agamemnoniis opus hoc ostende Mycenis.

Suet. Nero 52: ad poeticam pronus, carmina libenter ac sine labore composuit nec, ut quidam putant, aliena pro suis edidit. venere in manus meas pugillares libellique cum quibusdam notissimis versibus, ipsius chirographo scriptis, ut facile appareret non tralatos aut dictante aliquo exceptos, sed plane quasi a cogitante atque generante exaratos; ita multa et deleta et inducta et superscripta inerant.

Dio Cass. 62, 29, 1: ὁ δὲ Νέρων ἄλλα τε γελοῖα ἔπραττε, καί ποτε καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ θεάτρου ὀρχήστραν ἐν πανδήμῳ τινὶ θέᾳ κατέβη καὶ ἀνέγνω Τροϊκά τινα ἑαυτοῦ ποιήματα, *cfr. 10.*

Schol. Iuv. 8, 221 (*Troica non scripsit*): hoc ideo quia Nero Troados libros scripsit, unde et maxime insanivit, quia poeta fuit.

Dio Cass. 62, 20, 1: παρῆλθέ τε καὶ αὐτὸς ὁ Νέρων ἐς τὸ θέατρον ... καὶ ἔστη τε ἐπὶ τῆς σκηνῆς ὁ Καῖσαρ τὴν κιθαρωδικὴν σκευὴν ἐνδεδυκώς ... ἐκιθαρῴδησέ τε Ἄττιν τινὰ ἢ Βάκχας ὁ Αὔγουστος, cf. 21, 1.

Philostrat. vita Apoll. 4, 39: ὡς ἐπὶ κῶμον ἔρχεται μεθύων ἄνθρωπος οὐκ ἀγλεύκως τῆς φωνῆς ἔχων, περιῄει δὲ ἄρα κύκλῳ τὴν Ῥώμην ᾄδων τὰ τοῦ Νέρωνος μέλη καὶ μεμίσθωμένος τοῦτο ... ἀναβαλόμενος οὖν, ὅπως εἰώθει, καὶ βραχὺν διεξελθὼν ὕμνον τοῦ Νέρωνος ἐπῆγε μέλη τὰ μὲν ἐξ Ὀρεστείας, τὰ δὲ ἐξ Ἀντιγόνης, τὰ δὲ ὁπόθενουν τῶν τραγῳδουμένων αὐτῷ, καὶ ᾠδὰς ἔκαμπτεν, ὁπόσας Νέρων ἐλύγιζέ τε καὶ κακῶς ἔστρεφεν ... 'ἐάσωμεν αὐτὸν θύειν ταῖς Νέρωνος Μούσαις'.

Suet. Vit. 11: et ne cui dubium foret, quod exemplar regendae rei p. eligeret (*sc.* Vitellius), medio Martio campo adhibita publicorum sacerdotum frequentia inferias Neroni dedit, ac sollemni convivio citharoedum placentem palam admonuit, ut aliquid et de dominico diceret, inchoantique Neroniana cantica primus exultans etiam plausit.

Tac. ann. 15, 49, 4: Quintianus mollitie corporis infamis et a Nerone probroso carmine diffamatus contumeliam ultum ibat.

Suet. Dom. 1, 1: Clodium Pollionem praetorium virum, in quem est poema Neronis, quod inscribitur Luscio.

Mart. 9, 26, 9: ipse tuas (*sc. Cosmi cuiusdam*) etiam veritus Nero dicitur aures,/ lascivum iuvenis cum tibi lusit opus.

Plin. epist. 5, 3, 6: Neronem enim transeo, quamvis sciam non corrumpi in deterius, quae aliquando etiam a malis, sed honesta manere, quae saepius a bonis fiunt.

Dio Cass. 62, 29, 2: παρεσκευάζετο δὲ ὡς καὶ τὰς τῶν Ῥωμαίων πράξεις ἁπάσας συγγράψων ἐν ἔπεσιν, καὶ περί γε τοῦ πλήθους τῶν βιβλίων, πρὶν καὶ ὁτιοῦν αὐτῶν συνθεῖναι, ἐσκέψατο, παραλαβὼν ἄλλους τε καὶ Ἀνναῖον Κορνοῦτον εὐδοκιμοῦντα τότε ἐπὶ παιδείᾳ.

E libro primo (TROICORUM?)

1

Adn. Lvcan. 3, 261 (99 E): Tigrim ... de hoc ait in primo libro Nero:

quique pererratam subductus Persida Tigris
deserit et longo terrarum tractus hiatu
reddit quaesitas iam non quaerentibus undas

1 subductus] subductis **GP** | **2** longo] longe **G**

Ex incertis libris

2

Sen. nat. quaest. 1, 5, 6: ut ait Nero Caesar disertissime:

colla Cytheriacae splendent agitata columbae

3 (spurium)

Pers. 1, 99–102:

torva Mimalloneis implerunt cornua bombis
et raptum vitulo caput ablatura superbo
Bassaris et lyncem maenas flexura corymbis
euhion ingeminat, reparabilis adsonat echo.

Schol. Pers. 1, 99: hi versus Neronis sunt .... hos versus, velut alii dicunt, ipse Persius finxit in aliorum imitationem, quorum scripta sonum grandem habent, sensum nullum.

1 Diom. GLK I 499 *sine poetae nomine* inflatur tibia *pro* implerunt cornua *scribens* || **4** adsonat echo *clausula Ov. met. 3, 507*

1 *hunc versum a Nerone scil. imitando expressum alicui Catulli sodali esse dandum suspicatus est Baehrens; Kißel 241 sq. spurios esse versus omnes probat*

4 (spurium)

PERS. 1, 93–95: claudere sic versum didicit:

'Berecynthius Attis'
et 'qui caeruleum dirimebat Nerea Delphin',
sic 'costam longo subduximus Appennino.'

SCHOL. Pers. 1, 93: dicit hos versus Neronis in haec nomina desinentes ...
Kißel 241 sq. spurios esse probat

5

SUET. vita Lucani p. 333 Hos.[3]: adeo ut quondam in latrinis publicis clariore cum crepitu ventris emissi (clariore cr. v. emisso *Ihm*) hemistichium Neronis magna consessorum fuga pronuntiaverit:

sub terris tonuisse putes

6

PLIN. nat. 37, 50: Domitius Nero in ceteris vitae suae portentis capillos quoque Poppaeae coniugis suae hoc nomine (*sc. sucini*) adoptaverat quodam etiam carmine:

sucinos

appellando.

7

TAC. ann. 15, 34: *cf. testimonia*

8

SUET. Nero 24: aurigavit quoque plurifariam, Olympiis vero etiam decemiugem, quamvis id ipsum in rege Mithridate carmine quodam suo reprehendisset.

TROICA

9

SERV. Verg. georg. 3, 36 (278 Th): Cynthium regem Troiae, quem in Troicis suis Nero commemorat.

10

SERV. Verg. Aen. 5, 370 (623 Th): sane hic Paris secundum Troica Neronis fortissimus fuit, adeo ut in Troiae agonali certamine superaret omnes, ipsum etiam Hectorem. qui cum iratus in eum stringeret gladium, dixit se esse germanum: quod adlatis crepundiis probavit, qui habitu rustici adhuc latebat.

Néraudau 2042 sqq.

Euripidis Alexandro fonte videtur usus esse Nero (Morel)

epigramma dubium in Anth. Lat. I 225 Sh.-B. CAESARIS. De libris Lucani

VERSVS POPVLARES IN NERONEM EIVSQUE SVCCESSORES

Courtney p. 479 sqq.

1

SUET. Nero 39: multa Graece Latineque proscripta aut vulgata sunt sicut illa:

quis negat Aeneae magna de stirpe Neronem?
  sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

2

ibidem:

dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus,
  noster erit Paean, ille Hecatebeletes.

3

ibidem:

Roma domus fiet: Veios migrate, Quirites,
  si non et Veios occupat ista domus.

4

SUET. Galba 6: a Gaio Caesare < ... in locum Gaetu>lici substitutus ... plaudentes inhibuit ... statimque per castra iactatum est:

disce, miles, militare: Galba est, non Gaetulicus.

[Aurel. Vict.] epit. 6, 3: hic ante sumptam dominationem multas provincias egregie administravit, militem severissime tractans, ita ut ingresso eo castra vulgaretur statim: 'disce ... Gaetulicus'.

H. Haffter, Interpretationen zur römischen Volkspoesie, Hermes 87, 1959, 91-102

versus: septenarius trochaicus

5

Suet. Otho 3: id satis visum, ne poena acrior mimum omnem divulgaret, qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit:

cur Otho mentito sit, quaeritis, exul honore?
uxoris moechus coeperat esse suae.

6

Suet. Dom. 23: ante paucos quam occideretur menses, cornix in Capitolio elocuta est ἔσται πάντα καλῶς, nec defuit qui ostentum sic interpretaretur:

nuper Tarpeio quae sedit culmine cornix
'est bene' non potuit dicere, dixit 'erit'.

7 (dubium)

Tert. apol. 35, 7: si pectoribus ad translucendum quandam specularem materiam natura obduxisset, cuius non praecordia insculpta adparent (apparerent *C. Becker*) novi ac novi Caesaris scenam congiario dividundo praesidentis, etiam illa hora qua adclamant:

de nostris annis tibi Iuppiter augeat annos

Courtney p. 482

tibi Iuppiter augeat *Harris*: augeat tibi Iuppiter ΦΩ

Ov. fast. 1, 613 (Iuppiter) augeat imperium nostri ducis, augeat annos *confert Rauschen*

sed fortasse versus omnino non est, cf. Acta fratrum Arvalium an. 213 et 218: CIL VI 2086, 17 et 2104, 36: de nostris annis augeat tibi Iuppiter annos

P. PAPINIVS STATIVS

(*40 – ca. 96*)

(Helm, R., RE XVIII 3, 1949, 984-1000 s.v. Papinius n. 8)

P. Papini Stati silvae rec. A. Marastoni, Lipsiae [2]1970, 130-134
Courtney, E., A commentary on the Satires of Juvenal, London 1980
–, p. 360

Bücheler, F., Coniectanea, RhMus 39, 1884, 283-285
Ercole, P., Stazio e Giovenale, Riv. Indo-Gr.-Ital. 15, 1931, 43-50
Tandoi, V., Per la comprensione del 'De bello Germanico' staziano muovendo dalla parodia di Giovenale, in: DMP II 223-234

Opera:
cf. Stat. silv. 3, 5 et 5, 3; Iuv. 7, 82 – 87

DE BELLO GERMANICO

Georgius Valla ad Iuv. 4, 94 (Schol. Iuv. p. 61 W.): Acilius Glabrionis filius consul (*a. 91*) sub Domitiano fuit, Papinii Statii carmine de bello Germanico, quod Domitianus egit, probatus:

lumina: Nestorei mitis prudentia Crispi
et Fabius Veiento – potentem signat utrumque
purpura, ter memores implerunt nomine fastos –
et prope Caesareae confinis Acilius aulae.

Courtney, Iuv. 195
1 'lumina *ex prioribus pendet' Baehrens*

SVLPICIA

(*aetate Domitiani*)

(Fluß, M., RE IV A 1, 1931, 880-882 s.v. Sulpicia n. 115)

Courtney p. 361

Cazzaniga, I., Il frammento di Sulpicia, Orazio Ep. XII e Tertulliano, Apol. 46, 10, RFIC 95, 1967, 295-300

Mattiacci, S., Castos docet et pios amores ... ovvero la poesia d'amore secondo l' "altra" Sulpicia, Invigilata lucernis 21, 1999, 215-241
Merriam, C.U., The other Sulpicia, ClW 84, 1991, 303-305
Parker, H.N., Other remarks on the other Sulpicia, ClW 86, 1992, 89-95
Waterhouse, W.C., The words of the second Sulpicia, ClW 87, 1993, 51

TESTIMONIA:

MART. 10, 35, 18 sqq.: Omnes Sulpiciam legant puellae,/ uni quae cupiunt viro placere;/ omnes Sulpiciam legant mariti,/ uni qui cupiunt placere nuptae./ non haec Colchidos adserit furorem ... (8) sed castos docet et probos amores,/ lusus, delicias facetiasque./ cuius carmina qui bene aestimarit,/ nullam dixerit esse nequiorem,/ nullam dixerit esse sanctiorem. (15) hac condiscipula vel hac magistra / esses doctior et pudica, Sappho./ sed tecum pariter simulque visam / durus Sulpiciam Phaon amaret./ frustra: namque ea nec Tonantis uxor / nec Bacchi nec Apollinis puella / erepto sibi viveret Caleno.

id. 10, 38: O molles tibi quindecim, Calene,/ quos cum Sulpicia tua iugales / indulsit deus et peregit annos.

AUSON. cento nupt. 4: meminerint autem, quippe eruditi, prurire opusculum Sulpiciae, frontem caperare.

SIDON. c. 9, 260: non Gaetulicus hic tibi legetur,/ non Marsus, Pedo, Silius, Tibullus,/ non quod Sulpiciae iocus Thaliae / scripsit blandiloquum suo Caleno.

PROBVS VALLAE (SCHOL. Iuv. 6, 537 cadurco, p. 108 W. adn.): est instita qua lectus intenditur. unde ait Sulpicia:

si me cadurci restitutis fasciis
nudam Caleno concubantem proferat

FRAGM. BOB. GLK VII 544 *ad Iuv. 6, 537*: cadurcum fascem lecti

Sulpicia: si me *Buecheler*: Sulpicius ne *Valla*: Sulpicia ne me *Pithoeus* || **1** cadurci *Muncker*: cadurcis *Valla*: cadurcus *Russell*: cadurcum *Waterhouse* | restitutis] dissolutis *Buecheler*: destitutam *Pithoeus* || **2** nudam Caleno concubantem *Pithoeus*: nudum C. concubentem *Valla*: consubantem *Cazzaniga* | proferat] proferas *Muncker*

versus: trimeter iambicus

Sulpicia optat, ut sibi lectus genialis aliqua de causa turbatus restituatur.

Calenus Sulpiciae maritus erat, v. ex. gr. RE III 1351.

Sulpiciae conquestio de statu rei publicae et temporibus Domitiani, *quae in cod. Bobiensi Vat. Lat. 2836 memoriae traditur, saec. IV vel V. conscripta*

est; cf. H. Fuchs, Das Klagelied der Sulpicia über die Gewaltherrschaft des Kaisers Domitian, in: Discordia Concors, Fs. E. Bonjour, Basel 1968, 31-47; Giordano Rampioni, A., Sulpiciae conquestio (P. Bob. 37), Bologna 1984

TVRNVS

(*aetate Domitiani*)

(Frank, E., RE VII A 2, 1948, 1413 sq. s.v. Turnus n. 3)

Courtney p. 362 sq.

Baldwin, B., Turnus the Satirist, Eranos 77, 1979, 57-60
Bardon II 225 sq.
Caviglia, F., Enciclopedia Virgiliana 5, Roma 1990, 336 sq. s.v. Turno
Coffey, M., Turnus and Juvenal, BICS 26, 1979, 88-94
Duret² 3178-3181
Tandoi, V., I due frammenti di Turno poeta satirico, in: Studi di poesia latina in onore di A. Traglia, Roma 1979, II 801-831
–, DMP I p. X
Traina, Suppl. Morel. 48
Verdière, R., Considérations sur trois poètes de la latinité d'argent: Iulius Cerialis – Turnus – Arruntius Stella, Eos 76, 1988, 315-323

VITA:

SCHOL. VALL. Iuv. sat. 1, 20: ut Probus exponit, Turnum dicit Scaevi Memoris tragici poetae fratrem. Turnus hic libertini generis ad honores ambitione provectus est potens in aula Vespasianorum Titi et Domitiani. vel Lenium dicit, quia et ipse satiras scripsit. vel Silium et ipsum sui temporis satiricum. qui omnes, ut Probus refert, ex Aurunca fuerunt.

OPERA:

MART. 7, 97, 7: nam me diligit ille (*sc.* Caesius Sabinus) proximumque / Turni nobilibus legit libellis.

MART. 11, 10: contulit ad saturas ingentia pectora Turnus./ cur non ad Memoris carmina? frater erat.

RUTIL. NAM. 1, 603: huius vulnificis satira ludente Camenis / nec Turnus potior nec Iuvenalis erit.

SIDON. c. 9, 266: non Turnus (*sc.* hic tibi legetur)

JOH. LYDUS de mag. 1, 41: Τοῦρνος δὲ καὶ Ἰουβενάλιος καὶ Πετρώνιος αὐτόθεν τοῖς λοιδορίαις ἐπεξελθόντες τὸν σατυρικὸν νόμον παρέτρωσαν.

SATVRA

1

Schol. Iuv. 1, 71: Lucusta quaedam fuit in Galliis matrona venefica quam Nero exhibuit ad se propter venena conficienda, quoniam magnae famae erat. quam etiam in familiaritate sua habuit, ut etiam eum doceret venena miscere. inde ait Turnus in satura:

ex quo Caesareas suboles Lucusta cecidit,
horrida cura sui verna † nota Neronis

Probus Vallae: Locusta cecidit / horrendum curas dum liberat atra Neronis (*fortasse ex Vallae coniectura natum*)

1 ex … cecidit] qua caesareas soboles horrida locusta occidit **P** || **2** verna] et vernacula *Buechner*: tutelaque *Tandoi*

2

Serv. Verg. Georg. 3, 325: Turnus (**A**: tornus *Caroliruh.*: urnus **H**: nocturnis PVM, *Schol. Bern. p. 273 Hagen*):

et matutinis lucentes roribus herbae

Duret[2] 3217; Traina, Suppl. Morel. 48
matutinis] nocturnis **PVM**, *Schol. Bern. p. 273 Hagen*
Turno abiudicat Verdière

L. VERGINIVS RVFVS

(*14 – 97*)

(Hanslik, R. – Schuster, M., RE VIII A 2, 1958, 1536-1543 s.v. Verginius n. 27)

Courtney p. 364

Vita:
Dio Cass. 68, 2, 4: (*Nerva*) τὸν δὲ Ῥοῦφον τὸν Οὐεργίνιον, καίπερ πολλάκις αὐτοκράτορα ὀνομασθέντα, οὐκ ὤκνησεν ὑπατεύσας (*a. 97*) συνάρχοντα προσλαβεῖν.

Opera:
cf. Plin epist. 2, 1; 5, 3, 5; 9, 19, 1.

Plin. epist. 6, 10, 4: at ille (*sc.* Rufus) mandaverat caveratque, ut divinum illud et immortale factum versibus inscriberetur:

hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam
  imperium adseruit non sibi sed patriae.

cf. Plin. epist. 9, 19, 1

SENTIVS AVGVRINVS

(*aetate Traiani*)

(Klotz, A., RE II A 2, 1923, 1511 s.v. Sentius n. 8)

Courtney p. 365 sq.

Bardon II 222
Dahlmann, H., Die Hendekasyllaben des Sentius Augurinus, Gymnasium 87, 1980, 167-177
Pieri, B., Poesia e amicizia in un epigramma di Senzio Augurino (Plin. Epist. IV 27,4), Eikasmos 6, 1995, 191-202

Testimonium:

Plin. epist. 4, 27, 1: audivi recitantem Sentium Augurinum cum summa mea voluptate, immo etiam admiratione. poematia appellat. multa tenuiter, multa sublimiter, multa venuste, multa tenere, multa dulciter, multa cum bile.

Plin. 9, 8: C. Plinius Augurino suo s. ... omnia scripta tua pulcherrima existimo, maxime tamen illa de nobis.

Plin. epist. 4, 27, 3: nam lemma sibi sumpsit (*sc.* Augurinus), quod ego interdum versibus ludo ... et iam explicui:

canto carmina versibus minutis,
his olim quibus et meus Catullus
et Calvus veteresque, sed quid ad me?
unus Plinius est mihi priores.
mavolt versiculos foro relicto
et quaerit quod amet putatque amari.
ille o Plinius, ille quot Catones!
i nunc, quisquis amas, amare noli!

Pieri

4 priores **βγ**: prioris **α** || **5** mavolt **BF**: mavult *cett.* || **6** putatque] iuvatque **V**: probatque *Casaubonus*: petatque *Baehrens:* petitque *propos. Courtney* | amari **γ**: amare **αβ** || **7** ille o **αγ**: ille **BF** || **8** quisquis amas **αγ**: quisquis sapias **F**: quisquis apias **B**: qui sapias *Aldina 1508*

versus: hendecasyllabus

C. PLINIVS CAECILIVS SECVNDVS

(*61/2 – post 112*)

(Schuster, M., RE XXI 1, 1951, 439-456 s.v. Plinius (d.J.) n. 6)

Courtney p. 367 sqq.

Auhagen, U., Lusus und Gloria – Plinius' Hendecasyllabi (Epist. 4,14; 5,3 und 7,4), in: Castagna, L. - Lefèvre, E., Plinius der Jüngere und seine Zeit, Beitr. z. Altert.k. 187, 2003, 3-14

Steinmetz[1] 296-299

Opera poetica:

Plin. epist. 9, 11, 2: bybliopolas Lugduni esse non putabam ac tanto libentius ex litteris tuis cognovi venditari libellos meos, quibus peregre manere gratiam quam in urbe collegerint delector.

id. 4, 14, 2: accipies cum hac epistula hendecasyllabos nostros, quibus nos in vehiculo, in balineo, inter cenam oblectamus otium temporis. 3 his iocamur, ludimus, amamus dolemus, querimur, irascimur, describimus aliquid modo pressius, modo elatius, atque ipsa varietate temptamus efficere, ut alia aliis, quaedam fortasse omnibus placeant. 4 ex quibus tamen si nonnulla tibi petulantiora paulo videbuntur, erit eruditionis tuae cogitare summos illos et gravissimos viros, qui talia scriperunt, non modo lascivia rerum, sed ne verbis quidem nudis abstinuisse; quae nos refugimus, non quia severiores (unde enim?), sed quia timidiores sumus. *cf. 8 sq.*

id. 7, 4, 7: transii ad elegos, hos quoque non minus celeriter explicui; addidi alios super alios facilitate corruptus. deinde in urbem reversus sodalibus legi; probaverunt. (8) inde plura metra, si quid otii ac maxime in itinere, temptavi. postremo placuit exemplo multorum unum separatim hendecasyllaborum volumen absolvere, nec paenitet. (9) legitur, describitur, cantatur etiam et a Graecis quoque, quos Latine huius libelli amor docuit, nunc cithara, nunc lyra personatur.

id. 9, 16, 2: devehemus tamen pro novo musto novos versiculos tibique iucundissime exigenti, ut primum videbuntur defervisse, mittemus.

id. 8, 21, 4: liber fuit et opusculis varius et metris. ita solemus, qui ingenio parum fidimus, satietatis periculum fugere. recitavi biduo, hoc adsensus audientium exegit.

Auson. cento nupt. 4: meminerint autem, quippe eruditi, probissimo viro in poematis lasciviam, in moribus constitisse censuram.

1

Plin epist. 7, 4, 3: legebantur in Laurentino mihi libri Asini Galli de comparatione patris et Ciceronis; incidit epigramma Ciceronis in Tironem suum ... id ipsum, quod me ad scribendum sollicitaverat, his versibus exaravi:

cum libros Galli legerem, quibus ille parenti
ausus de Cicerone dare est palmamque decusque,
lascivum inveni lusum Ciceronis et illo
spectandum ingenio, quo seria condidit et quo
humanis salibus multo varioque lepore
magnorum ostendit mentes gaudere virorum.
nam queritur, quod fraude mala frustratus amantem
paucula cenato sibi debita savia Tiro
tempore nocturno subtraxerit. his ego lectis
'cur post haec' inquam 'nostros celamus amores
nullumque in medium timidi damus atque fatemur
Tironisque dolos, Tironis nosse fugaces
blanditias et furta novas addentia flammas?'

2 ausus] rursus **α**: plausus *Pontanus* | dare est *Casaubonus*: daret *codd.* || **3** inveni lusum **M**: invenit usum **γ** || **11** nullumque] nullique *Casaubonus* || **12** fugaces] fugacis *cod. Paris. lat. 8620*

2

Plin. epist. 7, 9, 10: atque adeo (cur enim te ad versus non versibus adhorter?):

ut laus est cerae, mollis cedensque sequatur,
  si doctos digitos iussaque fiat opus,
et nunc informet Martem castamve Minervam,
  nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum,
utque sacri fontes non sola incendia sistunt,

saepe etiam flores vernaque prata iuvant:
sic hominum ingenium flecti ducique per artes
non rigidas docta mobilitate decet.

2 fiat **Mγ**: fingat **θ** || **6** iuvant **α**: lavant (*corr. in* levant **γ**) **γο**: luant **x** || **8** rigidas docta **Mγ**: rigida doctas *Baehrens*

Plinii carmina rell. in Anth. Lat. 710 R. = PLM IV 112

PASSENNVS PAVLVS

(*aetate Traiani*)

(Ziegler, K., RE XVIII 4, 1949, 2094, s.v. Passennus Paulus)

Courtney p. 371

Bardon II 228
Hiltbrunner, O., Prisce, iubes, ZRG 96, 1979, 31-42

Opera:
Plin. epist. 6, 15, 1: Passennus Paulus ... scribit elegos, gentilicium hoc illi; est enim municeps Properti atque etiam inter maiores suos Propertium numerat.

id. epist. 9, 22, 1: (Passennus Paulus) vir est optimus, honestissimus, nostri amantissimus; praeterea in litteris veteres aemulatur, exprimit, reddit, Propertium in primis, a quo genus ducit. ... (2) si elegos eius in manus sumpseris, leges opus tersum, molle, iucundum et plane in Properti domo scriptum. nuper ad lyrica deflexit, in quibus ... Horatium ... effingit.

Plin. epist 6, 15, 2: is cum recitaret, ita coepit dicere:

Prisce, iubes.

ad hoc Iavolenus Priscus (aderat enim ut Paulo amicissimus): ego vero non iubeo.

Hiltbrunner; Traina, Suppl. Morel. 49
versus: pars distichi elegiaci

L. ANNAEVS FLORVS

(*aetate Hadriani*)

(Marx, F., RE I 2, 1894, 2266-2268 s.v. Annius n. 47, et O. Rossbach, RE VI 2, 1907, 2769 s.v. Florus n. 9)

L. Annaei Flori quae exstant ed. E. Malcovati, Roma 1938, ²1972
Florus, Oeuvres. Texte établi et trad. par P. Jal, Paris 1967
Epitome e frammenti di L. Anneo Floro a cura di J.G. Deangeli, Torino 1969
FNP ed. Mattiacci
Flori Carmina, Introduzione, testo critico e commento a cura di C. Giovine, Bologna 1988
Courtney p. 375 sqq.

Baldwin, B., An anthology of later Latin Literature, Amsterdam 1987, 3 et 8-19
Bolisani, E., Quel che rimane della poesia di Floro, uno dei neoterici o novelli dell'età adrianea, AIV 122, 1963–1964, 47-70
Clausen, W., Silva coniecturarum, AJPh 76, 1955, 47-62
Di Giovine, C., 'Ego nolo Caesar esse': ancora sugli anacreontei di Floro, RFIC 129, 2001, 241-250
Fein, S., Die Beziehungen der Kaiser Trajan und Hadrian zu den litterati, Beitr. z. Altert.w. 26, 1997, 99-102
Garzetti, A., Floro e l'età adrianea, Athenaeum 42, 1964, 136-156
Havas, L., Florus et Hadrien, Acta antiqua Acad. Scient. Hungaricae 39, 1999, 137-145
–, Un pseudo-triomphe d'Hadrien aux frontières d'après Florus, Acta antiqua Acad. Scient. Hungaricae 40, 2000, 175-184
Holzhausen, J., Hadrians νοῦς und seine animula, RhMus 143, 2000, 96-109
Lebek, W.D., Florus und Hadrian: Ego nolo Caesar esse, WSt 114, 2001, 419-442
Mattiacci, S., Per l'esegesi della poesia novella: postille e nuovi contributi, in: DMP I 162 sq.
Steinmetz² 274

OPERA:

FLOR. Verg p. 184, 4 Rossbach: nec urbem illam revisis, ubi versus tui a lectoribus concinuntur et in foro omni clarissimus ille de Dacia triumphus exultat.

Char. 66 B (53 K): Annius Florus ad divum Hadrianum ‘poematis dilector’.

id. 157 B (123 K): Florus ad divum Hadrianum ‘quasi de Arabe aut Sarmata manubias’.

SHA Hadr. 16, 3 (I 17 Hohl): Floro poetae scribenti ad se:

Ego nolo Caesar esse,
ambulare per Britannos,
<latitare per> < … >
Scythicas pati pruinas.

rescripsit (*sc.* Hadrianus) …

2 ambulare *codd., Di Giovine, cf. SHA Hadr. 10, 4 cum etiam vicena milia pedibus armatus ambularet; 26, 2 equitavit ambulavitque plurimum; Veget. 1, 27, 1:* amblare *Casaubonus adprobb. Mueller, Baehrens, Mattiacci* | Britannos *edd.*: brittanos *codd.*: brittannos **B**^{3} || **3** *lacunam unius versus ex Hadriani resp. statuit Jahn*: <latitare per> *add. Gemoll* | <Sabaeos> *Clausen*: <Sugambros> *Steinmetz, Unters. 299 n. 15, Di Giovine:* <Pelasgos> *Soubiran, Rev. Phil. 53, 1984, 131*: <Syriscos> *Baldwin*: <Batavos> *A. Birley, Hadrian 1997, 143* | **2-3** ambulare per <Petraeos / latitare per > Britannos *susp. Courtney* : ambul<are per Batauos,/ equit>are per Britannos *Lebek* || **4** pruinas **P**^{2}**B**^{2}: ruinas **PBΣ**

versus anacreontius

Flori carmina rell. in Anth. Lat. I 75; 238-246 Sh.-B.

ad tetrametros trochaicos Floro attributos cf. Anth. Lat. I^2 *ed. A. Riese, Lipsiae 1906, 200*

HADRIANVS IMPERATOR

(*76 – 138*)

(v. Rohden, P., RE I 1, 1894, 493-520 s.v. Aelius n. 64)

FPN ed. Mattiacci
Courtney p. 375, 383 sqq.; idem 372-374 de poetis, qui vocantur, novellis
Andreoni, E., Animula vagula blandula. Il mito dell’anima e i suoi echi nel tempo, Aufidus 26, 1995, 7-27
–, Animula vagula blandula: Adriano debitore di Plutarco, QUCC 84, 1997, 59-69

Baldwin, B., Hadrian's farewell to life. Some arguments for authenticity, ClQ 20, 1970, 372-374
Baldwin, B., An anthology of later Latin Literature, Amsterdam 1987, 1-7
Bardon II 234
Bardon, H., Les empereurs et les lettres latines d'Auguste à Hadrien, Paris 1968, 393-424
Barnes, T.D., Hadrian's farewell to life, ClQ 18, 1968, 384-386
Beylsmit, J.J., Meer over Hadrianus' levensafscheid en andere verzen, Hermeneus 38, 1967, 205-208
Borzsák, S., Zum Hadriansgedicht Animula vagula blandula, Acta Class. Debrec. 4, 1968, 101-105
Fein, S., Die Beziehungen der Kaiser Trajan und Hadrian zu den litterati, Beitr. z. Altert.w. 26, 1997, 99-102
Gallavotti, C., Animula nudula, Maia 23, 1971, 297-302
Griffiths, J.G., Hadrian's Egyptianizing Animula, Maia 36, 1984, 263-266
Hemelrijck, W. van, Hadrianus' Animula, Hermeneus 38, 1967, 174 sq.
Herrmann, A., La réplique d'Hadrien à Florus, Latomus 9, 1950, 385-387
Hollstein, H., Ein Gedicht Hadrians, RhMus 71, 1916, 406-414
Janoušek, Animula vagula blandula, Příspevek k interpretaci básne, Zprávy jednoty klasickych filologu 26, 1984, 49-51
Kraggerud, E., Hadrian's animula vagula. Diagnosis and interpretation, SO 68, 1993, 72-95
Mariotti, I. Animula vagula blandula, in: Studia Florentina A. Ronconi oblata, Roma 1970, 233-249
Mattiacci, S., Per l'esegesi della poesia novella: postille e nuovi contributi, in: DMP I 164-166
Steinmetz[1] 299-307; id.[2] 272 sq.
Tandoi, DMP II p. X sq.

VITA:

SHA Hadr. 14, 8: fuit enim poematum et litterarum nimium studiosissimus. arithmeticae, geometriae, picturae peritissimus. iam psallendi et cantandi scientiam prae se ferebat.

SHA Hadr. 15, 10: et quamvis esset oratione et versu promtissimus et in omnibus artibus peritissimus, tamen professores omnium artium semper ut doctior risit, contempsit, obtrivit. cum his ipsis professoribus et philosophis libris vel carminibus invicem editis saepe certavit.

Ps. Aur. Vict. epit. 14, 7: acer nimis ad lacessendum pariter et respondendum seriis ioco maledictis; referre carmen carmini, dictum dictui, prorsus ut meditatum crederes adversus omnia.

OPERA:

DIO CASS. 69, 3, 1 (3 p. 224 Boiss.): φύσει δὲ φιλόλογος ἐν ἑκατέρᾳ τῇ γλώσσῃ. καί τινα καὶ πεζὰ καὶ ἐν ἔπεσι ποιήματα παντόδαπα καταλέλοιπε.

SHA Hadr. 14, 7: et Graeci quidem volente Hadriano eum (*sc.* Antinoum) consecraverunt oracula per eum dari adserentes, quae Hadrianus ipse conposuisse iactatur ... (9) et de suis dilectis multa versibus conposuit.

id. 16, 2: (Hadrianus) Catacannas libros obscurissimos Antimachum imitando scripsit.

1

SHA Hadr. 16, 4 (I 17 Hohl): (Hadrianus) Floro poetae scribenti ad se (*cf. Flori fragm.*) rescripsit:

Ego nolo Florus esse,
ambulare per tabernas,
latitare per popinas,
culices pati rutundos.

Herrmann; Mattiacci 162 sqq.

2 ambulare] amblare *Casaubonus adprob. Mattiacci* || **3** *vers. del. A. Spengel* || **4** culices **P**[1]**B**: calices **ΣP** *corr.* | rutundos **P**[1]: rotundos **ΣP** *corr.*

versus anacreontius

2

APUL. apol. 11: Divus Adrianus cum Voconi amici sui poetae tumulum vorsibus muneraretur, ita scripsit:

lascivus versu, mente pudicus eras

quod numquam ita dixisset, si forent lepidiora carmina argumentum impudicitiae habenda. ipsius etiam divi Hadriani multa id genus legere me memini.

3

SHA Hadr. 25, 9 (I 27 Hohl): et moriens quidem hos versus fecisse dicitur:

Animula vagula blandula,
hospes comesque corporis,
quae nunc abibis in loca

pallidula rigida nudula
nec ut soles dabis iocos.

Andreoni; Barnes; Borszák; Gallavotti; Griffiths; Hemelrijck; Janoušek; Kraggerud; Mariotti; Mattiacci 166 sq.

3 quae ... loca **P**, *unde* quae ... loca *Hohl in textu*, quos ... locos *in app. crit.*: quo ... loco **Σ**: quae ... locos *Immisch, ut* loci = *sepulchra sint*: quo ... locos *Steinmetz*: quo nunc abibis? in loca *Mariotti* | **3-4** loca *tenendum et cum* pall. rig. *coniungendum putat Buechner*: *cum* pall. rig. nud. *Immisch, Schuster, Shackleton-Bailey, Gnomon 57, 1985, 374*: pallidula nudula *coniungendum cum* animula, rigida *cum* loca putat *Gallavotti*: pall. rig. nud. *fluctuare inter* loca et animulam *putat Janoušek*

versus: dimeter iambicus

Hadriani carmina rell. genuina et dubia in PLM IV 123–127 Baehr.; CIL XII 1122 = CLE 1522; cf. Courtney p. 384

de eius carminibus Graecis cf. v. Rohden, RE I 1, 1894, 495

ANNIANVS

(*cos. suff. 146; amicus A. Gellii*)

(v. Rohden, P., RE I 2, 1894, 2258 sq., s.v. Annianus n. 1; Hanslik, R., RE Suppl. 12, 1970, 87 s.v. Annianus n. 1)

FPN ed. Mattiacci
Castorina[2] 135-163
Courtney p. 387 sqq.

Bardon II 236
Beck, J.-W., Annianus, Septimius Serenus und ein vergessenes Fragment, Ak. Wiss. u. Lit. Mainz, 1994, 4
Cameron, A., Poetae Novelli, Harvard Stud. in ClPh. 84, 1980, 142.166
Holford-Strevens, L., Varia Gelliana et Annianum, LCM 14, 1989, 151-153
Nosarti, L., Questioni metriche, in: Munzi, L., Problemi di edizione e di interpretazione nei testi grammaticali latini, Roma 1994 (= Aion 14, 1992), 65-101
Steinmetz[1] 314-319; id.[2] 279-281

VITA:

GELL. 6, 7, 1: Annianus poeta praeter ingenii amoenitates litterarum quoque veterum et rationum in litteris oppido quam peritus fuit et sermocinabatur mira quadam et scita suavitate.

id. 9, 10, 1: Annianus poeta et plerique cum eo eiusdem Musae viri summis adsiduisque laudibus hos Vergilii versus ferebant (*Verg. Aen. 8, 404–406*).

id. 20, 8, 1: Annianus poeta in fundo suo, quem in agro Falisco possidebat, agitare erat solitus vindemiam hilare atque amoeniter.

OPERA:

AUSON. cento nupt. 4 (218 P., 146 Sch., 139 Gr.): quid Anniani Fescenninos, quid antiquissimi poetae Laevii Erotopaegnion libros loquar?

MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 122: metrum, quod Graeci calabrion appellant, informatur usurpatum a pastoribus Calabris, qui decantare res rusticas his versibus solent. quod genus metri Annianus Faliscum carmen inscribit, tamquam 'carmina per varios dare modos.'

CARMINA FALISCA

1

TER. MAUR. GLK VI 379, v. 1813 sqq.: anapaestica dulcia metra / ... atque ille poeta Faliscus / cum ludicra carmina pangit:

uva, uva sum et uva Falerna:
et ter feror et quater anno.

1 uva uva sum et] uva una, set *L. Mueller*
versus: paroemiacus
Anniano dedit Lachmann, cf. Gell. 20, 8, 1 cf. testim.

2

TER. MAUR. GLK VI 379, v. 1820: libro quoque dixit eodem:

undae unde colonus Eoae?
a flumine venit Oronti.

MAR VICTOR. (Aphton.) GLK VI 123: inde intellegi datur ex huius modi anapaesticis carmen illud Faliscum, quod constat ex spondeo, duobus anapaestis et syllaba esse compositum: 'unde ... Oronti' ultima catalectica superfluente syllaba.

1 undae unde *Camerarius et Lachmann*: unde unde **M**, *defendit L. Mueller, Holford-Strevens*: undae *om. Mar. Victor. GLK VI 123 codd.* | Eoae *codd., Holford-Strevens*: Eoi *Micyllus* || unde unde colonus? Eoi *L. Mueller, Soubiran* || 2 Oronti] Orontae *Micyllus*

versus: paroemiacus

3

a) TER. MAUR. GLK VI 385, v. 1998: talia docta Falisca legimus:/ nam tibi notius hoc genus erit,/ carmine siquid ab hoc posuero:

quando flagella ligas, ita liga,
vitis et ulmus uti simul eant:
nam nisi sint paribus fruticibus,
umbra necat teneras Amineas.

SERV. Verg. Aen. 4, 291 (516 Th): sic Serenus: 'quando flagella ligas, ita liga'; cf. AUG. mus. 4, 30 (1–2); FRAG. BOB. GLK VI 623 (1) *sine auct. nom.*; MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 122 *Septimio Sereno tribuit (1–2) ut Serv., Bardon, Beck*

1 ligas, ita liga *Mar. Victor., Serv. Augustin., adprob. Mattiacci*: iugas, ita iuga *Ter. Maur.*

versus: tetrameter dactylicus miurus

b) PRISC. GLK III 420 (= *Iuba fr. 149*): attende Iubam quoque scire inveniri quosdam iambos, in quibus secundus et quartus absque observatione ponitur, quos κακομέτρους vocat. idem in octavo 'qui ergo confuderunt et multiformiter coniugaverunt hoc genus versuum, omnibus in locis indifferenter trochaeos aut pro spondeis aut pro dactylis posuerunt, et est haec quoque vitiosa confusio, ut:

si qua flagella iugabis, ante putare decet,
ne resoluta et vidua ulmis et ornis
agri discidium dare Nysia rura queant.'

Beck; Nosarti

versus: **1** *duo dactyli, trochaeus, dactylus, choriambus*; **2** *duo ionici a minore, baccheus*; **3** *hexameter dactylicus catalecticus*

Anniano tribuit Beck

4
VERSVS ANNIANO ATTRIBVTVS

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 123: alteram Faliscorum carminum speciem ita digestam, ut e tribus dactylis et iambo ultimo ordinata subsistat, velut:

pergat amica Venus modo iocis

versus: tetrameter dactylicus miurus (modŏ)
Anniani esse editoribus videtur

GELLII AMICVS IGNOTVS

Courtney p. 395 sq.

Baldwin, B., An anonymous Latin poem in Gellius, Arctos 13 1979, 5-13
Bernardi Perini, G., L'autore dell'incerti odarium (p. 139 Morel) e l'amicus di Gellio, in: Atti e memorie Acc. Patavina 82, 1969–70, 15-34
Brakman, C., Miscella quarta, Leiden 1934, 33
Dahlmann, H., Ein Gedicht des Apuleius? (Gellius 19,11), Ak. Wiss. u. Lit. Mainz, 1979, 8
Mattiacci, S., L'odarium dell'amico di Gellio e la poesia novella, DMP III 194-208
Steinmetz[1] 334-336

Gell. 19, 11: Platonis ... τὴν ψυχὴν Ἀγάθωνα φιλῶν ἐπὶ χείλεσιν ἔσχον· ἦλθε γὰρ ἡ τλήμων ὡς διαβησομένη (*Anth. Gr. V. 78 = Diog. L. 3, 32*). hoc δίστιχον amicus meus οὐκ ἄμουσος adulescens in plures versiculos licentius liberiusque vertit ... subdidi:

dum semihiulco savio
meum puellum savior
dulcemque florem spiritus
duco ex aperto tramite,
animula <et> aegra et saucia
cucurrit ad labeas mihi,
rictumque in oris pervium
et labra pueri mollia
rimata itineri transitus,
ut transiliret nititur,

tum si morae quid plusculae
fuisset in coetu osculi,
Amoris igni percita
transisset et me linqueret,
et mira prorsum res foret
ut fierem ad me mortuus,
ad puerum <ut> intus viverem.

Macrob. sat. 2, 2, 17: 'dum ... viverem'; cod. Vat. lat. 2812 (*cf. Knoche*[1] *695*)

1 dum ... savio] idem ipse mihi vicos avio **Fδ** | semihiulco *Scriverius*: semiulco **γ** *Macrob.* || **2** meum **FG**: meo **δ** | savior *Macr.*: suavior **ω** || **5** animula <et> *Brakman*: anima *codd.*, *Macrob.*: animula *Carrio*: <tunc> animula *Courtney*: <en> animula *Russell*: anima <mea> *Hertz*: a. <male> *Hosius* | aegra <amore> *Camerarius* || **6** cucurrit **ΠN** *Macrob.*: currit **FOXδ**: concurrit *Vat. Lat. 2812* || **7** rictumque **γ**: luctumque **Fδ** || **10** ut transiliret] ut transire *Macrob.*: vi transilire *Havet* || **11** plusculae] plusculum *Vat. lat. 2812* || **15** foret *ed. Macrob., Colon. 1521*: moveret **ω**: fieret **X**[2] *Macrob.* || **16** fierem ad me *L. Mueller*: ad me fierem *codd.*: ipse fierem *Baehrens* || **17** <ut> *add. Scaliger*: puerulum *Hertz*: at pucrulo *tempt. Hosius*

versus: dimeter iambicus

Apuleio attribuerunt Dahlmann et Courtney, p. 395 sq.

ALFIVS AVITVS

(*aetate Hadriani vel posterior*)

(v.Rohden, P., RE I 2, 1894, 1475 s.v. Alfius n. 4, cf. CIL III 10436)

FPN ed. Mattiacci
Courtney p. 403 sq.

Castorina[2] 191-204
Dahlmann[2] 54-60
Mattiacci, S., Per l'esegesi della poesia novella: postille e nuovi contributi, in: DMP I 162 sq.
Steinmetz[1] 329-333

Opera:

Ter. Maur. GLK VI 398, v. 2448: ut pridem Avitus Alfius / libros poeta plusculos / usus dimetro perpeti / conscribit excellentium.

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 137: quo dimetro ... apud nos metro continuo Alfius Avitus libros rerum excellentium fecit.

LIBRI EXCELLENTIVM

Liber I

1

Prisc. GLK II 134 *in adnot.*: Alpheus tamen Avitus in I excellentium 'Curis' posuit pro 'Quiris':

marite, si sanguis Curis,
Sabina si caedes placet,
in me, oro, convertas manus.

Mattiaci 172
2 caedes *Bondamus*: cedes *vel* sedes *codd.*
versus: dimeter iambicus
cf. Liv. 1, 13, 3 (*de mulieribus Sabinis*): in nos vertite iras

Liber II

2

Prisc. GLK II 426: in o supina tam corripiunt quam producunt auctores ... Alphius Avitus in II excellentium:

tum litterator creditos
ludo Faliscum liberos
causatus in campi patens
exteraque muri ducere
spatiando paulatim trahit
hostilis ad valli latus

v. 5 Prisc. GLK II 409 *et* GLK III 233

1 litterator *in rasura* **H**: lit(t)eratus **GLK** | creditos *Schott*: creditus (-tur **D**) *codd.* || **4** exteraque muri *Lachmann*: ex utraque **GL**: extraque *cett. codd.*: extra murique **H**

5 *cf. Liv. 5, 27, 2* (*ubi historiola tota narratur*): modo brevioribus modo longioribus spatiis trahendo
versus: dimeter iambicus

3

Prisc. GLK II 591 (*tute*): Alphius Avitus in II excellentium:

seu tute malis hospites
seu tute captivos, habes.

1 malis hospites] mavis obsides *Valesius, Mattiacci* || **2** habes *Schott*: habe *Valesius*

versis: dimeter iambicus

alius Alfius poeta octo epigrammatum Anth. Lat. 16-23 Sh.-B.

MARIANVS

(*aetate Hadriani ?*)

(Schanz – Hosius III § 513, 4, p. 25)

Cl. Salmasii Plinianae exercitationes ... Parisiis 1629, 6 sq.
Courtney p. 405

Bardon II 239
Barth, C., Adversariorum comm. libri X, Francofurti 1624, Lib. XX cap. II, col. 972
Castorina[2] 191-204
Gamberale, L., Il poeta Mariano. Un frammento di storia della filologia, in: Invigilanda lucernis, Riv. dell'Ist. di Lat., Bari 9, 1987, 45-61
Magioncalda, E., I 'Luperci' di Mariano, in: Argentea Aetas, in memoriam E. V. Marmorale, Genova 1973, 295-303
Mueller[1], L., De re metrica poetarum Latinorum, Lipsiae 1861, 103
Mueller[2], L., Cl. Rutilii Namatiani De reditu suo libri II. Acc. Hadriani Flori Apuleii Anniani Sereni aliorumque ... poetarum reliquiae, rec. L. M., Lipsiae 1870, 55.
Steinmetz[1] 333 sq.; id.[2] 294 sq.

LVPERCALIA

Philarg. Verg. ecl. 1, 19 (19 H): Roma et ante Romulum fuit et ab ea sibi nomen adquisivisse (sibi Romulus nomen adquisivit *Philarg. rec. II*) Marianus Lupercanorum (Lupercorum *rec. II LNP*[1]: lupercorum *P*[2]: Lupercaliorum *Ursinus 1587*) poeta sic ostendit:

sed diva flava et candida
Roma, Aesculapi filia,
nomen novum Latio facit,
quod conditricis nomine
ab ipso omnes Romam vocant

PVB. VIRG. MARONIS BVCOLICORVM ... ex BIBL. P. DANIELIS ..., Parisiis 1600, 3 D: Roma ante Romulum fuit et ab ea Romulus nomen adquisivit: sed ... vocantur: Marinus Lupercorum poeta dixit.

1 sed ... candida *Salmasius*: sed de flavo (flava *Philarg. rec. II*) et cano ita *Philarg rec. I et II*: sed de flava et candida *Filarg. Leid. Voss. F 79 (V) et Valenciennes Bibl. Municip. 394 (E), Serv. Dan.* || **2** Aesculapi filia *Philarg. rec. I et II*: Aesculapius Ilia *Serv. Dan.*: Ascani filia *Magioncalda* || **3** nomen novum *Laur. plut. 45, 14 et Paris. Lat. 7960*: novum nomen *Philarg. rec. I et II, Serv. Dan.* || **4** quod *Philarg*: tantum *Serv. Dan.*: quo *Barth* || **4–5** quod ... vocant] tamen conditoris [*vel* conditricis] nomine omnes Romani vocantur **EV** || **5** ab ... vocant *Philarg. rec. I*: quod ab ipso nomine o. R. v. *Philarg. rec. II*: omnes Romani vocantur *Serv. Dan.*: Romen ab ipso omnes vocant *Mueller*[1]: iam Romam a. i. o. v. *Mueller*[2]: Romam sub ipso o. v. *Morel*

1 *cf. Catull 68, 70*: mea ... candida diva
versus: dimeter iambicus, sed v. 5 omn- *syllaba longa pro brevi*

SEPTIMIVS SERENVS

(*aetate Hadriani vel posterior*)

(Diehl, E., RE II A, 1923, 2562 sq., s.v. Septimius 51 a)

FPN ed. Mattiacci (cf. J. Soubiran, RPh 58, 1984, 131-134)
Castorina[2] 164-190
Courtney p. 406 sqq.

Bardon II 262 sq.
Beck, J.-W. Annianus, Septimius Serenus und ein vergessenes Fragment, Ak. Wiss. u. Lit. Mainz, 1994, 4
Coppola, C., Analisi formale di Settimio Sereno in Aftonio, fr. 10 Morel, in: Gallo, I. (ed.), Miscell. Filol., Napoli 1986, 177-178
Cristóbal, V., Sobre dos versos de Septimio Sereno, Cuad. fil. clas. 18, 1983-84, 225-228
Dahlmann, H., Zu Septimius Serenus, RhMus 128, 1985, 353-358
Gamberale, L., Nota a Settimio Sereno, fr. 19 Mor., in: DMP II 278-281

Mattiacci, S., Per l'esegesi della poesia novella: postille e nuovi contributi, in: DMP I 162 sq.
Morelli, G., Due frammenti di Settimio Sereno in Aftonio, in: Studi Traglia II 895-897
Pieri, M. P., Settimio Sereno, frr. 16-17 Mor.: un epicedio?, Invigilata lucernis 21, 1999, 289-302
Steinmetz[1] 319-329
Zaffagno, E., Gli opuscula di Sereno, in: Argentea aetas. In memoriam E. V. Marmorale, Genova 1973, 273-294

Opera:

Ter. Maur. GLK VI 382, v. 1891: dulcia Septimius qui scripsit opuscula nuper.

id. v. 1988: syllaba praeterea numero (*sc. dactylico tetrametro*) superadditur isti; / non refert qualis, cum sit suprema futura: / hoc refert sane, brevis ut paenultima fiat, / ultima quae metro fuit hoc inventa Sereni.

Servius GLK IV 465: de Falisco. Faliscum constat tribus dactylis et pyrrhichio, ut est hoc: docta Falisca, Serene, reparas.

Manitius, M., Philologisches aus alten Bibliothekskatalogen, RhMus 47, 1892, Erg.-H., p. 77: Bibl. Katalog Bob(b)io s. X-XI (B. 32) 466 sq.: libros Septimi Sereni duos, unum de ruralibus, alterum de historia Troiana.

OPVSCVLA RVRALIA

Liber I

1

Non. 865 L (539 M): rica est quod nos sudarium dicimus ... Serenus Opusculo (-orum *L. Mueller*) lib. I:

aut zonulam aut ricam aut acum

Mattiacci 167 sqq.

zonulam **D**^{A}: zonula **LA**^{A}**B**^{A} | aut ricam aut acum *L. Mueller*: aut acum aut ricam *codd.*

versus: ricam aut acum: *cum L. Mueller Courtney dimetrum iambicum praefert* (*rīcam*)*:* acum aut ricam *defendit Mattiacci finem choliambici versus suspicata*

Liber II

2

Schol. Iuv. 4, 2: 'ad partes' quasi comoediae, quae multae sunt in una (*Buecheler*: eum **PS**: ea *Wessner*), aut 'ad partes' quasi convivii et † copulationis mensae. ita et Serenus (sesenus *codd.*) libro II ait:

non dignus, in quem debeam
saturam calente<m … >
ingerere ut ad <partes … >

Dahlmann[4] 67-70

2 calente<m> *L. Mueller*: calente *codd.* | *post* calente *suppl.* vividus *Baehrens,* viribus *Leo, uterque ex falsa lectione v.* **3** vi (*pro* ut) *profectus*: <ira trucem> *vel sim. propos. Courtney* || **3** ingerere ut ad *Baehrens*: ut ad ingerere **PS** | <partes> *ex lemmate Baehrens* | partes <eat> *Leo*: p. <vocem> *Baehrens, Mattiacci*

versus: dimeter iambicus

Ex incertis libris

3

Non. 86 L (61 M): occationis proprietas his indiciis aperitur. Varro de re rustica lib. I (31, 1): et postea occare, id est conminuere, ne sit gleba: quod ita occidunt, occare dictum. Serenus:

occatio occaecatio est

cf. Cic. Cato 51

versus: dimeter iambicus

4

Serv. ad Verg. Aen. 5, 116 (606 Th): nominativus 'remex', Serenus:

semiremex Hercules

hercules **LM**: erculis **FC**: hercule **NH**

versus: lecythion ?

5

Non. 331 L (223 M): sibilum neutro ut apud Serenum:

⟨˘ – ˘⟩ suave sibilum

suave] suaves $\mathbf{L}^1$

versus: finis dimetri iambici

6

Schol. Barth. Stat. Theb. 4, 502: quod inferis diis laeva manu immolaverint indicat, quod ad poculenta tamen solum intellegimus, ut scriptum est apud Serenum:

inferis manu sinistra
  immolamus pocula.
laeva quae vides Lavernae,
  Palladi sunt dextera.

1–2 *sine poetae nomine Lact. Plac. ad loc.* || manu sinistra] sinistra manu *Lact. Plac.*

versus: **1** *et* **3** *dimetri trochaici,* **2** *et* **4** *dimetri trochaici catalectici (lecythia), sed* **1–4** *duo septenarios trochaicos putat Mattiacci*

7

Diom. GLK I 518: Serenus mirum comma huius modi fecit in his versiculis:

pusioni meo
septuennis cadens

Dahlmann 353 sq.; Mattiacci 170 sqq.

1 pusioni **M** *man. sec.*: iusioni **M**: visioni **AB** || **2** septuennis cadens] septuenis cadens **ABM**: septuennis cadus *vel* septuenni cadunt *Scioppius*: septuenni cadent (*sc.* dentes) *Dahlmann*: septuenni cadens *Mattiacci*: septuenni bidens *Baehrens*

versus: dimeter creticus

8

Non. 695 L (431 M): Serenus Opusculis:

ad mercatum eo, vilice:
quid vis inde vehi aut agi?

Non. 313 L (212 M): Serenus Ruralibus: 'ad ... vilice'
*versus: glyconeus (*1 eo *duo brevia)*

9

Ter. Maur. GLK VI 403, v. 2627 sqq.: hoc de Septimii potes / iunctis noscere versibus:

geritque intus in oppidum
anhelos Panopae greges.

1 geritque] agitque *Schrader*
versus: glyconeus

10

Ter. Maur. GLK VI 384, v. 1975 sqq.: Septimius docuit quo ruris opuscula libro / hoc genere adsidue cecinit;/ ponere pauca mihi sat erit:

inquit amicus ager domino:
si bene mi facias, memini.

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 121 sq.: ex eadem sola hephthemimere tome apud Septimium Serenum in opusculis compositum carmen huius modi reperitur: 'inquit ... memini.'

Coppola; Morelli
versus: tetrameter dactylicus catalecticus; cf. ad fr. 11

11

Ter. Maur. GLK VI 384, v. 1975 sqq (*post fr. 10*):

pinea brachia cum trepidant
audio canticulum zephyri

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 121 sq. (cf. fr. 10): 'pinea ... dum ... Zephyri.'

Morelli
versus: tetrameter dactylicus catalecticus

12 (13 Co.)

Non. 310 L (210 M): labium neutri generis. Serenus in Opusculis:

labiumque insigne revellit

revellit] vellit **L**
versus: paroemiacus

13 (14 Co.)

Non. 393 L (258 M): Serenus in Opusculis:

callet senium arte bibendi

Soubiran 133, Dahlmann 356
callet] callent **B**[A] | bibendi *Bentinus finem hexametri restituens*: vivendi *codd.*
versus: paroemiacus

14 (15 Co.)

Diom. GLK I 514: trimeter herous ex inferiore ... hoc Serenus novum fecit hoc modo:

culicellus amasio Tulle

culicellus **A**: cusicellus **B**: oculicellus **M** | amasio] acmasio **AB**: amasie **M**: acmassio *cod. Scioppii* | Tulle] Tullae *Wernsdorf*
versus: paroemiacus

15 (12 Co.)

Non. 749 L (467 M): 'vagas' pro 'vagaris' ... Serenus in Opusculis:

rure puella vagat viridi

viridi **D**[A]: virido *cett.*
versus: tetrameter dactylicus catalecticus

16 (17 Co.)

Diom. GLK I 513: proceleumaticum metrum est quale fecit Serenus:

animula miserula properiter obiit

Non. 831 L. (517 M): properiter, Catullus 'animula ... abit'
Pieri
animula ... properiter *Non.*: animalia in secula propter iter ς | properiter *Lachmann*: propter iter *codd.* | obiit *edd.*: obit **AM**: robit **B**: abit *Non. 831 L*: abiit *Lachmann*
versus: tetrameter proceleusmaticus catalecticus

17 (16 Co.)

MART. CAP. 5, 518: penitus fugiendum breves syllabas continuare quam plures ut est illud Sereni:

perit abit avipedis animula leporis

perit abit avipedis *Scaliger*: perit avita vipedis *vel* perita vitavi pedis *codd. sine auctoris nomine habent* TER. MAUR. *GLK VI 369, v. 1464* (alipedis **M**), *MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 99 et 147*

Pieri

versus: cf. fr. 16

fr. 17 et 16 coniungunt Castorina[2]*, Mattiacci, Cristóbal*

18

MALL. THEOD. GLK VI 590: metrum aliud dactylicum pentametrum recipit pedes hos, dactylum sive spondium loco primo et secundo, catalecton in medio, deinde duos dactylos sine catalecto, ut est illud Sereni:

et nihil est quod amem Flaminia minus

flaminia minus **P** *et Iulianus Tolet. p. 52 ed. Rom.*: flamiamuni **A**

versus: hemiepes et duo dactyli

viam Flaminiam respici putaverunt Wernsdorf et Buecheler (RhMus 39, 1884, 289), qui ruris amatorem loqui auctor est

19

DIOM. GLK I 511: anapaesticus, qui ex pedibus anapaestis constat, talis est in Sereno:

cedo, testula trita salo currat tibi per speculum, Panope

Gamberale; Scaliger *in* Diomedes, ars, Lipsiae 1542 ad loc. (Oxford, Bibl. Bodley, Auct. S 4 17)

cedo *Scaliger*: cede **AB**: caelo **M** | testula **AM**: celtula **B** | salo currat *Mattiacci, Courtney*: salo currit (curret) *Baehrens*: sol occurrit **AM**: solem curret **B**, solo curret *Scaliger* | speculum, Panope] speculum Panopae *Gamberale, cf. fr. 9*

versus: septenarius anapaesticus

20 (21 Co.)

Diom. GLK I 517: Serenus fecit huius modi versum:

qui navigium navicula aufers Picenae marginis acta

superius comma est ex anapaestico chorico, ... inferius ... simile est illi 'Troiae qui primus ab oris'.

qui **ABM**: quin *Soubiran, Steinmetz* | navicula **ABM**: a funicula *Baehrens*: navitula *Soubiran, Steinmetz* | picenae ς: picene(a)e **AM**: picineae **B**

versus: septenarius anapaesticus (octon. catal.)

21 (22 Co.)

Diom. GLK I 517: Sereni aliud tale est:

pingere conlibitum est: graphidem date, promite bolarium

... tetrametrum heroum ... dimidium elegiaci.

bolarium *Keil*: volarium *codd.*

versus: tetrameter dactylicus et hemiepes (bōlarium)

22 (20 Co.)

Diom. GLK I 518: Sereni aliud tale:

quod si tibi virgo favens reseret cita claustra puerperii

hic si primum semipedem detrahas, erit simile proximo superiori (*sc. fr. 21*).

Mattiacci 172

tibi *om.* ς | favens *vel* ferens *Wernsdorf*: fervens **ABM**

versus: septenarius anapaesticus

de claustris puerperii cf. ThLL III 1322, 73

23

Ter. Maur. GLK VI 382, v. 1891 sqq.: dulcia Septimius, qui scripsit opuscula nuper,/ ancipitem tali cantavit carmine Ianum:

Iane pater, Iane tuens, dive biceps biformis,
o cate rerum sator, o principium deorum,
stridula cui limina, cui cardinei tumultus,
cui reserata mugiunt aurea claustra mundi,
tibi vetus ara caluit aborigineo sacello.

post v. 4 sequitur metri explicatio (1897–1899), tum (1900): 5 tibi – sacello. cf. Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 86 (2), 127 (4), 128 et 147 (5)

1 Iane tuens] bina tuens *post Gaisford Courtney* || **4** claustra] templa *Mar. Victor. GLK VI 127*

versus: tetrameter choriambicus catalecticus, sed v. 4 in fine anaclasticus, v. 5 ter bina brevia pro longis

24

Serv. Verg. Aen. 2, 15 (215 Th): instar nomen est indeclinabile ... et caret praepositione sicut peregre, quamvis Serenus lyricus 'ad instar' dixerit.

cf. etiam Serv. Verg. Aen. 12, 923 (648 Th)

25

Serv. Verg. Aen. 6, 289 (52 Th): Serenus tamen dicit poeta Gorgonas puellas fuisse unicae (*Baehrens*: unius *codd.*) pulchritudinis. quas cum vidissent adulescentes, stupore torpebant; unde fingitur, quod, siquis eas vidisset, vertebatur in lapidem.

26

Serv. Verg. Aen. 9, 759 (377 Th): 'poples' autem 'po' correpta est sicut in Sereno legitur; sed producitur positione.

Anniani fr. 3 Sereno adtribuit Beck

cf. fr. inc. 123

M. CORNELIVS FRONTO

(–*post 175*)

(Brzoska, RE IV 1, 1900, 1312-1340 s.v. Cornelius n. 157)

Courtney p. 391

Timpanaro, S., Alcune citazioni di autori antichi nella corrispondenza epistolare di Frontone e Marco Aurelio, in: Tra linguistica generale e linguistica storica. Scritti in onore di T. Bolelli, Pisa 1985, 303-321

Vita:

Fronto ep. ad amicos 2, 11, 1 v.d.Hout (*epistula ad Cirtenses*): multoque malim patriae nostrae tutelam auctam quam meam gratiam.

CIL XI 6334, Dessau 1129: M. Aufidio Frontoni, pronepoti M. Corneli Frontonis oratoris consulis magistri imperatorum Luci et Antonini.

Dio Cass. 71, 35: (*M. Aurelius*) πάμπολλα μὲν γὰρ καὶ ὑπὸ παιδείας ὠφελήθη, ἔν τε τοῖς ῥητορικοῖς ἔν τε τοῖς ἐκ φιλοσοφίας λόγοις ἀσκηθείς. τῶν μὲν γὰρ τόν τε Φρόντωνα τὸν Κορνήλιον καὶ τὸν Ἡρώδην τὸν Κλαύδιον διδασκάλους εἶχε.

SHA Marc. Aurel. 2, 4: oratoribus usus est (*sc.* Marcus) Graecis Aninio Macro, Caninio Celere et Herode Attico; Latino Frontone Cornelio. sed multum ex his Frontoni detulit, cui et statuam in senatu petit.

Hieron. chron. a Abr. 2180 = a. 165: Fronto orator insignis habetur, qui M. Antoninum Verum Latinis litteris erudivit; *cf. Cassiod. chron. in ann. 164.*

Opera:

Paneg. Lat. Eumen. in Constant. 14, 2: Fronto Romanae eloquentiae non secundum sed alterum decus, cum belli in Britannia confecti laudem Antonino principi daret, quamvis ille in ipso urbis Palatio residens gerendi eius mandasset auspicium, veluti longae navis gubernaculis praesidentem totius velificationis et cursus gloriam meruisse testatus est.

1

Schol. Bern. Verg. georg. 4, 283 (301 H.): hic enim (*sc.* Aristaeus) iuxta fabulam, quam Fronto poeta descripsit, originem gignendarum apium primus invenit.

2 (spurium)

Diom. GLK I 513: Flavius Sosipater Charisisus de numeris sic dicit: Bacchiacum metrum est tale:

laetare bacchare praesente Frontone

Char. ap. Rufin. GLK VI 572 *versu citato* (bacchare, laetare p. F.) ‘hoc mihi videtur ad prosam convenire’.

Timpanaro
frontone **Bma**: frontonem **M**: ferontonem **A**
Timpanaro versum Frontoni abiudicat
versus: tetrameter antibacchiacus

3

Consentius GLK V 349: item Fronto ait:

et illae vestrae Athenae Dorocorthoro.

apparet nominativo casu posuisse Dorocorthoro ... et obliqui casus ad huius similitudinem declinabuntur.

Dorocorthoro *Fronto ep. ed. van den Hout*: Durocorthoro *Mai*
versus: senarius iambicus (Dōro-), *sed Morel versum esse negat*

4

Fronto ep. ad M. Antonin. 6 v.d.Hout: Lucanus initio carminis sui septem primis versibus nihil aliud quam 'bella plus quam civilia' interpretatus est. (*sequuntur Lucani I 1–7*). Annaee, quis finis erit? aut si nullus finis nec modus servandus est, cur non addis:

et similes lituos

addas licet:

et carmina nota tubarum

cf. Lucan. 1, 237 stridor lituum clangorque tubarum
Traina, Suppl. Morel. 51

M. AVRELIVS IMPERATOR

(*121 – 180*)

(v. Rohden, P. – v. Arnim, H., RE I, 1894, 2279-2309, s.v. Annius 94)

Timpanaro, S., Alcune citazioni di autori antichi nella corrispondenza epistolare di Frontone e Marco Aurelio, in: Tra linguistica generale e linguistica storica. Scritti in onore di T. Bolelli, Pisa 1985, 303-321

Opera:

M. Avrel. ad se ipsum 1, 7: παρὰ Ῥουστίκου .... καὶ τὸ ἀποστῆναι ῥητορικῆς καὶ ποιητικῆς καὶ ἀστειολογίας.

Fronto ep. ad Caes. 2, 2, 6 v.d.Hout (Fronto): nam mihi ipse de tuis hexametris numquam quicquam impertivit ... set ait te de industria cito et cursim hexametros tuos recitare: eo se memoriae mandare non posse ... memini etiam te frequenter, ne cuiquam versus tuos ostenderem, admonuisse.

id. ep. ad Caes. 2, 8, 2 v.d.Hout (M. Aurelius): hexametros meos iucundissime petis, quos ego quoque confestim misissem, si illos mecum haberem.

Fronto ep. ad Caes. 2, 10, 2 v.d.Hout:

nos istic vehementer aestuamus.

habes en (*Heindorf*: et *cod.*) hendecasyllabum ingenuum. igitur, priusquam poetare incipio, pausam tecum facio.

Timpanaro 309 sq. versum reiecit
versus: hendecasyllabus

(L.) APVLEIVS

(*125 – ?*)

(v. Schwabe, L., RE II 1, 1896, 246-258 s.v. Apuleius n. 9)

Courtney p. 392 sqq.

Grilli, A., Mutmut, Maia 34, 1982, 259 sq
Haupt, M., Opuscula III, Lipsiae 1875–76, 382
Holmes, N., A trimeter in Apuleius, RhMus 147, 2004, 430 sq.
Mattiacci, S., Apuleio 'poeta novello', in: DMP II 235-277
Mueller, H., Beiträge zur Kritik des Apuleius, RhMus 23, 1868, 445 sqq.
Rocca, S., Apuleio e Nonio, in: Studi Noniani 5, Genova 1978, 225-235
Steinmetz[1] 336-341

Vita:

Apul. flor. 20: ego et alias creterras Athenis bibi: poeticae comptam, geometriae limpidam, musicae dulcem, dialecticae austerulam, iam vero universae philosophiae inexplebilem scilicet et nectaream.

Opera:

Apul. flor. 9: sed pro his praeoptare me fateor, uno chartario calamo me reficere poemata omnigenus apta virgae (= ῥάβδῳ), lyrae, socco, cothurno, item satiras ac <g>riphos, item historias varias rerum nec non orationes laudatas disertis nec non dialogos laudatos philosophis atque haec et alia eiusdem modi tam Graece quam Latine, gemino voto, pari studio, simili stilo. quae utinam possem equidem non singillatim ac discretim, sed cunctim et coacervatim tibi, proconsul optime, offerre.

id. 17: enim vero qui pueris et adulescentibus et senibus utile carmen prompturus est, in mediis milibus hominum canat, ita ut hoc meum de virtutibus

Orfiti carmen est, serum quidem fortasse, sed serium, nec minus gratum quam utile Carthaginiensium pueris et iuvenibus et senibus, quos indulgentia sua praecipuus omnium proconsul sublevavit temperatoque desiderio et moderato remedio dedit pueris saturitatem, iuvenibus hilaritatem, senibus securitatem.

id. 18: eius dei (*sc.* Aesculapii) hymnum Graeco et Latino carmine vobis etiam canam [iam] illi a me dedicatum ... nunc hymnum eius utraque lingua canam, cui dialogum similiter Graecum et Latinum praetexui, in quo sermocinabantur Sabidius Severus et Iulius Persius ... in principio libri facio quendam ex his, qui mihi Athenis condidicerunt, percontari a Persio Graece, quae ego pridie in templo Aesculapi disseruerim, paulatimque illis Severum adiungo, cui interim Romanae linguae partes dedi.

id. 20: canit enim Empedocles carmina, Plato dialogos, Socrates hymnos, Epicharmus modos (mimos *Reich*), Xenophon historias, [Xeno]Crates satiras: Apuleius vester haec omnia novemque Musas pari studio colit.

Auson. cento nupt. 4 (146 Sch., 218 P., 139 Gr.): meminerint ... esse Apuleium in vita philosophum, in epigrammatis amatorem.

LIBER LVDICRORVM

1

Non. 96 L (68M): abstemius ... Apuleius in libro Ludicrorum:

sed fuisti quondam Athenis parcus atque abstemius

Citti 252; Rocca

sed *Quicherat*: in se *codd.*: sei *Mueller*: te *Colvius* | parcus *ed. princ.*: paucius *codd.*: saucius *Rocca praeter metrum*

versus: septenarius trochaicus

2

Apul. apol. 6: legerunt e ludicris meis epistolium de dentifricio versibus scriptum ad quendam Calpurnianum ... petisse eum a me aliquid tersui dentibus versus testantur:

Calpurniane, salve properis versibus.
misi, ut petisti, <tibi> munditias dentium,
nitelas oris ex Arabicis frugibus,
tenuem candificum nobilem pulvisculum
complanatorem tumidulae gingivulae,

converritorem pridianae reliquiae,
ne qua visatur tetra labes sordium,
restrictis forte si labellis riseris.

Mattiacci 242-249

2 <tibi> *Dousa* | munditias] mundicinas *Lipsius* || **7** labes] tabes *Baehrens*
versus: senarius iambicus

3

Apul. apol. 9: pueros Scriboni Laeti amici mei carmine laudavi ... recitem denuo, ut sciant me eorum non pigere:

et Critias mea delicia est et salva, Charine,
  pars in amore meo, vita, tibi remanet;
ne metuas; nam me ignis et ignis torreat ut vult:
  hasce duas flammas dum potiar patiar.
hoc modo sim vobis, unus sibi quisque quod ipse est,
  hoc mihi vos eritis, quod duo sunt oculi.

Mattiacci 249-258; Mueller 558

1 et Critias] at Critias *dub. Buechner* | delicia est et *edd.*: delitescet et **F** (-tescet *in ras. man. alt.*): delicie stet **φ**

delicia *sg. Plautinum*

4

Apul. apol. 9 recitem nunc et alios, quos illi quasi intemperantissimos postremum legere:

florea serta, meum mel, et haec tibi carmina dono,
  carmina dono tibi, serta tuo genio,
carmina, uti, Critia, lux haec optata canatur,
  quae bis septeno vere tibi remeat,
serta autem, ut laeto tibi tempore tempora vernent,
  aetatis florem floribus ut decores,
tu mihi des contra pro verno flore tuum ver,
  ut nostra exuperes munera muneribus:
pro implexis sertis complexum corpore redde
  proque rosis oris savia purpurei.

quod si animam inspires donaci, iam carmina nostra
cedent victa tuo dulciloquo calamo.

Mattiacci 249-258

3 lux haec optata] lux exoptata *Brantius* || **7** des *Krueger*: das *codd., def. Mattiacci* || **11** animam *Colvius*: animum *codd.* | donaci *Haupt*: dona et *codd.*

DE PROVERBIIS LIBER II

5

CHAR. 314 B (240 K):

mutmut non facere audet

ut apud Apuleium Platonicum de proverbiis scriptum est libro II.

versus: finis hexametri dactylici esse potest, sed Courtney versum esse negat

Grilli versum Apulei esse negat

5 a*

APUL. Socr. 1 p. 116: (cernimus …) diei opificem

lunamque solis aemulam, noctis decus

Holmes

versus: trimeter iambicus

Ex Graecis conversa (?)

6

APUL. met. 4, 32: Apollo ... sic Latina sorte respondit:

montis in excelsi scopulo, rex, siste puellam
ornatam mundo funerei thalami.
nec speres generum mortali stirpe creatum,
sed saevum atque ferum vipereumque malum,
quod pinnis volitas super aethera cuncta fatigat
flammaque et ferro singula debilitat,
quod tremit ipse Iovis, quo numina terrificantur
fluminaque horrescunt et Stygiae tenebrae.

Mattiacci 259-261

1 rex siste *Lütjohann*: subsiste **F** *man. sec.*: existe **φ** || **6** singula] saecula *Heinsius* || **7** numina] nubila *Sittl* || **8** fluminaque] luminaque *Sittl*: fulminaque *L. Mueller*: culminaque *Rohde*

6 a

Apul. met. 9, 8: (sacerdotes) sorte unica per<astute> assulis pluribus enotata consulentes de rebus variis plurimos ad hunc modum cavillantur. sors haec erat:

ideo coniuncti terram proscindunt boves,
ut in futurum laeta germinent sata.

versus: senarius iambicus

7

Apul. Socr. 11 (19 Th.): Minerva ... Achilli moderando iussu Iunonis advenit:

soli perspicua est, aliorum nemo tuetur

Hom. Il. A 198: οἴῳ φαινομένη, τῶν δ' ἄλλων οὔ τις ὁρᾶτο.

cetera Apulei fragmenta poetica cf. Anth. Lat. 712 (cf. Mattiacci 261-274) et 922 Riese; PLM IV 114 Baehr.; versiculos ap. Gell. 19, 11 (cf. A. Gellii amicus ignotus) Apuleio tribuit Courtney p. 395

POETA EPICVS, FORTASSE CLEMENS

(*amicus Apulei*)

(Schanz – Hosius III 1922, § 527)

Courtney p. 401

Opera:

Apul. flor. 7: Alexandri multa sublimia facinora ... quae omnia adgressus est meus Clemens, eruditissimus et suavissimus poetarum, pulcherrimo carmine inlustrare.

Apul. flor. 6: nec quod Ganges apud eos (*sc. Indos*) unus omnium amnium maximus

eois regnator aquis in flumina centum
discurrit, centum valles illi oraque centum,
oceanique fretis centeno iungitur amni.

versus de Gange confectos Clementi adsignavit F. Marx, recte Morelio iudice, nam ubi aptius poni poterant quam in Alexandriade? agebat poeta de India universa, quamquam Macedones Gangen non attigerunt.

Q. SEPTIMIVS FLORENS TERTVLLIANVS

(*ca. 155 – ?*)

(Koch, H., RE V A 1, 1934, 822-844 s.v. Tertullianus)

Stephan, A., Tertulliani ad uxorem libri duo, Den Haag 1954, 110
Munier, Ch., Tertullien, À son épouse, Paris 1980, 173
Traina, Suppl. Morel. 53 sq.
Zeegers – Vander Vorst, N., Les citations des poètes grecs chez les apologistes du IIe siecle, Louvain 1972, 19-21

E Graecis conversa

1

Tert. ad uxor. 1, 8, 4 Kroym.: convictus atque colloquia deo digna sectare, memor illius versiculi sanctificati per apostolum (*1. Cor. 15, 33*):

bonos corrumpunt mores congressus mali.

cf. Tert. 2, 3, 4; Hieron. comm. in Esaiam 14, 1, 7: Paulus ... de comico: corrumpunt mores bonos confabulationes malae.

Traina, Suppl. Morel 53
versus: senarius iambicus

Eurip. fr. 1024 N²: φθείρουσιν ἤθη χρησθ᾽ ὁμιλίαι κακαί.

Euripidi dedit Socr. hist. eccles. 3, 16 in fine, Menandro Hieron. ep. 70, 2 cf. Menandri fr. 187 K. – Th., Menandri sentent. 808 J.

2*

Tert. de anima 15, 5: ille versus Orphei vel Empedoclis:

namque homini sanguis circumcordialist sensus

Traina, Suppl. Morel 53 sq. (*qui Calcid. fr. 10 comparat)*
versus: hexametrum quamvis enormem agnovit Traina

COMMODVS IMPERATOR

(*161 – 192*)

(v. Rohden, P., RE II 2, 1894, 2464-2481 s.v. Aurelius n. 89)

Courtney p. 402

Alfonsi, L., Commodo in Draconzio, RFIC 89, 1961, 296
Clover, F., Commodus the poet, Nottingham Mediaev. Stud. 32, 1988, 19-33

DRACONT. satisf. 187: alter ait princeps modico sermone poeta / Commodus Augustus, vir pietate bonus:

nobile praeceptum, rectores, discite post me:
sit bonus in vita, qui volet esse deus.

Alfonsi versus genuinos iudicat, Courtney spurios

VERSVS IN CAESARES ROMANOS EX HISTORIA AVGVSTA

Baldwin, B., Verses in the Historia Augusta, Univ. of London, Bull. Inst. Class. Stud. 25, 1978, 50-58
Espluga, X. - Velaza, J., 'Hoc versus nescio qui ..': la technique de fiction des 'carmina Latina epigraphica' dans l''Histoire Auguste', Bonamente, G. - Brand, H. (edd.), Historiae Augustae Coll. Bambergense, Bari 2007, 175-182

IN COMMODVM (161–192)

1

SHA Diad. 7, 3 (I 219 Hohl): versus in Commodum Antoninum dicti:

Commodus Herculeum nomen habere cupit,
Antoninorum non putat esse bonum,
expers humani iuris et imperii,

sperans quin etiam clarius esse deum,
quam si sit princeps nominis egregii.
non erit iste deus nec tamen ullus homo.

hi versus a Graeco nescio quo compositi a malo poeta in Latinum translati sunt.

4–5 esse deum,/ quam si sit] esse, deus si sit quam *H. Fuchs, MH 31, 1974, 179*

versus: pentameter dactylicus

IN PESCENNIVM NIGRVM (135–194)

2

SHA Pesc. 8, 1 (I 163 Hohl): Delfici Apollinis vates ... cum nuntiaretur tres esse imperatores, Severum Septimium, Pescennium Nigrum, Clodium Albinum, consultus quem expediret rei publicae imperare, versum Graecum huiusmodi fudisse dicitur:

optimus est Fuscus, bonus Afer, pessimus Albus.

ex quo intellectum fuscum Nigrum appellatum vaticinatione, Severum Afrum, Album vero Albinum dictum.

3

SHA Pesc. 8, 3 (I 163 Hohl): requisitum est, qui esset obtenturus rem publicam. ad quod ille (*sc. Delphici Apollinis vates*) respondit alium versum talem:

fundetur sanguis albi nigrique animantis.
imperium mundi Poena rege urbe profectus.

2 *cf. Verg. Aen. 1, 340; H. Dessau, WklPh 35, 1918, 391 imitationem detexit.*

versus: hexameter dactylicus (**1** sanguis *syllaba altera producta ante penthemeridem*)

4

SHA Pesc. 8, 4 (I 164 Hohl): item cum quaesitum esset, quis illi successurus esset, respondisse itidem Graeco versu dicitur:

cui dederint superi nomen habere Pii

quod omnino intellectum non est, nisi cum Bassianus Antonini, quod verum signum Pii fuit, nomen accepit.

5

SHA Pesc. 8, 6 (I 164 Hohl): item cum quaereretur quamdiu imperaturus esset, respondisse Graece dicitur:

bis denis Italum conscendet navibus aequor:
  si tamen una ratis transiliet pelagus.

1 conscendet **Σ**: consendit **P**^{1}: conscendit **P** *corr.*
'cum v. 1 sit Vergilii (Aen. 1, 381), apparet ubique Spartianum versus pro Graecis venditasse, cum fuerint tum Romae inventi et circumlati' Baehrens

6

SHA Pesc. 12, 4 (I 167 Hohl): simulacrum eius in trichoro constitutum post annum ex Thebaico marmore, quod ille ad similitudinem sui factum a rege Thebaeorum acceperat. extat etiam epigramma Graecum, quod Latine hanc habet sententiam:

terror Aegyptiaci Niger astat militis ingens
  Thebaidos socius, aurea saecla volens.
hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma,
  hic Antoninis carus <et> imperio.
Nigrum nomen habet, nigrum formavimus ipsi,
  ut consentiret forma, metalle, tibi.

1 Aegyptiaci] Egyptiaci *Casaubonus* || **3** reges … amant] *'velle conicere* reges et amant gentes *hoc esset corrigere barbarum auctorem' Baehrens* || **4** <et> *om.* **P**^{1}, *add.* **P** *corr.*: in **Σ** || **5** nigrum form. *Hohl*: nigram form. **PΣ**, *def. Birt, Philol. 83, 1928, 178*

IN MACRINVM (164–218)

Courtney p. 481

Cazzaniga, I., Gli epigrammi contro Diadumeniano e Macrino (H.A.) e la tradizione epigrammatica, PP 27, 1972, 137-155

6 a

SHA Opil. 5, 7 (I 205 Hohl): (Opilius Macrinus) infulsit praeterea in nomen Severi, cum illius nulla cognatione tangeretur. unde iocus exstitit:

sic Macrinus est Severus ut Diadumenos Antoninus

Traina, Suppl. Morel. 55

1 Macrinus est Severus] Severus est Macrinus *dub. Cazzaniga* | ut *Cazzaniga metri causa*: quomodo *codd., Courtney* | **1** Diadumenos / **2** Antoninus *distinxit Courtney p. 481*

versus: octonarius trochaicus

7

SHA Opil. 11, 2 (I 209 Hohl): cum illum senatus Pium ac Felicem nuncupasset, Felicis nomen recepit, Pii habere noluit. unde in eum epigramma non inlautum (*Peter*: in latinum **P**[a]: inlatum **P**[b]: illatum **S**: infacetum *Mommsen*) Graeci cuiusdam poetae vide[re]tur extare, quod Latine hac sententia continetur:

histrio iam senior turpis gravis asper iniquus
  impius et felix sic simul esse cupit,
ut nolit pius esse, velit tamen esse beatus,
  quod natura negat nec recipit ratio.
nam pius et felix poterat dicique viderique;
  impius infelix est, [et] erit ille sibi.

hos versus nescio qui de Latinis iuxta eos, qui Graeci erant propositi, in foro posuit.

Espluga-Velaza

1 turpis *codd.:* tristis *Baehrens*: torvus *Cornelissen* || **3** ut nolit **Σ**: ut noluit **P**: noluit ut *Baehrens* || **4** recipit **Σ**: recepit **P** || **5** poterat] poterit **P**[1]**Σ** | dicique viderique] dici atque videri (*sic* **M**) *Madvig* || **6** impius *Baehrens*: imperium **PΣ** | [et] *del. edd.*

RESPONSVM MACRINI

8

SHA Opil. 11, 5 (I 210 Hohl; *post fr. 7*): quibus acceptis Macrinus his versibus respondisse fertur:

si talem Graium tetulissent fata poetam
qualis Latinus gabalus iste fuit,
nil populus nosset, nil nosset curia, mango
nullus scripsisset carmina tetra mihi.

his versibus Macrinus longe peioribus, quam illi Latini sunt, respondisse se credidit, sed non minus risui est habitus quam poeta ille, qui de Graeco Latine coactus est scribere.

Espluga-Velaza

2 qualis] quilis **P**[1] | Latinus *codd. pro* Romanus, *sed fortasse prosodia prava versuum malorum (SHA 11, 7) ferenda* || **3** nil (*bis*) **Σ**: nihil (*bis*) **P** | mango *Burman, edd.*: magno **PΣ** || **4** mihi *om.* **P**[a], *add.* **P**

IN DIADVMENVM (208–218)

9

SHA Opil. 14,1 (I 212 Hohl): illum occiderunt cum puero filio Diadumeno, scilicet Antonino cognomine, de quo dictum est, quod in somnis Antoninus fuisset. unde etiam versus exstant huiusmodi:

vidimus in somnis, cives, nisi fallor, et istud:
Antoninorum nomen puer ille gerebat,
qui patre venali genitus nec matre pudica:
centum nam moechos passa est centumque rogavit.
ipse etiam calvus moechus fuit, inde maritus.
en Pius, en Marcus, Verus nam non fuit ille.

1 istud **Σ**: stuo **P**[1]: stud **P** *corr.* || **3** nec *Salmasius*: sed *codd., Morel* || **5** calvus] calbus **P** | inde] inte **PΣ** | maritus] pudicus *Morel*

10

SHA Opil. 7, 7 (I 207 Hohl): denique versus extant cuiusdam poetae, quibus ostenditur Antonini nomen coepisse a Pio et paulatim per Antoninos usque ad sordes ultimas pervenisse, siquidem solus Marcus nomen illud sanctum vitae genere auxisse videatur, Verus autem degenerasse, Commodus vero etiam polluisse sacrati nominis reverentiam.

IN ALEXANDRVM SEVERVM (208-235)

11

SHA Alex. 14, 3 (I 261 Hohl): cum vatem consuleret de futuris, hos accepisse dicitur versus adhuc parvulus, et primum quidem sortibus:

te manet imperium caeli terraeque <marisque>,

intellectum est quod inter divos etiam referetur:

te manet imperium, quod tenet imperium

ex quo intellectum est Romani illum imperii principem futurum; nam ubi est imperium nisi apud Romanos, quod tenet imperium?

1 <marisque> *edd.*

12

SHA Alex. 38, 3 (I 280 Hohl): poeta ... temporum Alexandri haec in eum dixit:

pulchrum quod vides esse nostrum regem,
<pulchrum> quem tetulit Syrum propago,
venatus facit et lepus comesus
de quo continuum capit leporem.

2 <pulchrum> quem *Obrecht*: propago <pulchrum> *Peter*: propago <semper> *Baehrens* | quem *vulgo*: quod **ΡΣ** | tetulit *Peter*: detulit **ΡΣ** | tetulit Syrum *Morel metri causa*: Syrum tetulit *codd.* || **3** facit *edd.*: fecit **ΡΣ**

versus: hendecasyllabus, sed v. 1 vides *duo brevia, cf. fr. 13, 1 et 3; de quantitatibus neglectis cf. Serv., De finalibus, GLK IV 449-455; P. Klopsch, Einführung in die Mittellateinische Verslehre, Darmstadt 1972, 3 f. et 60-62*

RESPONSVM ALEXANDRI

13

SHA Alex. 38, 5 (I 280 Hohl): respondisse ille dicitur Graecis versibus in hanc sententiam:

pulchrum quod putas esse <vestrum> regem
vulgari, miserande, de fabella,
si verum putas esse, non irascor.
tantum <tu> comedas velim lepusclos,

ut fias animi malis repulsis,
pulchris ne invideas livore mentis.

1 putas esse **Σ**: putasse se **P** | <vestrum> *Egnatius* || **3** putas] putat **PΣ** || **4** <tu> *Egnatius* | lepusclos *edd.*: lepusculos *codd.* || *post* **5** *unum versum a* pulchri *incipientem excidisse putat Baehrens*

versus: hendecasyllabus, sed v. 1 et 3 putas *duo brevia*

TITVLVS AVREOLI TYRANNI (– 268)

14

SHA tyr. trig. 11, 4 (II 111 Hohl): Aureolum Claudius ... conflictu habito apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur, atque illic ut tyrannum sepulchro humiliore donavit. extat etiam nunc epigramma Graecum in hanc formam:

more sepulchrorum victor post multa tyranni
  proelia iam felix Claudius Aureolum
munere prosequitur mortali et iure superstes,
  vivere quem vellet, si pateretur amor
militis egregii, vitam qui iure negavit
  omnibus indignis et magis Aureolo.
ille tamen clemens, qui corporis ultima servans
  et pontem Aureoli dedicat et tumulum.

hos ego versus a quodam grammatico translatos ita posui, ut fidem servarem, non quo <non *Peter*> melius potuerint transferri, sed ut fidelitas historica servaretur.

Espluga-Velaza

1 more *tempt. Buechner*: dona **P**, *def. Tandoi, Atene e Roma 13, 1968, 86 sq.* donat **Σ**: dono *Salmasius*: hoce *Baehrens* || **3** superstes] superstem *Casaubonus*

his versibus in Graecam linguam translatis Alciatus (1492-1550) nonnullos viros doctos decepit, cf. Kaibel I. G. XIV 355 (p. 32*)*

IN CLAVDIVM (– 276)

15

SHA Claud. 10, 2 (II 141 Hohl): cum consuleret factus imperator quamdiu imperaturus esset, sors talis emersit:

tu qui nunc patrias gubernas oras
et mundum regis, arbiter deorum,
tu <vinces> veteres tuis novellis;
regnabunt etenim <tui> minores
et reges facient suos minores.

3 tu <vinces> veteres *Salmasius*: in veteres. **PΣ** || **4** <tui> *edd.*
versus: hendecasyllabus, sed v. 1 -nas *syllaba brevis*

IN AVRELIANVM (ca. 215 – 275)

16

SHA Aurelian. 6, 4 (II 153 Hohl): ut etiam ballistia pueri et saltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus festis militariter saltitarent:

mille mille mille decollavimus
unus homo! mille decollavimus.
mille vivat, qui mille occidit.
tantum vini nemo habet, quantum fudit sanguinis.

1 *et* **2** *ante* decollavimus *in* **P** *a. m. add.* mille mille || **3** vivat **PΣ**: bibat *Buecheler, RhMus 114, 1859, 633*

versus: septenarios trochaicos restituit Corssen, Origines poesis Romanae, Berolini 1846, 141 sq., in **1** *et* **2** *bis, in* **3** *ter* mille *addens; H. Fuchs, MH 31, 1974, 179 sq., sequitur Corssen ad v.* **1**, *sed v.* **3** sq. *sic restituit*: unus homo mille vivat annos, qui mille occidit, *sed* hābet *syllaba producta serioris aetatis signum est, cf. P. Klopsch, Einführung in die Mittellateinische Verslehre, Darmstadt 1972, 17*

17

SHA Aurelian. 7, 2 (II 153 Hohl): iterum de eo facta est cantilena:

mille Sarmatas, mille Francos semel et semel occidimus,
mille Persas quaerimus...

1 semel et semel] simul et semel *Knoche*
versus inconditus serioris aetatis

TERENTIANVS MAVRVS

(*ca. 200*)

(Wessner, P., RE V A 1, 1934, 587-591, s. v. Terentianus n. 1)

Courtney p. 423
Keil, H., GLK VI 322, 325-413

Beck, J.-W., Terentianus Maurus non paenitendus inter ceteros artis metricae auctor, ANRW II 34.4, Berlin 1998, 3208-3268

TESTIMONIUM:

MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 83: non paenitendus inter ceteros artis metricae auctor.

SERV. Verg. Aen. 8, 96 (213 Th): Terentianus (terrentianus *codd.*: Tiberianus *Baehrens, cf. Tiberianus, fr. 3 dub.*):

natura sic est fluminum,
ut obvias imagines
receptet in lucem suam

2 imagines [nemorum] *del. Thilo*
versus: dimeter iambicus

ALBINVS

(*s. III*)

(Graf, E., RE I 1, 1894, 1315, s.v. Albinus n. 5;
Schanz – Hosius IV 1, 1914, § 825)

Courtney p. 425 sq.

Dahlmann[3] 20 sqq.

RES ROMANAE

Liber I

1

PRISC. GLK II 304: 'cui' quoque inveniuntur quidam bissyllabe protulisse per diaeresin, ut Albinus Rerum Romanarum I:

ille, cui ternis Capitolia celsa triumphis
sponte deum patuere, cui freta nulla repostos
abscondere sinus, non tutae moenibus urbes.

1 cui ternis] ternis cui **H**; *de prosodia* cŭī *cf. L. Mueller, De re metrica, Leipzig* [2]*1894, 318*

de Pompeio Magno narratur

DE METRIS

2

MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 211: quod genus versificationis (*sc. hexametri e sex spondeis formati*) usque adeo durum est, ut non invenuste Albinus in libro, quem de metris scripsit, ita posuerit:

vites spondeo totum concludere versum:
posse <puta> fieri, iunges si dactylon apte.

AVDAX GLK VII 339: quod vetat spondeo totum concludere versum posse patefieri, iungi sed dactylum apte.

ALDHELM. de metris 84 Ehw.: quod genus versificationis adeo durum et horrens est, ut Albinus in libro, quem de metris scripsit, vetet spondeo totum concludere versum, sed adiuncto dactilo quinta regione aptius comitur.

Tandoi DMP II p. X

1 vites *Keil*: vilem **C** *cod. Goth.*: quod vetat **A**, *Aud.* **M**: quod vitem *cod. Bern., Aud.* **B**: vis e *Buechner* | spondeo **A** *cod. Bern., cod. Goth.* ς: spondeum **C**: spondeis *Buechner* || **2** posse <puta> fieri *Keil*: posse fieri **C** *cod. Goth., om.* ς: posse patefieri **A**, *codd. Aud.*: posse quidem fieri *Lindemann* | iunges si *Baehrens*: iungens si **C**: iungi sed **A**: iunc cis sed *cod. Bern., Aud.* **B**: sed iunges *cod. Goth.* ς: si iungas *Keil* | dactylon *Keil*: dactila **C**: dactylum **A**ς, *Aud.* **M**: dactili *cod. Bern., Aud.* **B**: dactylus *cod. Goth.* | apte] capte **C**

cf. Bardon II 231 sqq., qui post Baehrens hunc Albinum de metris eundem putat atque priorem (Rerum Romanarum I)

P. LICINIVS EGNATIVS GALLIENVS

(*ca. 218 – 268*)

(Wickert, L., RE XIII 1, 1927, 350-369, s.v. Licinius (Egnatius) n. 84)

Courtney p. 421 sq.

Cazzaniga, I., Due contributi filologici, SCO 19-20, 1970–1, 9.

Testimonium:

SHA Gallieni duo 11, 6 (II 89 Hohl): fuit enim Gallienus, quod negari non potest, <oratione>, poemate atque omnibus artibus clarus.

EPITHALAMIVM

SHA Gallieni duo 11, 7 (II 89 sq. Hohl): huius illud est epithalamium, quod inter centum poetas praecipuum fuit. nam cum fratrum suorum filios iungeret <et> omnes poetae Graeci Latinique epithalamia dixissent, idque per dies plurimos, ille, cum manus sponsorum teneret, ut quidam dicunt, †sceptus (**P**: septus **Σ**: sepius **R**) ita dixisse fertur:

ite, a<g>it<e>, o pueri, pariter sudate medullis
omnibus inter vos, non murmura vestra columbae,
brachia non heder<a>e, non vincant oscula conchae.
ludite, sed vigiles nolite extinguere lychnos;
omnia nocte vident, nil cras meminere lucernae.

longum est eius versus orationesque conectere, quibus suo tempore tam inter poetas quam inter rhetores emicuit.

1-3 SHA Gallieni duo; **4-5** PLM IV 113 Baehr.

1 agite *Anth. Lat. 711*: ait **PΣ**: ite Ch | o pueri] o iuvenes *Anth. Lat.* | pariter sudate] desudate *Anth. Lat.*

L. CAECILIVS FIRMIANVS LACTANTIVS

(?, ca. 260 – ?)

(Lietzmann, H., RE XII 1, 1925, 351-356 s.v. Lactantius n. 1, Herzog–Schmidt, Hdb. d. lat. Lit. d. Antike 5, München 1989, § 375)

Tolkiehn 121-123
Traina, Suppl. Morel. 56 sq.

Opera:

Hieron.: vir. ill. 80: habemus eius ... et Ὁδοιπορικόν de Africa usque Nicomediam hexametris scriptum versibus.

Ex Graecis conversa

1 (dubium)

LACT. div. inst. 1, 10, 6 (p. 34 Brandt): (Homerus) cum faceret in muris adsidentem Priamo Helenam cunctos Graeciae principes recognoscere, solos autem se fratres suos requirere, subiecit orationi eius huiusmodi versum:

haec ait, ast illos retinebat terra sepultos

haec] sic **HM**
Traina, Suppl. Morel. 56
ast *archaismus metri causa positum an indicium originis antiquae?*
Hom. Il. Γ 243: ὣς φάτο. τοὺς δ' ἤδη κάτεχεν φυσίζοος αἶα.

2

LACT. div. inst. 5, 15 (p. 449 Brandt): neque enim falsa est illa sententia quae aput Euripidem fertur in hunc modum:

quae hic mala putantur, haec sunt in caelo bona

versus: senarius iambicus
Eurip. fr. 1118 N^2, sed cf. Wilamowitz, Analecta Eurip., Berlin 1875, 22

de ave Phoenice cf. ANTH. LAT. 485a Riese = PLM III 247 Baehr.

VERSVS ORPHICI AB ARNOBIO CONVERSI

(ca. 300 –?)

(Jülicher, A., RE II 1, 1896, 1206 sq., s.v. Arnobius n. 1)

ARNOB. 5, 26 (197 Reiff.): in medio ponemus versus, quos Calliopae filius ore edidit Graeco et cantando per saecula iuri publicavit humano:

sic effata simul vestem contraxit ab imo
obiecitque oculis formatas inguinibus res.
quas † cava succutiens Baubo manu – nam puerilis
ollis vultus erat – plaudit, contrectat amice.
tum dea defigens augusti luminis orbes
tristitias animi paulum mollita reponit;

inde manu poclum sumit risuque sequenti
perducit totum cyceonis laeta liquorem.

Tandoi DMP I p. X

1 simul *codd.*: sinu *Lambinus* || **2** formatas inguinibus *Sabaeus*: formata sanguinib' **P** || **3** Baubo manu] Baubus manus – at (?) *Morel*: Bacchi manu' *I. Auratus* || **4** ollis **P**: olli *Sabaeus* | amice *Gelenius*: amicae **P** || **7** poclum *Sabaeus*: poculum **P** | risuque *Sabaeus*: risuquem **P**

Clem. Alex., Protr. 2, 21 (16 St.): αὐτὰ τοῦ Ὀρφέως τὰ ἔπη, ἵν' ἔχῃς μάρτυρα τῆς ἀναισχυντίας τὸν μυσταγωγόν·

ὣς εἴπουσα πέπλους ἀνεσύρετο, δεῖξε δὲ πάντα
σώματος οὐδὲ πρέποντα τύπον· παῖς ἦεν Ἴακχος,
χειρί τέ μιν ῥίπτασκε γελῶν Βαυβοῦς ὑπὸ κόλποις·
ἡ δ' ἐπεὶ οὖν μείδησε θεά, μείδησ' ἐνὶ θυμῷ,
δέξατο δ' αἰόλον ἄγγος, ἐν ᾧ κυκεὼν ἐνέκειτο.

TIBERIANVS

(*s. III/IV.*)

(Lenz, F., RE VI A 1, 1936, 766 sq. s.v. Tiberianus n. 1; Mattiacci 8 sqq.)

Zuccarelli, U., Tiberiano, introd., testo, trad. e commento, Napoli 1987

I carmi e i frammenti di Tiberiano, intr., ed. critica, trad. & comm. a cura di Mattiacci, S., Accad. toscana di scienze e lett., Studi 98, Firenze 1990 (*cuius sunt numeri fragmentorum, omittuntur vero hic carmina*), rez. Frings, Gn. 64, 1992, 445-447

Courtney p. 429 sqq.

Mattiacci, S., L'attività poetica di Mecenate tra neoterismo e novellismo, Prometheus 21, 1995, 83 sq.

Scarcia, R., Il nitrito di Pegaso (inc. 86 Mor.), in DMP I 200-215

Vita (*testimonium incertum*):

Hier. chron. a Abr. 2352 = 335 p.Chr.n.: Tiberianus vir disertus praefectus praetorio Gallias regit, *cf. Cod. Theod. XII 5, 1; III 5, 5; Cod. Iustin. VI 1, 6*

1

Serv. Verg. Aen. 6, 136 (31 Th.): alii dicunt ideo ramo aureo inferos peti, quod divitiis facile mortales intereunt. Tiberianus:

aurum, quo pretio reserantur limina Ditis

Tiberiani carmen de auro, cuius hic v. 3, Anth. Lat. 719 b = Mattiacci 2

2 (8 Co.)

SERV. Verg. Aen. 6, 532 (76 Th.): hinc est quod terram esse inferos dicimus, quamquam illud sit, quia novem cingitur circulis. Tiberianus etiam inducit epistolam vento allatam ab antipodibus, quae habet:

superi inferis salutem.

qua occasione tractat reciprocum hoc, quod diximus supra.

versum anacreonteum vel hendecasyllabum dubitanter agnovit Courtney 446 et 532

3 (dubium)

SERV. Verg. Aen. 8, 96 (213 Th.): Tiberianus (*Baehrens*: terrentianus *codd.*), *cf. fragm. Terentiani Mauri*

4

cf. fr. 8, v. 10 sq.

5 (6 Co.)

PROMETHEVS

FULG. mitol. 3, 7 (70 H.): omnes etiam deos Iuppiter ad nuptias (*sc. Pelei et Thetidos*) dicitur convocasse illa de causa, quod putarent pagani singulas partes in homine deos singulos obtinere, ut Iovem caput, Minervam oculos, Iunonem brachia ... nam et Tiberianus in Prometheo ait deos singula sua homini tribuisse.

Mattiacci

6 (7 Co.)

DE SOCRATE

FULG. Virgil. contin. 97 H.: ramum enim aureum pro scientia posuimus ... at vero aureum quod diximus, claritatem facundiae designare voluimus memores Platonis scientiam, cuius hereditatem Diogenes Cinicus invadens ‘nihil ibi

plus <nisi> auream linguam invenit', ut Tiberianus in libro de Socrate (**EL**: de Socratis *cett. codd.*: de <deo> Socratis *Helm*) memorat.

7 (5 Co.)

Fulg. serm. ant. 56 (125 H.): sudum dicitur serenum; unde et Tiberianus ait:

aureos subducit ignes sudus ora Lucifer.

versus: septenarius trochaicus

8 (fr. inc. 87 Bue., 86 Mo., fr. 1 Courtney)

Aug. mus. 3, 3: (*de normis caesurae*) attende ergo in haec exempla:

ite igitur, Camenae,
fonticolae puellae,
quae canitis sub antris
mellifluos sonores,
quae lavitis capillum
purpureum Hippocrenae
fonte, ubi fusus olim
spumea lavit almus
ora iugis aquosis
Pegasus in nitentem
pervolaturus aethram.

v. 1–4 etiam id. 3, 15 p. 1124

Fulg. myth. 1, 21 (32 H): unde et Tiberianus 'Pegasus hinnientem transvolaturus <a>ethram' (= *fr. 4 Mattiacci*)

6 Hippocrenae] Hippocrene *Courtney* || **9** iugis *Courtney*: iubis *codd.* || **10** in nitentem] hinnientem *Fulg., et Scarcia et Courtney post Baehrens*

versus aristophaneus (choriambus et bacchius, v. 11 pervolăturus*)*

Tiberiani carmina quattuor ap. Mattiacci p. 55-59

ABLABIVS

(*cos. 331, mortuus 338*)

(Seeck, H., RE I 1, 1894, 103 s.v. Ablabius n. 1)

Courtney p. 424

SIDON. epist. 5, 8, 2: ut mihi non figuratius Constantini domum vitamque videatur vel pupugisse versu gemello consul (*a. 331*) Ablabius (*Wilamowitz*: ablavius *codd.*) vel momordisse disticho tali clam Palatinis foribus appenso:

Saturni aurea saecla quis requirat?
sunt haec gemmea, sed Neroniana,

quia scilicet praedictus Augustus isdem fere temporibus extinxerat coniugem Faustam calore balnei, filium Crispum frigore veneni.

versus: hendecasyllabus

PVBLILIVS OPTATIANVS PORPHYRIVS

(*praef. urbi 329 et 338*)

(Enßlin, W., RE XXII 1, 1935, 273 s.v. Porphyrios n. 1)

Publilii Optatiani Porfirii carmina ed. G. Polara, Torino 1973

Teuffel, Geschichte der römischen Literatur § 403; Schanz – Hosius IV 1, 1914, § 783.

EPIGRAMMATA

1 (carm. XXIX Polara)

FULG. myth. 2, 1 (40 H *de Venere*): hanc etiam in mari natantem pingunt, quod omnis libido rerum patiatur naufragia, unde et Porfirius in epigrammate ait:

nudus, egens, Veneris naufragus in pelago

versus: pentameter dactylicus

2 (carm. XXX Polara)

FULG. Virg. cont. p. 100 H: exaltatus quis in superbia duplum eliditur, unde et Porfirius in epigrammate ait:

auxilium Fortuna tibi, res perfida, Quinte,
et tulit in fronte grande supercilium:
nam haut aliud credam, puteum puto te quoque, Quinte:
quanto altus magis es, tam mage dispiceris.

3 nam haut *Knoche*: naut **PR**: non aut **D**: nam ʻaut **E**: nam ut **ω**: haut *Helm, Polara* || **4** altus magis *cod. Leid.*: magis altus *cett. codd.*

cf. PLM IV 269 Baehrens; de Porphyrio cf. Knoche[1] 696

PAVLVS QVAESTOR

(*s. IV*)

(Herzog – Schmidt, Handb. d. lat. Lit. d. Ant. 5, München 1989, § 546.5)

Paulus Quaestor non idem fuisse videtur atque Iulius Paulus poeta aevi Antoniniani, cuius Gellius saepius mentionem facit (1, 22, 9; 5, 4, 1; 16, 10, 9; 19, 7, 1).

Courtney p. 428

GRATIARVM ACTIO

1

ALDHELM. de metris 87, 29 Ehwald: Paulus Quaestor in Gratiarum Actione ait:

oceanum rapidis linquens repetensque quadrigis

titulus idem qui opusculi Ausoniani pedestri oratione conscripti

Fragmenta incertae sedis

2

ALDHELM. de metris 79, 16 Ehwald: Paulus Quaestor elisit m litteram ita:

Tartaream in sedem sequitur nova nupta maritum

ʻloquiturne de Proserpina?ʼ Morel

3

ALDHELM. de metris 86, 29 Ehwald (*de hexametris quindecim syllabarum*): Paulus Quaestor ait:

arbiter aurarum, qui fluctibus imperat atris

qui] quid **P**[1]

IVLIVS VALERIVS ALEXANDER POLEMIVS

(*cos. 338*)

(Kroll, W., RE X 1, 1917, 846-850 s.v. Iulius (Valerius) n. 520;
Schanz – Hosius IV 1, 1914, § 792)

Itinerarium Alexandri item Iulii Valerii de rebus gestis eiusdem Alexandri libri tres ... ed. A. Maio, Mediolani 1817 / Francofurti 1818
Iuli Valeri Alexandri Polemi Res gestae Alexandri Macedonis, ed. B. Kuebler, Lipsiae 1888
Iulius Valerius, Res gestae Alexandri Magni Macedonis, ed. M. Rosellini, Lipsiae 1993, [2]München 2004

Baehrens, Ae., Kritische Satura, N. Jbb. 105, 1872, 636
Geyer, R., Zeitschr. f. d. Alterthumswiss. 5, 1838, 422
Mariotti, S., Note testuali ai versi di Giulio Valerio, in: Studi su Varrone, sulla retorica, storiografia e poesia latina. Scritti in onore di B. Riposati, Rieti 1979, II 309-318

Ex Graecis conversa

1

IUL. VAL. 1, 30 R. (23 Kueb.): (*Alexander*) per somnium sic eiusdem dei (*sc. Ammonis*) adloquio fruitur:

haec tibi, rex, Phoebus lunatis cornibus edo:
nomen si pergis aevo celebrare perenni,
urbs tibi condenda est, qua stat Proteia tellus,
praesidet et numen cui Ditis mundipotentis
vertice quinqueiugo rerum secreta gubernans.

1 Phoebus *Mueller*: foeba **A**: pheba **P**: Phoebi *vel* Phoebes *Mai* | lunatis cornibus] *Val.* μηνοκέρως *legit (Kroll)* || **2** pergis **TP**: pergas **A**: poscis *dub.*

Heraeus: pervis *vix recte Morel* || **4** mundi potentis *Kroll*: mundi potentius **TP**: dite potentius ipso **A**

Ps.-Callisth. 1, 30, 6 et 1, 33, 2:

Ὦ βασιλεῦ σοὶ Φοῖβος ὁ μηλοκέρως ἀγορεύει·
εἴγε θέλεις αἰῶσιν ἀγηράτοισι νεάζειν,
κτίζε πόλιν περίφημον ὑπὲρ Πρωτηΐδα νῆσον,
ἧς προκάθητ' ⟨Αἰὼν⟩ Πλουτώνιος αὐτὸς ἀνάσσων
πενταλόφοις κορυφαῖσιν ἀτέρμονα κόσμον ἑλίσσων.

2

Iul. Val. 1, 33 R. (31 Kueb.):

prae cuncta vitae commoda est mortalibus
de fine <vitae semper esse> nescium
quibusque metis fata claudantur sui.
mens quippe homulli non videt variantia,
quod haec reformet perpes aeviternitas.
nam si facessat casuum scientia,
laeta est timoris omnis ignoratio.
quare id putato tute commodissimum,
si spes futuri nullo foedetur metu.
ergo hisce, quae fas, instruere ut praescias.
tu nam levatus nostra praepotentia,
quaecumque gens sit obvia, sternes manu,
tuncque haec revises animo, liber artubus.
urbs vero, quam nunc erigis mundi decus,
nitore surget cunctis exoptabilis
saeclis, virescens temporum recursibus
unaque semper fulta beatitudine,
frequens deorum templis atque numine
decusque vincens civium concordia.
optata sedes vitae < ...
... > quale tum capit
cunabulisque gratior genitalibus.
quippe ipse laetis coetibus praesul cluo
interminatis saeculorum cursibus,

fundata quod sit tellus hisce legibus
ridens sereno vel corusco lumine.
quippe austri solum sontibus iam libera
flabris, fovetur blandius spirantibus,
ne quid potentum saevitudo daemonum
exim noceret imperioso numine.
est namque fatum motibus nutantibus
telluris huius penita contremiscere
famemque nosse celere perfuncta<m> metu,
tractus luales atque bella percita.
enim facessent ista ceu si somnium.
<te semper> reges multigenarum gentium
honore divum summo cultu exambient
astris receptum caelitumque congregem,
quorum frequente cultu sis beatior
tuosque praestes numine augustissimo.
haec quippe sedes corpori est caelum tuo.
nunc ipse quis sim, mente bibula percipe
nomenque nostrum <ex> hisce numeris collige:
sub Graia primum biscentena littera
unum repone numerum et centum dehinc
unumque post id, tunc quater viginti sint
decemque iuxtim eaque sit novissima,
quae prima fixa est, idque sit nomen mihi.

2 de fine <vitae semper esse> nescium *F. Skutsch in editionis Kueblerianae exemplari suo*: de f<...>escium **T**^{k}: de fine certum finisse nescire **A** | <fortunae fuisse> *Br. Keil*: <certo lucis esse> *Mariotti* || **5** quod] quot *Morel* | reformet ... eviternitas **T**: reformat ... aevi aeternitas **A** || **10** fas] fas sunt **A** | instruere ut **T**: instruare et **A** || **14** erigis mundi decus] regis mundi dedecus **T** || **15** nitore surget *Baehrens*: nitore surgit **T**: nitoris urguet **A** || **20** *duo hemistichia desunt, quae in* **T** *legi nequeunt, in* **A** *omissa sunt* | optata **A**^{c}: oblata **A** || **21** quale tum **A**: <...>letum **T** | capit **T**: sapit **A** | qua letum sapit *Baehrens, De Nonno, Geyer*: qua laetum capit *Traina apud Bini, Index Morel* || **23** cluo *Eberhard*: chao **A** | coetibus praesul cluo] coeptis praesul civicis **T**: laetis coeptis praesul civicis *cett. codd. interpolationem perpessi* || **26** ridens **A**: rides **T** || **27** austri *Kuebler*: <...>tri **T**: astris **A** || **27–28** *W. Kroll, RhMus 70, 1915,*

595 n.2 || **28** blandius spirantibus] blandeque aspirantibus **A** || **29** ne quid (ne quis *Kuebler*)… saevitudo *Mariotti*: nequit p. vis meditulla **A**: ne <...>um seu vis ulla **T** || **33** perfuncta<m> metu *Baehrens*: perfuncta metum **A**$^{a.c.}$: p. metu **A**$^{p.c.}$: <...>etu **T** || **36** <te semper> reges *F. Schlee*: porroges *sive* por (?) reges **T**: <te> por<ro> reges *Mariotti* || **40** praestes] praestas **A**: pr[...]tes **T** || **43** <ex> *Eberhard;* nostrum his *Mariotti, cf. fr. 3, 1* || **44** *sc.* Σάραπις, *cf. F. Dornseiff, Das Alphabet in Mystik und Magie, Leipzig* ^{2}*1925, 92* | Graia *Mai*: [...]a **T**: grata **A** || **46** post id tunc *Mai*: post idus **A**: *lacuna in* **T**

versus senarii et trimetri iambici

Ps.-Callisth. 1, 33, 11:

Ἄλυπόν ἐστι καὶ καλὸν καὶ τίμιον 1
......
καὶ τότε νοήσεις, τίς πέφυκ᾽ ἐγὼ θεός. 40

3

Iul. Val. 1, 34 R. (33 Kueb.): tunc Parmenioni architecto laborandi scilicet simulacri cura mandatur, ut ne illis Homeri versibus demutaret, qui sic loquuntur:

caerulea hinc illi Saturnius adnuit arce,
aurea caesaries quem cingit nutibus almis.

1 caerulea hinc *A. Mai*: caerula tunc **AT**, *def. Mariotti* | illi **T**: oli **A**: cilii *R. Volkmann, Jbb. f. Philol. 141, 1890, 790* || **2** quem *Geyer*: que **AT** | cingit *Polle dub. apud R. Volkmann, JClPh 36, 1890, 799*: signat **A**: signa **T**, | nutibus *Polle dub. apud R. Volkmann 799*: motibus **T**: mentibus **A**

Ps. Callisth. 1, 33, 13: Hom. Il. A 528 sq.:

ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων·
ἀμβροσίαι δ᾽ ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος.

4

Iul. Val. 1, 42 R. (46 Kueb. *et 48, 30 sqq. Kroll, qui hosce versus pro deperditis Ps.-Callisthenis in huius textum recepit*): praecipue tamen Achillem veneratur ac rogat uti sibi et ipse faveat et dona quae ferret dignanter admittat; haec enim a sese non ut ab externo ac superstitioso, verum ut consanguineo ac religioso dedicari:

hinc primus extat Aeacus Iovis proles
atque inde Peleus Phthiae regna possedit,
quo tu subortus inclyta cluis proles.

Pyrrhusque post id nobile adserit sanguen,
quem subsecuta est Pieli fama non dispar;
Pielique proles Eubius dehinc regnat.
post Nessus ardens excipit domus nomen
Argusque post id, qui potens fuit Xanthi;
ex hoc Aretes nobilis genus ducit.
Areta natus Priami nomen accepit,
Tryinus unde et Eurymachus post illum,
ex quo Lycus fit dives et dehinc Castor.
Castore natus est Dromon, qui dat Phocum.
atque hinc suborta est Metrias, quae suscepit
Neoptolemei nominis vicem dignam,
cui substitutus Charopus; hic Molossorum
regni potitus auctor extitit stirpis
nostrae . . . .
. . . . eritque viscus inclytum matris
e qua subortus vestro sanguini adnector,
quaesoque nomen adseras tuum nobis
bellisque praestes gloriasque subtexas
velut feracis seminis <capiens> fructum,
quod cuncta late spatia terrae pervadat;
unaque metis nostra fac Phaethonteis
regna explicari mundus adserat cunctus.

5 Pieli *A. Mai*: pieri **TP**: pueri **A** || **6** Pielique *A. Mai*: pierique **TP** || **8** *'quem Xanthum dicat obscurum' Kroll* || **9** aretes **T**: aret(h)e **AP** || **11** et <est> *Radermacher* || **16** charopus **AP**: *'revera* Θαρύπας *vel* Θάρυψ*' Rosellini* || **18** *'exciderunt nomina Alcetae et Neoptolemi' Kuebler* || **19** eritque] eritqui **T**: sicque **A**, *an* seritque ? | viscus **T**: iustum *cett.* | inclitum] inclite **P** || **23** <capiens> *tempt. Buechner*: <curans> *ex. gr. F. Skutsch in exemplari suo* || **24** late **P**: lex **A** || **25** unaque … Phaetonteis *Mueller*: unaque … fac et hoc reis **P**: unaque metis … foetontis **A**, *def. Housman*: ultraque metas … Phaethonteas *Morel* || **26** cunctus **P**: totus **A**

versus: choliambus

5

IUL. VAL. 1, 47 R (53 Kueb.): Thebani ... sciscitatum Apollinem mittunt, ecquid sibi redintegrare urbem Thebanam fata permitterent. ad haec igitur huiusmodi Apollinis est responsum:

Maiugena Alcides et Pollux caestibus auctor
arte sua Thebis reditum cultumque dedere.

cf. Ps.-Callisth. 1, 47, 1 et 1, 47, 8:

Ἑρμῆς καὶ Ἀλκείδης καὶ ἱμαντομάχος Πολυδεύκης
οἱ τρεῖς ἀθλήσαντες ἀνακτίσουσί σε, Θήβη

6

IUL. VAL. 3, 27 R (48 Kueb.) *in Aristotelis ad Alexandrum litteris:* certe illud tibi iam Homericum adest quod illic sapientissimus gloriatur:

multigenasque urbes hominum moresque notavi

notavi **A**^{2}: notari **A**^{1}**P**: notaret **O**

Ps.-Callisth. 3, 26, 7 K (Od. α 3):

πολλῶν δ᾽ ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω

7

IUL. VAL. 3, 27 R (48 Kueb.): quodque uno ille versu percucurrit:

quique novum cernunt Hyperiona quique cadentem

quique **A**: quippe **P**

Ps.-Callisth. 3, 21, 7 K (Od. α 24):

οἱ μὲν δυσομένου Ὑπερίονος οἱ δ᾽ ἀνιόντος

8

IUL. VAL. 3, 32 R (56 Kueb.): deusque (*sc. Iuppiter Babylonius*) interrogatus sic ait:

accipe quae regis sedes cultusque dicetur:
urbs colitur Nili propter umbrosa fluenta,
aequoris in gremio, cereali dives anona,
nomine Amazonidos quae dicitur inclyta Memphis.

hic sibi templa dari sacrata sede recepto
iussit cornigeri genitus sub honore Lyaei.

1 quae] que **P**: qui **A** | regis **AP**: regi *Mariotti post Berengo* || **4** Amazonidos *A. Mai*: Amazonides **P**: Amazodinos **A** | Memphis *L. Mueller*: mensis **AP** || **6** cornigeri *A. Mai*: cornigero *codd.*

cf. Ps.-Callisth. 3, 34, 3 *ubi oraculum pedestri sermone redditur*: αὐτὸς χρησμὸν δίδωμι τὸν συμφέροντα πᾶσιν ὑμῖν. ἔστι πόλις πρὸς Νείλῳ ἐπὶ Ὠκεανοῦ ῥείθροις, πέντε ἀγροὺς βασιλικοὺς λαβοῦσα, πλουσιωτάτη, ἐγγὺς τῆς Ἀμαζονίδος, τοὔνομα Μέμφις. ἐκεῖσε πέμψας ἄγαγε καὶ κατάπαυσον τὸν τῶν ἀθανάτων υἱὸν καὶ τίμησον αὐτὸν βασιλέα κερασφόρον.

CLAVDIVS CLAVDIANVS

(*?, s. IV ex.*)

(Vollmer, F., RE III 2, 1897, 2652-2660 s.v. Claudianus n. 9)

Speyer, W., Drei unbekannte lateinische Epigramme, Grazer Beitr. 6, 1977, 111 sq.
Traina, Suppl. Morel. 65

1 (dubium)

Vat. Lat. 5245 (**A**): Claudiani ut fertur (non sed papien(sis) *add. m.a.*):

in ripa lepus est: nixu contenditur arcus
ocius et celeri missa sagitta manu.
forte salit piscis, Progne praetervolat. haerent
tres uno in telo: piscis, hirundo, lepus.

Vat. Lat. 3352 (**B**): de missu sagittae: ‘in ... lepus’.

1 nixu *S. Mariotti*: missus **AB**, *Speyer*: regis **AP** | contennitur **B**: contenditur **B**corr.: contemnitur **A**

AMBROSIVS

(ca. 337 – 394)

(Jülicher, A., RE I 2, 1894, 1812-1814 s.v. Ambrosios n. 7)

Buecheler, F., Coniectanea, RhMus 41, 1886, 4
Traina, Suppl. Morel. 58

Ex Graecis conversa

1

Ambros. de Abr. 1, 9, 91 Sch.: ait enim (*Euripides*) in persona mulieris, quae tamen maritum volebat relinquere et ad alias petebatur nuptias: νυμφευμάτων μὲν τῶν (*add. ex Euripide Erasmus*) ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς μέριμναν ἕξει· τοῦτο γὰρ οὐκ ἐστ' ἐμὸν (*Schenkl codicum vestigia et interpretationem Latinam secutus*: κοὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε *Eurip.*), hoc est:

sponsalium quidem meorum pater meus
curam subibit; hoc enim non est meum.

Traina 58 de re metrica
versus: senarius iambicus (v. 1 meorum *cum synizesi)*

EVSEBIVS HIERONYMVS

(ca. 348 – 420)

(Lietzmann, H., RE VIII 2, 1913, 1565-1581 s.v. Hieronymos n. 16)

Consolino, F. E., Girolamo poeta: gli epigrammi per Paola, in: DMP III 226-242
Engelbrecht, A., S. Paulas Grab und die alte Geburtskirche und Grotte zu Bethlehem, WSt 43, 1924, 80-85
Tolkiehn 129 sq.
Traina, Suppl. Morel. 59 sqq.
Weymann, C., Beiträge zur Geschichte der christlich-lateinischen Poesie, München 1926 (Hildesheim 1975), 23 sq.

Ex Graecis conversa

1

HIERON. chron. praef. p. 12, 20–13, 2 Helm: Dardanusque, qui Dardaniam condidit, de quo Homerus:

quem primum genuit caelesti Iuppiter arce

primum] primus **B**

Hom. Il. Υ 215: Δάρδανον αὖ πρῶτον τέκετο νεφεληγερέτα Ζεῦς; *Hieron. sequitur Euseb. praep. ev. 10, 12, 12:* Δάρδανον ὃν … Ζεῦς.

2

HIERON. chron. praef. p. 13, 4–6: regnum Trois:

cuius di natum Ganymedem ad sidera raptum
vina Iovi magnis voluerunt fundere mensis

2 magnis] magni **B**

Hom. Il. Υ 231 sqq., 234: τὸν καὶ ἀνηρείψαντο θεοὶ Διὶ οἰνοχοεύειν.

2a*

HIERON. chron. praef. p. 13, 7-9: quo tempore Tantalus quoque et Tityos fuerunt et Apollo natus est.

nam Latona Iovis coniux per Titya fugit.

cf. Hom. Od. λ 580 sq.

3

HIERON. chron. praef. p. 13, 10–12: post quos Cadmus Thebas venit,

qui Semelem genuit, de qua pulcherrima proles
Liber condignam partu tulit edita frugem

HESIOD. theog. 940 sq. (apud Euseb. praep. ev. 10, 12, 20):

Καδμείη δ' ἄρα οἱ Σεμέλη τέκε φαίδιμον υἱόν
μιχθεῖσ' εἰν φιλότητι Διώνυσον πολυγηθέα.

sed cf. Hom. Il. Ξ 325:

ἡ δὲ Διώνυσον Σεμέλη τέκε, χάρμα βροτοῖσιν.

ELOGIVM PAVLAE

4

Hieron. ep. 108, 33 (p. 350 Hilberg): incidi elogium sepulcro tuo, quod huic volumini subdidi, ut quocumque noster sermo pervenerit, te laudatam, te in Bethlehem conditam lector agnoscat. titulus sepulcri:

Scipio quam genuit, Pauli fudere parentes,
Gracchorum suboles, Agamemnonis inclita proles,
hoc iacet in tumulo: Paulam dixere priores.
Eustochiae genetrix, Romani prima senatus
pauperiem Christi et Bethlemitica rura secuta est.

Consolino; Engelbrecht; Traina; Weymann
Bethlemi *Hamblenne (rez.)*

5

Hieron. ep. 108, 33 (p. 350 Hilberg): (*sequitur fr. 4*) et in foribus speluncae:

despicis angustum praecisa rupe sepulchrum?
hospitium Paulae est caelestia regna tenentis.
fratrem, cognatos, Romam patriamque relinquens,
divitias, subolem, Bethlemiti conditur antro.
hic praesaepe tuum, Christe, atque hic mystica Magi
munera portantes homini regique deoque.

Consolino

1 despicis] aspicis **K**: respicis **ΣDB** || **4** Bethlemiti *Traina*: Bethlemitico *codd.* | *post v. 4* his fruitura locis felix ubi dona magorum *add.* **B** || **5** Magi *codd.*: reges *Hilberg propter metrum (*măgi*)* || **6** homini regique **D**: hominique regique (*eras.* **Σ**) a **Σ**: hominique deoque dedere *PL 22, 306*

Q. AVRELIVS SYMMACHVS

(*ca. 345 – 402*)

(Seeck, O., RE IV A 1, 1931, 1146-1158 s.v. Symmachus n. 18)

Courtney p. 447 sqq.

Blanchard-Lémée, M., À propos des mosaïques de Sidi Ghrib: Venus, le

Gaurus et un poème de Symmaque, Mélanges d'archéologie et d'histoire de l'École française de Rome, 100, 1988, 367-384

1

Symm. epist. 1, 1, 2: ibi (*sc. Baulis*) Acindyno conditori eiusque maioribus emmetra verba libavi et picturae licentiam, quae vestitum disparem singulis tribuit, in rationem coegi ... accipe cantilenam:

Attica palla tegit socerum, toga picta parentem:
praefuit iste sacris, hic dixit iura Quiritis:
at mihi castrensem quod mordet fibula vestem,
Aurorae in populis regum praetoria rexi.
sed fasces pictura tacet: tu respice fastus.

2 iste **VF**: ille **Π** | Quiritis **ΠVR**: Quiriti **ΓΦF** || **5** sed **V**: si **R** | fastus **ΓVR**: fastos *florilegia quaedam*

2

Symm. epist. 1, 1, 4: audi versus ad Baulorum historiam pertinentes:

huc deus Alcides stabulanda armenta coegit
  eruta Geryonae de lare tergemini.
inde recens aetas corrupta boaulia Baulos
  nuncupat occulto nominis indicio.
ab divo ad proceres dominos fortuna cucurrit,
  fama loci obscuros ne pateretur eros.
hanc celebravit opum felix Hortensius aulam,
  contra Arpinatem qui stetit eloquio.
hic consul clarum produxit Acindynus aevum
  quique dedit leges Orfitus Aeneadis.
hos inter iuvenile decus, sed honore senili
  bis seno celsus, Symmache, fasce cluis.
sed te Baulorum necdum lenta otia quaerunt;
  cura habeat iuvenem publica pervigilem.

3 boaulia **R** *flor. Servius, Lipsius ex coni. coll. Serv. Aen. 6, 107; 7, 662*: bualia **V**: boalia **F** || **9** Acind. *cos. a. 340* || **10** Orfitus *Symmachi socer, conf. Seeckii indicem II s. v.* || **11** iuvenile **VR**: iuvenale **Φ** || **13** quaerunt] quaerant *Holford-Strevens ap. Courtney p. 448*

3

Symm. epist. 1, 8: animadvertite meliora terrarum, ...

ubi corniger Lyaeus
operit superna Gauri,
Volcanus aestuosis
medium coquit cavernis,
tenet ima pisce multo
Thetis et Baiae sorores,
calet unda, friget aethra:
simul innatat choreis
Amathusium renidens
salis arbitra et vaporis
flos siderum Dione.

Blanchard-Lémée

2 superna *Salmasius*: supernam **ΓΦVR**: supprema **M** | Gauri *Salmasius*: gutturi *codd.* || **6** Baiae] vagae *Heinsius* | Baiae sorores] sorore Baia *Baehrens*

versus: anacreontius

L. AVRELIVS AVIANIVS SYMMACHVS

(*mortuus a. 376*)

(Seeck, O., RE IV A 1, 1931, 1142-1144 s.v. Symmachus n. 14)

Courtney p. 451 sqq.

1

Symm. epist. 1, 2 (*Pater Symmacho*), 2: scis Terentium ... Reatinum illum Romanae eruditionis parentem hebdomadon libros epigrammatum adiectione condisse. illud nos, si fors tulerit, conamur imitari ... pauca misi ...:

I. ARADIVS RVFINVS

princeps ingenio, fortunae munere princeps
aetatis, Rufine, tuae, cui prospera quaeque
admiranda tuis aequabat gloria rebus,

unus amor cunctis et praesidium trepidorum,
principibus quorum viguisti tempore doctus
aut calcaria ferre bonis aut frena tyrannis.

II. VALERIVS PROCVLVS

cum primis, quos non oneravit gloria patrum,
ponemus Proculum, vitae morumque decore
haud umquam indignum magnorum Publicolarum.
olli semper amor veri et constantia, simplex
caelicolum cultus; non illum spernere posses,
et quamquam reverendus erat, non inde timeres.

III. ANICIVS IVLIANVS

cuius opes aut nobilitas aut tanta potestas,
cedenti cui non praeluxerit Amnius unus?
acer ab ingenio cunctisque adcommodus idem
hic et carus erat, conferre iuvare paratus;
nam dives, tum celsus honoribus, et tamen illis
grandior aeterno complebat nomine Romam.

IV. PETRONIVS PROBIANVS

iactet se Fortuna aliis, quos iudice nullo
lucem ad Romuleam sua sola licentia vexit;
te, Probiane, pudor, te felix gratia teque
Itala simplicitas morum et sollertia iuvit.
adsidue quocirca. Augustis notus et hospes,
praemia magnorum tetulisti dignus honorum.

V. VERINVS

virtutem, Verine, tuam plus mirer in armis,
Eoos dux Armenios cum caede domares,
an magis eloquium, morum vitaeque leporem

et – nisi in officiis, quotiens tibi publica curae –
quod vitam innocuis tenuisti laetus in agris?
nullum ultra est virtutis opus, nam si esset, haberes.

I *tit.* Aradius Rufinus *Iuretus, cf. O. Seeck, RE II 370*: arcadius ruffinus **Γ**, *om.* **V** || **3** admiranda tuis **VR**: tristitiam tua mirandis **ΓΦ** || **II 2** decore *Wingendorp* (*sed cf. Knoche*[1] *696*): decorem **ΓVR** || **5** posses *Iuretus*: possis **ΓVR** || **6** erat *Iuretus*: eris **VR**, *om.* **ΓΦ** | timeres *Pareus*: timeris **ΓVR** || **III.** *tit.* **Γ**, *om.* **V.** || **2** cedenti **Γ**: non cedent **VR** | Amnius **V**, *Seeck*: annius **Φ**: animus **Γ** || **6** aeterno **VR**: aeterna **Γ**: aeternam **Φ**, *Scioppius* || **IV 1** quos *Lectius*: quod **ΓVR** || **5** adsidue quocirca *Seeck*: assidue quia circa **V**: quocirca adsiduos **Γ** || **6** tetulisti **ΓΦ**: retulisti **VR** || **V 2** domares **ΓΦV**: domaris **R** || **4** curae] cura est *Baehrens*

MACROBIVS AMBROSIVS THEODOSIVS

(*procos. Africae 410*)

(Wessner, P., RE XIV 1, 1928, 170-198 s.v. Macrobius n. 7)

Comm. in Somn. 1, 9, 7: et ne cui fastidiosum sit, si versus ipsos, ut poeta Graecus protulit, inseramus, referemus eos, ut ex verbis suis in Latina verba conversi sunt.

indigetes divi fato summi Iovis hi sunt:
quondam homines, modo cum superis humana tuentes,
largi ac munifici, ius regum nunc quoque nacti

Hes. op. 122 sq.: τοὶ μὲν δαίμονες ἁγνοὶ ἐπιχθόνιοι τελέθουσιν
ἐσθλοί, ἀλεξίκακοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων
id. 126 πλουτοδόται· καὶ τοῦτο γέρας βασιλήιον ἔσχον.

CALCIDIVS

(*ca. 400*)

(Kroll, W., RE III 2, 1897, 2042 sq. s.v. Chalcidius)

Traglia, A., Calcidio traduttore di Empedocle, C&S 28, 1989, 34
Tolkiehn, Homer 124-126

Ex Homeri Iliade

1

Calc. comm. 266 (271 Waszink): ex oculorum habitu mens atque animus indicatur irascentium, maerentium, laetantium: irascentium quidem, ut apud Homerum commotae mentis orator:

stabat acerba tuens defixo lumine terrae

Hom. Il. Γ 217: στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας

2

Calc. comm. 254 (263 W) (*in versione loci Platonici Crit. 44b*): illud Homericum:

tertia luce petes Phthiae praefertilis arva.

tertia *codd., edd. plerique syllabas duas legentes*: terna *ed. princ.*
cf. Hom. Il. Ι 363: ἤματί κε τριτάτῳ φθίην ἐρίβωλον ἱκοίμην
(ἵκοιο Plato, Crito 44 b2).
cf. etiam Ciceronis fr. 27

3

Calc. comm 266 (271 W) *paulo post fr. 1*: maerentium vero, ut fert poeta de eo, qui iugi fletu oculos amiserat:

maeroreque lumina linquunt

maeroreque **p** *in marg., Wrobel 1876*: maerore **N**: maerorem *codd.*
cf. Hom. Il. Λ 249: πένθος ὀφθαλμοὺς ἐκάλυψε.
Calc. locum Hom. false, sed non omnino absurde interpretatus est. 'hic v. unde sumptus sit, non liquet' Waszink

4

Calc. comm. 93 (146 W): Homerum puto lapsum alitis augurantem dixisse:

dexter ad eoum volitans solemque diemque

Hom. Il. Μ 239: εἴτ᾽ ἐπὶ δεξί᾽ ἴωσι πρὸς ἠῶ τ᾽ ἠέλιόν τε

5

Calc. comm. 266 (271 W) *inter fr. 1 et 3*: et item

furor ignea lumina volvit

cf. Hom. Il. M 466: πυρὶ δ' ὄσσε δεδήει

6

Calc. comm. 125 (168 W): dicit autem Homerus de hoc sidere (*sc. de cane Orionis*) hactenus:

iste quidem clarus, sed tristia fata minatur

fata **L**²: facta **P**₃**LΠ**

cf. Hom. Il X 30: λαμπρότατος μὲν ὅ γ' ἐστί, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται

Ex Odyssea

7

Calc. comm. 183 (210 W): ut apud Homerum, cum Laertius iuvenis

pectore pulsato mentem castigat acerbe:
'quin toleras, mea mens? etenim graviora tulisti.'

2 etenim] etiam **Π**

Hom. Od. υ 17 sq.: στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ·
τέτλαθι δή κραδίη· καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης

Ex Hesiodi Theogonia

8

Calc. comm. 123 (167 W): velut ait Hesiodus:

prima quidem haec caligo, dehinc post terra creata est,
spirantum sedes firmissima pectore vasto.

Hes. Theog. 116: ἤτοι μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
γαῖ' εὐρύστερνος πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί

E Pythagorae Aureis versibus

9

Calc. comm. 136 (177 W): Pythagoras etiam in suis Aureis versibus:

corpore deposito cum liber ad aethera perges,
evades hominem factus deus aetheris almi.

Χρυσᾶ ἔπη 70, 1 (*Anth. Lyr. ed. Diehl, I p. 194 = Theognis ed. D. Young, Lipsiae 1961, 94*): ἢν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον ἔλθῃς,
ἔσσεαι ἀθάνατος θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός
(*v. 1* ἐλεύθερος *legisse vid. Calc., cf. Diehl l.c.)*

Ex Empedocle

Ex libris Περὶ Φύσεως

10

Calc. comm. 218 (231 W): Empedocles ... principalem animae vim constituit in corde sic dicens:

sanguine cordis enim noster viget intellectus

Emp. fr. 105, 3 D: αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐστι νόημα

11

Calc. comm. 51 (100 W): Pythagoricum dogma similia non nisi a similibus suis comprehendi. quod etiam Empedocles sequens ait in suis versibus:

terram terreno comprendimus, aethera flammis,
humorem liquido, nostro spirabile flatu,
pacem tranquillo, litem quoque litigioso.

cf. 218 (231 W): 'terram ... flatu'

1 comprendimus] sentimus, at *218* || **2** humorem liquido] humorem humecto *218*

Emp. fr. 109 D: γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ,
αἰθέρι δ' αἰθέρα δῖον, ἀτὰρ πυρὶ πῦρ ἀίδηλον,
στοργὴν δὲ στοργῇ, νεῖκος δέ τε νείκεϊ λυγρῷ.

Ex Catharmis

12

Calc. comm. 197 (218 W): Empedocles ... Pythagoram secutus ait eas (*sc. animas*) non naturam modo agrestem et feram sortiri, sed etiam formas varias, cum ita dicit:

namque ego iamdudum vixi puer et solida arbos,
ales et ex undis animal, tum lactea virgo.

cf. Emp. fr. 117 D: ἤδη γάρ ποτ᾽ ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε
θάμνος τ᾽ οἰωνός τε καὶ ἔξαλος ἔλλοπος ἰχθύς.

13

Calc. comm. 76 (123 W): at vero sub luna usque ad nos omne genus motuum, omne etiam mutationum, prorsus ut est in vetere versu:

<n>ex ubivis, rabies, furiarum examina mille

versum restituit H. Diels, RhMus 49, 1894, 478: in vetere versu n(a)evii versus exuviis (exuviis **A*****AmT**: ex subivis Val. **Σ'**: eximiis *Vat. vel. sim.*) rabies *codd.*
Emp. fr. 121 D: ἔνθα Φόνος τε Κότος τε καὶ ἄλλων ἔθνεα Κηρῶν

14

Calc. comm. 197 (219 W) *post fr. 15*: item alio loco:

comprimite, o gentes, homicidia! nonne videtis
mandere vos proprios artus ac viscera vestra?

Emp. fr. 136 D: οὐ παύσεσθε φόνοιο δυσηχέος; οὐκ ἐσορᾶτε
ἀλλήλους δάπτοντες ἀκηδείῃσι νόοιο;

15

Calc. comm. 197 (218 W) *ante fr. 14*: ut ipse (*sc. Emp.*) aliis testatur versibus, quibus abstineri oportere censet animalibus:

mutatos subolis mactat pater impius artus
dis epulum libans; saeva prece territa mente
hostia; luctifica funestatur dape mensa.
natus item ut pecudes caedit matremque patremque
nec sentit caros mandens sub dentibus artus.

Emp. fr. 137 D: μορφὴν δ᾽ ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας
σφάζει ἐπευχόμενος μέγα νήπιος, οἱ δ᾽ ἀπορεῦνται
λισσόμενον θύοντες· ὁ δ᾽ αὖ νήκουστος ὁμοκλέων
σφάξας ἐν μεγάροισι κακὴν ἀλεγύνατο δαῖτα,
ὡς δ᾽ αὔτως πατέρ᾽ υἱὸς ἑλὼν καὶ μητέρα παῖδες
θυμὸν ἀπορραίσαντε φίλας κατὰ σάρκας ἔδουσιν.

Ex Euripide

Medea

16

Calc. comm. 183 (210 W): apud Euripidem ... ait enim:

nec me latet nunc, quam cruenta cogitem,
sed vincit ira sanitatem pectoris.

versus: trimeter iambicus

Eur. Med. 1078: καὶ μανθάνω μέν, οἷα δρᾶν μέλλω κακά,
θυμὸς δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Phoenissae

17

Calc. comm. 153 (188 W): hac ratione Laio praedictum est ab Apolline:

cave vetatos liberum sulcos seras:
generatus ille te mactabit impie
et omnis aula respergetur sanguine.

1 vetatos *cf. H. Roensch, Itala und Vulgata, Marburg-Leipzig 1869, 296*: vetitos *Vat.* P_{11} $^{1}P_{3}$: vetitos caveto *Mullach, alii alia*

versus: senarius iambicus

Eur. Phoen. 18-20: μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ·
εἰ γὰρ τεκνώσεις παῖδ᾽, ἀποκτενεῖ σ᾽ ὁ φὺς
καὶ πᾶς σὸς οἶκος βήσεται δι᾽ αἵματος.

Ex Alexandro Ephesio

18

Calc. comm. 72 (120 W): consentit his (*sc. quae Pythagorei quidam de septem planetibus docent*) Alexander Milesius ita dicens:

sortitos celsis replicant anfractibus orbes:
vicinum terris circumvolat aurea Luna,
quam super invehitur Cyllenius; alma superne
nectareum ridens late splendet Cytherea;
quadriiugis invectus equis Sol igneus ambit
quartus et aethereas metas; quem deinde superne

despicit Armipotens; sextus Phaethontius ardor
suspicit excelsum brumali frigore sidus.
plectricanae citharae septem discriminibus, quos
assimilans genitor concordi examine iunxit.

5-6 *cf. Manil. 4, 163 sq.:* ardentem ... metam,/ quam Phoebus summis revocatus cursibus ambit.

versus graecos servaverunt Theo Smyrn. p. 139 H *et* (9-10) Heracl. Quaest. Hom. p. 20 ed. Bonn. *Calcidius falso versus Alexandro Milesio, Theo Smyrn. Aetolo, Heraclitus recte Ephesio attribuit. sunt autem*:

ὑψοῦ δ' ἄλλοθεν ἄλλος ὑπέρτερον ἔλλαχε κύκλον·
ἀγχοτάτη μὲν δῖα Σεληναίη περὶ γαῖαν,
δεύτερος αὖ στίλβων χελυοξόου Ἑρμείαο.
τῷ δ' ἐπὶ φωσφόρος ἐστὶ φαεινότατος Κυθερείης·
τέτρατος αὐτὸς ὕπερθεν ἐπ' Ἠέλιος φέρεθ' ἵπποις,
πέμπτος δ' αὖ πυρόεις φονίου Θρῄϊκος Ἄρηος,
ἕκτος δ' αὖ φαέθων Διὸς ἀγλὸς ἵσταται ἀστήρ,
ἕβδομος αὖ φαίνων Κρόνου ἄγχοθι τέλλεται ἄστρων.
πάντες δ' ἑπτατόνοιο λύρης φθόγγοισι συνῳδὸν
ἁρμονίην προχέουσι διαστάσει ἄλλος ἐπ' ἄλλῃ.

ad verba graeca cf. apparatus criticos Meinekii (Anal. Alex. 373), Hilleri, Bonnensium

ORACVLA

19

Calc. comm. 169 (199 W) (*de divinatione*): ambigua est et obliqua, ut est illa Apollinis:

perdet Croesus Halyn transgressus maxima regna

Aristot. rhet. 3, 5 p. 1407 a39:

Κροῖσος Ἅλυν διαβὰς μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει

cf. Cic. fr. 54

20

Calc. comm. 170 (200 W): Argivis per oraculum quaerentibus, an adversum Persas bellum suscipi conveniret, responsum est:

vicinis offensa, deo carissima plebes,
armorum cohibe munimina, corporis omne
discrimen sola capitis tutabitur umbra.

3 tutabitur *passive (Morel)* | umbra *mirum inventum*
Hdt. 7, 148: ἐχθρὲ περικτιόνεσσι, φίλ' ἀθανάτοισι θεοῖσιν,
εἴσω τὸν προβόλαιον ἔχων πεφυλαγμένος ἧσο
καὶ κεφαλὴν πεφύλαξο, κάρη δὲ τὸ σῶμα σαώσει.

AVRELIVS AVGVSTINVS

(*354 - 430*)

(A. Jülicher, RE II 2, 1896, 2363-2367 s.v. Augustinus n. 2)

1

LAVS CEREI

Aug. civ. 15, 22: cum ... bona sit (*sc.* creatura), et bene amari potest et male: bene scilicet ordine custodito, male ordine perturbato. quod in laude quadam Cerei breviter versibus dixi:

haec tua sunt, bona sunt, quia tu bonus ista creasti.
nil nostrum est in eis, nisi quod peccamus amantes
ordine neglecto pro te, quod conditur abs te.

Beda GLK VII 245 (*sine auct. nom.*): scansionum species … districta, ubi verba cum pedibus terminantur, ut: haec … creasti.

1 ista creasti] omnia condis *Beda* | **1** haec tua sunt ... ista creasti *codd.*: omnia sunt ... omnia condis *codd. Anth. Lat.*

2

Aug. de mus. 2, 22 (= 2, 26): Magister: intende item in istos versus:

volo tandem tibi parcas, labor est in chartis,
et apertum ire per auras animum permittas.
placet hoc nam sapienter, remittere interdum
aciem rebus agendis decenter intentam.

Discipulus: etiam hoc satis est. Magister: praesertim cum isti versus sint inconditi, quos necessitate ad tempus fabricatus sum.

versus: trimeter ionicus a maiore cum spondeo, in v. 3 sq. anaclasis in pede tertio

seriem versuum metri causa factorum ibid. 4, 4–7 et 12 praetermisi

3*

Possidius, vita S. Augustini 22: et in ipsa mensa magis lectionem vel disputationem quam epulationem potationemque diligebat, et contra pestilentiam humanae consuetudinis in ea scriptum ita habebat:

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam,
hac mensa indignam noverit esse suam.

ideo omnem convivam a superfluis et noxiis fabulis sese abstinere debere admonebat.

4*

Possidius, vita S. Augustini 30: iuxta quod etiam saecularium quidam poeta iubens, quo sibi tumulum mortuo in aggere publico conlocarent, programmate fixit dicens:

Vivere post obitum vatem vis nosse, viator?
quod legis, ecce loquor, vox tua nempe mea est.

ceteri versus in Anth. Lat. 484, ubi 50 versus medio ut videtur aevo consarcinati sequuntur, 489 et 870 a Riese editi sunt.

PRISCILLIANISTARVM PRAECEPTVM

(s. V)

(Vollmann, B., RE Suppl. XIV 1974, 486 s.v. Priscillianus n. 5; Schanz – Hosius IV 1, § 951)

Jannacone, S., La dottrina eresiologica di S. Agostino, Catania 1952, 85
Traina, Suppl. Morel. 64

Aug. de haer. 70 (p. 333 Van der Plaetse – Beukers): propter occultandas autem contaminationes et turpitudines suas habent in suis dogmatibus et haec verba:

iura, periura, secretum prodere noli

Aug. ep. ad Ceretium 237, 3 (p. 528 Goldbacher): verba ipsa praecepti huius ista commemorant: 'iura ... noli'

HILARIVS ARELATENSIS

(*401–449*)

(Lietzmann, H., RE VIII 2, 1913, 1604 s.v. Hilarius n. 12)

Courtney p. 454

Bianco, M.G., I versi sulla fonte prodigiosa di Grenoble, in: DMP II 298-316

Speyer, W., Naucellius und sein Kreis, Zetemata 21, München 1959, 15 sqq.

–, Der Ursprung warmer Quellen nach heidnischer und christlicher Deutung, JAC 20, 1977, 43 sq.

Greg. Tur. stell. p. 412, 14 Kr.: quintum (*sc.* miraculum) est de fontibus Gratianopolitanis (*hodie Grenoble*), de quibus simul et latix emanat et ignis ... hinc Hilarius (*edd.*: Ilarius *vel* Elarius *codd.*) quidam ait:

si vere exurunt ignes, cur vivitis undae?
si vere extinguunt undae, cur vivitis ignes?
lympharum in gremiis inimicos condidit ignes
communisque ortus imperat alta manus.

cf. Honorat. Mass. v. Hilar. episc. Arel. 14, 29 (93 Cavallin), qui commemorat Hilarii 'versus ... fontis ardentis'

cf. Anth. lat. II 487 Buecheler

1–2 *et* **3–4** *separavit Baehrens* || **3** inimicos *Haupt*: inimicus *cod.*

CAELIVS AVRELIANVS

(*s. V*)

(Wellmann, M., RE III 1, 1897, 1256-1258 s.v. Caelius n. 18)

E PARMENIDIS DE NATVRA

Deichgräber, K., Parmenides' Auffahrt zur Göttin des Rechts. Untersu-

chungen zum Prooimion seines Lehrgedichts, Ak. Wiss. u. Lit. Mainz, 1958, Nr. 11

Cael. Avr. chron. 4, 9, 545 Amm. (Amst. 1709; VS 28 B 18 DK et Poet. Phil. fr. ed. H. Diels, 1901, 4. B 18, p. 71 sq.): Parmenides libris, quos de natura scripsit, eventu inquit conceptionis molles aliquando seu subactos homines generari. cuius quia Graecum est epigramma, et hoc versibus intimabo. Latinos enim ut potui simili modo composui, ne linguarum ratio misceretur:

femina virque simul Veneris cum germina miscent,
venis informans diverso ex sanguine virtus
temperiem servans bene condita corpora fingit.
nam si virtutes permixto semine pugnent
nec faciant unam permixto in corpore, dirae
nascentem gemino vexabunt semine sexum.

2 virtus] virus *Deichgräber*

PARTHENIVS PRESBYTER

(s. VI)

(fortasse episcopus urbis Gabalitanae, cf. Greg. Tur., Franc. 4, 39. sic K.F. Werner per epistulam)

1

Anecd. Casinensia ed. Reifferscheid p. 4 in epistula Parthenii ad Sigesteum comitem data:

tempore quo medio peragunt suum sidera cursum,
noctis et obscuris densantur cuncta tenebris,
cum refugit somnus fallaxque recedit imago
teque totum nostris tenax memoria reddet
sensibus, intuemur cordisque amplexu tenemus
et fruimur mutuis tacito sic ore loquellis.
ast ego cernere si te absente gratulor absens,
credo equidem quod docta talem nec Graecia misit
neque Larissa potens similem procreavit Achillem,
nostri, qualem armipotens tam fertilis Africa frugum

vexit ad astra virum. quem claro lumine fulgens
sol ortu placido nostro de pectore tollit.

1 suum **C**[2] (-u- *superscr. man. rec. saec. XV*), *Bianco*: sum **PC**[1], *Baehrens* || **2** densantur] densarunt *Flor. Cas.* || **4** teque ... tenax **PC**, *Bianco*: teque (tequae **C**) tenax totum nostris *Riese*: teque tenax nostris totum *Morel*: teque tenax nostris revoluta *Baehrens metro consulens* | reddet **PC**, *Bianco*: reddit *Reiff.* || **5** intuemur **PC**, *Reiff.*, *Bianco*: intuimur *Baehrens, Morel* | cordisque **P**: cordis quae **C** | cordisque amplexu] corde amplexuque *Baehrens* || **7** si **PC**: sic *Reiff.* | absente **PC**, *Bianco*: absentem *Reiff.* || **8** talem **PC**, *Reiff, Morel*: Thalem *Tandoi apud Bianco*: parem *Baehrens, Morel* || **9** neque **PC**: nequae *Flor. Cas.*: nec *Baehrens* || **10** nostri *Bianco*: nostris **PC**, *Reiff.*: te *Baehrens, Morel* | tam **PC**, *Bianco*: te *Baehrens, Morel* || **12** sol ortu *Reiff.*, *Buechner*: scilicet tunc **PC**: sol facit tunc *Bianco*: sol fecit *Baehrens, Morel* | tollit *Reiff.*, *Buechner*: tolli **PC**

nec orthographia (*e.g.* -e- *sive* -i-) *nec ars metrica versuum saeculi VI p. Chr. coniecturis corrigendae videntur.*

2

Anecd. Casinensia ed. Reifferscheid p. 4 in epistula Parthenii ad Sigesteum comitem data:

te clipeo, galea et lorica caelitus armet
omnipotens et sit vita beata tibi.

1 galea et lorica *Baehrens*: loricaque et galea **PC**

PRISCIANVS

(*s. VI in.*)

(Helm, R., RE XXII 2, 1954, 2328-2346 s.v. Priscianus n. 1)

Prisciani Caesariensis opuscula I, ed. M. Passalacqua, Roma 1987

Traina, A., Suppl. Morel. 72

Ex Graecis conversa (dubium)

Prisc. praeex. 10 (GLK III 432; ed. M. Passalacqua, Opuscula I, Roma 1987): Hesiodus quidem dixit:

virtutis sudorem di longe posuere

alius poeta dixit: laboribus vendunt dei nobis omnia bona.

virtutis] virtuti *Ascensius* | di *Keil ut versum faceret*: dei *codd.*
Hes. op. 289: τῆς δ᾽ ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
versus: hexameter dactylicus valde inelegans, Prisciani non videtur; Passalacqua versum esse non putat

Prisciani de sideribus Anth. Lat. 679 Riese

INCERTORVM VERSVS

VERSVS ANTIQVISSIMI

VERSVS SACRORVM[6]

Cole, T., The Saturnian Verse, YClSt 21, 1969, 3-73
Kloss, G., Zum Problem des römischen Saturniers, Glotta 71, 1993, 81-107
Kruschwitz, P., Carmina Saturnia epigraphica, Hermes-Einzelschr. 84, Stuttgart 2002, 220-223
Leo, F., Der Saturnische Vers, Abh. Gött. Ges. d. Wiss., phil.-hist. Kl. N.F. 8,5, Göttingen 1905

1 (p. 5 Bue.)

FRONTO ep. ad Caes. 4, 4, 1 v.d.Hout: deinde in porta cum eximus ibi scriptum erat bifariam sic:

flamen, sume samentum.

rogavi aliquem ex popularibus, quid illud verbum esset. ait lingua Hernica pelliculam de hostia, quam in apicem suum flamen, cum in urbem introeat, inponit.

de voce samentum = sagmen *cf. F. Buecheler, RhMus 37, 1882, 516. fort. membrum primum saturnii, cf. Leo 31 n. 2*

versus incertus

2 (p. 5 Bue.)

SERV. Verg. Aen. 8, 72 (209 Th) (*tuque o Thybri tuo genitor cum flumine sancto*): sic enim invocatur in precibus:

adesto, Tiberine,   cum tuis undis

cf. etiam ad Verg. Aen. 8, 63 (Tiberinus) in sacris etiam Serra dicebatur *et 8, 31* nam in sacris Tiberinus ... vocatur.

Leo 39

versus saturnius

---

[6] Collegit ignotae originis versus a Baehrensio per totum librum (PLM VI p. 137, 327 sqq., 357 sqq., 388 sqq.) dispersos Morel. nonnullos versus alii aliis temporibus adiudicabunt. e metricorum versibus in proecdosi congestis non nisi selectos recepit ne eos quidem ab omni suspicione liberos; cf. Tandoi, V., DMP I, p. VI sqq.

3 (p. 7 Bue.)

Ex antiquo carmine

Gell. 4, 9, 1: Nigidius Figulus ... in undecimo commentariorum grammaticorum (*fr. 4 Fun.*) versum ex antiquo carmine refert ...:

religentem esse oportet, religiosus ne fuas,

cuius autem id carmen sit, non scribit ... religiosus is appellabatur, qui nimia et superstitiosa religione sese alligaverat, eaque res vitio assignabatur.

Margherita, M., Il frammento 4 Swoboda di Nigidio Figulo, RCCM 28, 1986, 161-164; Mayer, M., Sobre el fragmento 4 ed. Swoboda de Publio Nigidio Figulo, CFC 9, 1975, 319-328

esse] <ted> esse *Fleckeisen*: esse <ted> *Ribbeck TRF[3] p. 297* | religiosus ne fuas *Fleckeisen*: religiosum nefas **VPR**

versus: saturnium agnoscit Leo[1], septenarium trochaicum Fleckeisen et Ribbeck

4 (p. 40 Bue., p. 44 Co.)

IGNOTI CVIVSDAM CARMEN PRIAMI

Grilli, A., Studi enniani, Brescia 1965
Leo[1] 32
Suerbaum[2] 285 sq.
Timpanaro, S., Il Carmen Priami, ASNP 1947, 194-200 (Contributi 99-114)
Timpanaro[2] 22 sq.

Varro ling. Lat. 7, 28: in carmine Priami quod est:

veteres Casmenas cascam rem volo profari

et primum cascum significat vetus ...

Casmenas] Camenae *Scaliger* | profari] profari et *cod.*: profarei *Grilli 39 n. 2*

versus saturnius

5

IGNOTI AVCTORIS VERSVS SATVRNIVS

Leo[1] 19 n. 5

FEST. 446 L (332 M): spintyrnix est avis genus turpis figurae:

occursatrix artificum,   perdita spinturnix

versus saturnius

Ex TABVLIS TRIVMPHALIBVS

Cupaiuolo, G., Tra poesia e poetica: le pasquinate nell'antica Roma, Napoli 1993
Suerbaum[2] § 106.1

6

PS. BASSUS GLK VI 293 sq.: Saturnio metro primum in Italia usi. … triumphaturi in Capitolio tabulas huiusmodi versibus incidebant:

summas opes qui regum   regias refregit

versus saturnius

7

PS. CENSORIN. p. 83 S.: numerus Saturnius:

magnum numerum triumphat   hostibus devictis

magnum *om.* **L** | numerum] generum **U** | triumphat] ...phat **C** (*litt. abras. extinctae*) | devictis] devicti **CP**

versus saturnius

7 a

IGNOTI CVIVSDAM CARMEN NELEI

De la Ville de Mirmont, H., Le Carmen Nelei, in: Études sur l'ancienne poésie latine, Paris 1903, 205-218
Kroll, W., RE XVI, 2, 1935, 2268 s.v. Nelei carmen
Suerbaum[2] 285 sq.

(1) FEST. 172 L. (178 M): nume<ro … pro nimium diceba>nt … item in Nelei:

< … > numquam numero matri faciemus volup

id est, numquam nimium faciemus

versus: septenarius trochaicus

(**2**) Fest. 414 L (314 M): strigores in Ne<lei carmine pro st>rigosis positum … <dens>arum virium ha> …:

strigores exerciti

versus: finis senarii iambici esse potest

(**3**) Fest. 418 L (317 M): stuprum pro turpitudine antiquos dixisse apparet in Nelei carmine:

foede stupreque castigor cotidie

versus: senarius iambicus

(**4**) Fest. 482 L (352 M): topper significare ait Artorius cito, fortasse, celeriter, tem<e>re. cito, sic in Neli carmine:

topper fortunae commutantur hominibus

versus: senarius iambicus

(**5**) Char. 106 B (84): puer et in feminino sexu antiqui dicebant, ut Graeci ὁ παῖς καὶ ἡ παῖς, ut in Odyssia vetere quod est antiquissimum carmen (*Livi Andronici fr. 3*) et in Nelei carmine aeque prisco:

saucia puer filia sumam

sumam **NC**: summam **N**[1]
versus incertus

8

TEMPLI TARRACONENSIS INSCRIPTIO

Courtney, E., Musa lapidaria, A selection of Latin verse inscriptions, Atlanta 1995, 150

Serv. Verg. Aen. 8, 564: in huius (*sc.* Feroniae) templo Tarracinae sedile lapideum fuit, in quo hic versus incisus erat:

bene meriti servi sedeant, surgant liberi

surgant *Masvicius*: surgunt *codd.*: surgent *Daniel*
versus: senarius iambicus

VERSICVLI POPVLARES ET PVERILES

(p. 41 Bue.)

Suerbaum[2] § 106, 6

9

Gell. praef. 19: vetus adagium est:

nil cum fidibus graculo est, nihil cum amaracino sui.

cf. Lucr. 6, 973 sq.: denique amaracinum fugitat sus et timet omne / unguentum.

nil *L. Mueller*: nichil **PR** | graculost *M. Hertz*: graculos **R**: greculos **CP**
versus: septenarius trochaicus

10 (p. 484 Co.)

Porph. Hor. ep. 1, 1, 62: contra pueri lusu cantare solent:

rex erit qui recte faciet; qui non faciet, non erit.

versus: septenarius trochaicus

11

Porph. Hor. a. p. 417 (*occupet extremum scabies*): hoc ex lusu puerorum sustulit, qui ludentes solent dicere:

habeat scabiem, quisquis ad me venerit novissimus.

habeat ... novissimus *L. Mueller*: quisquis ad me novissimus venerit habeat scabiem *codd.*
versus: septenarius trochaicus

12

Otto, A., Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer, Leipzig 1890, 90 et Häussler, R., Nachträge zu A. Otto ... Darmstadt 1968, 265; HRR XXIII n. 1

Gell. 4, 5, 5: versus hic ... cantatus ... esse a pueris urbe tota fertur:

malum consilium consultori pessimum est.

ea historia de aruspicibus ac de versu isto senario scripta est in Annalibus Maximis libro undecimo et in Verri Flacci libro primo rerum memoria digna-

rum. videtur autem versus hic de Graeco illo Hesiodi versu expressus (*Op. 266*): ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη.

Varro rust. 3, 2, 1: quod dicitur, malum consilium consultori est pessimum.

versus: senarius iambicus

13

Varro, De vita populi Romani, apud Non. 31 L (28 M; M. Terenti Varronis frgm. omnia quae extant coll. rec. M. Salvadore, II. De vita pouli Romani libri IV, Hildesheim 2004, fr. 302 (21 Kettn., 23 Rip.): etiam pellis bubulas oleo perfusas percurrebant ibique cernuabant, a quo ille versus vetus est in carminibus:

ibi pastores ludos faciunt coriis Consualia.

ibi] sibi (*praec.* s) **L**

versus: septenarius trochaicus

13 a*

Fest. p. 428 L (322 M.):

Sardi venales, <alius alio neq>uior

ex hoc natum <proverbium vi>detur

<alius alio neq> *A. Agustin, ann. in Festum, Venetiis 1559*

cf. Cic. fam. 7, 24, 2: habes Sardos venalis, alium alio nequiorem.

versus: senarius iambicus

AENIGMATA

(p. 41 sq. Bue.)

Buecheler, F., Das älteste lateinische Rätsel, RhMus 46, 1891, 159 sq.

Polara, G., Aenigmata, in: Lo spazio letterario del Medioevo, 1. Il Medioevo latino, I.2, Roma 1993, 197-216

Thierfelder, A., De aenigmate Varroniano, in: Atti Congr. Int. Studi Varroniani, Rieti 1976, II 533-538

Nosarti, L. – Traina, A., Un nuovo "addendum" (Petron. 58, 8) ai "Fragmenta Poetarum Latinorum", Eikasmos 18, 2007, 307-315

14

Gell. 12, 6: Quae Graeci dicunt 'aenigmata', hoc genus quidam ex nostris veteribus 'scirpos' appellaverunt. quale est, quod nuper invenimus per hercle anticum, perquam lepidum, tribus versibus senariis compositum aenigma, quod reliquimus inenarratum, ut legentium coniecturas in requirendo acueremus. versus tres hi sunt:

semel minusne an bis minus sit nescio,
an utrumque eorum; ut quondam audivi dicier,
Iovi ipsi regi noluit concedere.

hoc qui nolet diutius aput sese quaerere, inveniet quid sit in M. Varronis de sermone Latino ad Marcellum libro secundo (*GRF fr. 35 p. 201 Fun.*).

Traina, Suppl. Morel. 15 sq.; Polara 198

1 sit nescio *Freinsheim*: non sit (fit Z) sat (sed **δ**) scio **ω**: sit, non sat scio *Buecheler, Traina* || **2-3** dicier / Iovi ipsi *edd. Colon. 1526*: ipsi dicier Iovi **ω**: dicier,/ ipsi Iovi *Buecheler*

aenigmate indicatur 'terminus'

versus: senarius iambicus

15

Lebek, W.D., Quinquaginta ubi erant: CIL IV 6819 und Quint. Inst. 7,9,8, ZPE 57, 1984, 70-72
Traina, Suppl. Morel. 47

Quintil. inst. 7, 9, 6: in coniunctis plus ambiguitatis est. fit autem per casus ... (8) fit per flexum (*sc. vocis*) idem magis:

quinquaginta ubi erant centum inde occidit Achilles

CIL IV 6819: Quinquagi[ge]nta ub<i> erant exinde occidi < ..... >s

Traina Valgio Rufo dat

Aristot. soph. el. 166 a37: ὁ γὰρ αὐτὸς λόγος διῃρημένος καὶ συγκείμενος οὐκ ἀεὶ ταὐτὸ σημαίνειν ἂν δόξειεν, οἷον 'ἐγὼ σ' ἔθηκα δοῦλον ὄντ' ἐλεύθερον' καὶ τὸ 'πεντήκοντ' ἀνδρῶν ἕκατον λίπε δῖος Ἀχιλλεύς.'

15 a*

Petron. sat. 58, 8: iam scies patrem tuum mercedes perdidisse, quamvis et rhetoricam scis. ecce:

qui de nobis longe venio, late venio? solve me.

dicam tibi, qui de nobis currit et de loco non movetur; qui de nobis crescit et minor fit. curris, stupes, satagis, tamquam mus in matella.

Nosarti – Traina

versus: octonarius trochaicus

PRAECEPTA RVSTICA ET MEDICA

(p. 42 Bue.)

Blänsdorf, J., Ein System oraler Gebrauchspoesie: Die alt- (und spät)lateinischen Zaubersprüche und Gebete, in: Tristram, H. (Hg.), Metrik und Medienwechsel ..., ScriptOralia 35, Tübingen 1991, 33-51.

Heim, R., Incantamenta magica Graeca et Latina, Fleckeis. Jb. Suppl. 19, 1893, 544 sq.

Leo[1]

Morelli, G., Metrica greca e saturnio latino. Gli studi di Gennaro Perrotta sul saturnio, Bologna 1996, 42 sq.

Radke, G., Vetus vinum, novum vinum, WüJb 14, 1988, 108-111

Suerbaum[2] § 106, 5

versus fragmentorum 16-24 rhythmici; fr. 16, 17, 19, 22 saturnios esse putat Morelli

16

PAUL. 82 L (93 M): alii dicunt omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, sicut habetur in antiquo carmine, cum pater filio de agricultura praeciperet:

hiberno pulvere, verno luto
grandia farra, camille, metes.

MACROB. sat. 5, 20, 18 (*ad Verg. georg. 1, 101*): in libro ... vetustissimorum carminum, qui ante omnia quae a Latinis scripta sunt compositus ferebatur, invenitur hoc rusticum vetus canticum: 'hiberno – metes'.

SERV. DAN. Verg. Aen. 1, 101 (157 Th.): et est carmen rusticorum antiquum: 'hiberno ... metes'. camillus adulescens est.

Leo[1] 63

17

Varro ling. Lat. 6, 21: Flaccus flamen Martialis dicebat hoc die solitum vinum <novum> et vetus libari et degustari medicamenti causa; quod facere solent etiam nunc multi cum dicunt:

novum vetus   vinum bibo,
novo veteri [vino]   morbo medeor.

Paul. 110 L (123 M): mos erat Latinis populis, quo die quis (primum *om.* **TLE**) gustaret mustum, dicere ominis gratia: 'vetus novum vinum bibo, veteri novo morbo medeor' (mordeor **L**)

Leo[1] 63; Radke

1 vetus **M**[c]: ventus **M** || **2** vino morbo *vel* morbo *codd. Varronis* | medeor] mordeor **L**

18

Marcell. 21, 3: item ad id aliud carmen:

corce, corcedo stagne
pastores te invenerunt,
sine manibus collegerunt,
sine foco coxerunt,
sine dentibus comederunt.

Marcell. 28, 16: hunc morbum 'pastores – comederunt'

Leo[1] 63

cf. Pelagon. 121 Fischer

19

Marcell. 8, 191: si in dextro oculo varulus erit natus ... dices:

nec mula parit nec lapis lanam fert
nec huic morbo caput crescat
aut si creverit tabescat.

Leo[1] 64

1 parit ... fert] pari<e>t ... fer<e>t *Buecheler*

20

MARCELL. 15, 101: carmen mirum ad glandulas sic:

nec doleas nec noceas albula glandula
nec paranychia facias
sed liquescas tamquam salis in aqua.

3 paranychia *Niedermann*: paranici **PL**: paniculas *Cornarius ed. pr. 1536*

20 a

MARCELL. 18, 30: de paranychio parietem continges et rursum digitum ducens dices ter:

numquam ego te videam per parietem repere

Traina, Suppl. Morel 67
versus: senarius iambicus

21

MARCELL. 20, 78: cum te in lecto posueris, ventrem tuum perfricans dicito ter:

lupus ibat per viam, per semitam,
cruda vorabat, liquida bibebat.

physicum hoc ad digerendum de experimento satis utile.

22

VARRO rust. 1, 2, 27: Stolo subridens 'dicam' inquit 'eisdem quibus ille verbis scripsit (vel Tarquennam audivi, cum homini pedes dolere coepissent, qui tui meminisset, ei mederi posse):

ego tui memini,
medere meis pedibus.
terra pestem teneto,
salus hic maneto
in meis pedibus.

hoc ter noviens cantare iubet, terram tangere, despuere, ieiunum cantare'.

Leo[1] 62

23

Plin. nat. 27, 131: circa Ariminum nota est herba quam resedam vocant. discutit collectiones inflammationesque omnes. qui curant ea, addunt haec verba:

reseda, morbis reseda,
scisne, scisne quis hic
pullus egerit radices?
nec caput nec pedes habeat.

haec ter dicunt totiensque despuunt.

1 morbis] morbos *edd.* || **2** scisne quis **RE**: cinae quis **V**: c. in equis **d**: c. in quis **T** | hic] hinc **R** || **3** pullus] pullos **V** (?) || **4** habeat **VdT**: habeant **E** *rell.*

Vogelmann, A., Lied bei Plin., Nat. Hist., XXVII 12, 106, Philol. 25, 1867, 695

24

Medicina Plinii II 32 (p. 236): item coli dolor et matricis dolor: piperis grana tria, iuniperi unum teris. dabis in potione vini vel in aqua calida et dicis ter:

tres sorores ambulabant.
una volvebat,
alia cernebat,
tertia solvebat.

ter dicis hoc, ter expues et da, ut bibat. statim sanat

VERSVS FORTASSE ENNIANI

(*Quamquam sibi non constat Morel versus Ennianos et Lucilianos afferens, tamen messem Morelianam minuere noluit Buechner*)

25 (fr. inc. 1 Bue., inc. 1 Co.)[7]

Isid. orig. 2, 21, 16: sententiarum species multae ... aliae comparativae:

si vinco et pereo, quid ibi me vincere praestat?

[7] Numeri editionis Morelianae non indicantur nisi a numeris ed. Bue. discrepant.

Anonymus Ecksteinii, Scemata dianoeas quae ad rhetores pertinent (ed. U. Schindel, Göttingen 1987, 7, 165): si … pereo, quid iam mihi … praestat.

de Lucili libro IV cogitavit Lindsay in Isid. ed., mavult ad Enn. ann. VI fragm. referre de Pyrrhi regis oratione cogitans Morel. Isidorus saepius versus Ennianos sine poetae nomine laudat velut ann. 329 et 625 Vahlen[2]

26 (3 Bue., 2 Co.)

Isid. orig. 17, 7, 26: ilex ab electo vocata; huius enim arboris fructum homines primum ad victum sibi elegerunt, unde et poeta:

mortales primi ructabant gutture glandem

Hedyphageticis dat Morel, nescio cui descriptioni primorum hominum Knoche[1] *696; versum imitatur Iuvenalis 6, 10*

VERSVS FORTASSE LVCILIANI

27 (4 Bue.)

Char. 357 B (271 K): perissologia ... ut:

ibant qua poterant, qua non poterant non ibant

cf. Diom. GLK I 449, Prisc. GLK III 110, Don. GLK IV 395, Pomp. GLK V 294, Sacerd. GLK VI 454.

Lucili Ennium irridentis versum esse suspicatur Lindsay, Iulian of Toledo, 'De vitiis et figuris', Oxford 1922, 13 sq., cf. Wessner, PhW 42, 1922, 1236

28 (5 Bue.)

Ter. Maur. GLK VI 362, v. 1246 (*exemplum mutorum geminatorum*):

Oppius advenit, comes est quoque Tettius illi

de Lucilio cogitat C. Cichorius, Römische Studien, Leipzig 1922, 77; cf. Krenkel ed. Lucilius 1386; Baehrens Ciceroni attribuit

29 (6 Bue.)

Mazzoli, G., Il frammento enniano Laus alit artes e il proemio al XVI libro degli annales, Athen. 42, 1964, 307-332

Otto, A., Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer, Leipzig 1890, 38 et Häussler, R., Nachträge zu Otto ..., Darmstadt 1968, 135 s.v. *ars* 3

SEN. epist. 102, 16: cum aeque antiquus poeta ait:

laus alit artes

cf. CIC. Tusc. 1, 4: honos alit artes

alit artes *Erasmus*: a litteris *codd.*

Ennio Baehrens et Skutsch, Lucilio Morel fragmentum dant

versus: finis hexametri dactylici esse videtur

30 (7 Bue.)

RUFIN. GLK VI 562 (*e Iubae libro quarto*): iamborum ... exempla ...:

videre non vult Caelium Panaetius

cf. C. Cichorius, Römische Studien, Leipzig 1922, 75-77, qui praeeunte Stowasser de Lucilio (lib. XXVIII vel XXIX) cogitat

versus: senarius iambicus

31 (p. 434 Co.)

SERV. Verg. Aen. 4, 638: hinc Iovis oratio:

caelicolae, mea membra, dei quos nostra potestas
officiis divisa facit

2 divisa] diversa **L**

Sorano tribuit Krahner, Lucilium praefert B. Cardauns, Varros Logistoricus über die Götterverehrung, Würzburg 1960, 18 sq.

VERSVS AEVI CATVLLIANI

32 falsum (8 Bue., 3 Co., 241 Ho.)

Gasti, F., Fragm. poet. lat. inc. 32 Blänsdorf. Un verso non identificato di Paolino di Nola in Isidoro, RFIC 126, 1998, 175-182;

Mastandrea, P., Su un presunto verso di età catulliana (inc. 8 Morel-Buechner, = 32 Blänsdorf), Prometheus 26, 2000, 99

ISID. orig. 11, 2, 11: puer ... tribus modis dicitur ... pro aetate, ut octoennis, decennis, unde est illud:

iam puerile iugum tenera cervice gerebat

puerile *edd.*: puerili **T** | ferebat *Paulin.*: gerebat *vel* regebat *Isid.*

Gasti et Mastandrea probaverunt versum ex Paulini Nolani carmine consolatorio (c. 31, 25) sumptum esse: 25 sq.: iam … ferebat, grammatici duris subditus imperiis.

33 (9 Bue., 8 Co., 238 Ho.)

Hyg. fab. 177 (Callisto): Tethys ... Oceani uxor, nutrix Iunonis, prohibet eam in oceanum occidere. hic ergo Septentrio maior, de qua in † creticis versibus:

tuque Lycaonio mutata e semine nympha,
quam gelido raptam de vertice Nonacrino
oceano prohibet semper se tingere Tethys,
ausa suae quia sit quondam succumbere alumnae.

Dahlmann[3] 9 sqq.; Tandoi, DMP I p. X sq.

1 Lycaonio *Scheffer*: lycaoniae *codd.* | mutata *Scheffer*: mutatae *codd.*: mutate *Heinsius, Courtney*: prognata *coni. Baehrens* | nympha *Scheffer*: nymphae *codd.*: nymphe *Baehrens* || **2** Nonacrino *Muncker*: Nonacrinae **F** || **3** Tethys *Muncker*: thetis *codd.* || <**5** casta viro> *suppl. Tandoi*

34 (10 Bue., 9 Co., 239 Ho.)

Ps. Lact. Plac. fab. Ov. II 6 (639 M): ut alii:

< ... > sed lucet in astris
Callisto renovatque suos sine fluctibus ignes

1 <caelicolum pelex regi> *Dahlmann*[3] 10

fortasse ex eodem carmine ex quo prius fragmentum (Baehrens)

35 (11 B., 10 Co., 235 Ho.)

Char. 374 B (287 K): schema dianoeas ... per aporian:

Luna, deum quae sola vides periuria volgi,
seu Cretaea magis seu tu Dictynna vocaris

1 volgi *Morel*: vulgi *codd.* || **2** seu … vocaris] sive Hecate mavis seu tu Dictynna vocari *Naeke, opusc. I 351*

36 (12 Bue., 14 Co., 236 Ho.)

Schol. Pers. 1, 86: antitheta autem sunt haec:

fortia neglecti velabant colla capilli
et per neglectos candebant colla capillos.

2 neglectos candebant *Baehrens* (*qui* lucebant *quoque vel* clarebant *proposuit*): neglectos velabant *codd.* (*fort. e v. 1*): neglecti volitabant *Pithoeus*

37 (13 Bue., 14 Co., 237 Ho.)

Schol. Pers. 1, 86 (*post fr. 36 sine intervallo*):

a, quotiens umbra porrexi brachia mota;
a, quotiens umbra re<d>duxi brachia mota.

1–2 ah .... ah *Lindenbrogius*: aut ... aut *codd.* || **2** re<d>duxi *Courtney, sed de prosodia* reduxi *cf. Neue – Wagner, Formenlehre II 923 sq.*

38 (14 Bue.)

Schol. Veron. Verg. Aen. 2, 173 (421 H): 'salsusque per artus sudor iit': hoc epitheton demonstrativum, quo totius corporis sucus etiam gustu potuerit agnosci:

<salsus
nam>que laborando manat de corpore sudor

<salsus nam> *Keil* | sudor *legit A. Mai*: sucus *Hagen*

versum Ennio vindicavit Kiessling; Lucr. 6, 944 manat item nobis e toto corpore sudor *a scholiasta parum accurate citari putabat Lachmann. cf. J. Vahleni sanum iudicium Ges. phil. Schr. II, Leipzig – Berlin 1923, 470*

39 (15 Bue., p. 470 Co.)

Buecheler, F., Coniectanea de Silio, Iuvenale, Plauto aliis poetis Latinis, RhMus 35, 1880, 390-407
Dahlmann4 40 sq.
Sonny, A., ALL 10, 1898, 528; 11, 1900, 275 sq.
Tandoi, V., A&R 19, 1974, 182

Sacerd. GLK VI 461: astismos fit tribus modis ... per similitudinem ... et illud de Pompeio, qui coloris erat rubei, sed animi inverecundi:

quem < ... > non pudet et rubet, non est homo sed sopio.

sopio autem est aut minium aut piscis robeus aut penis.

non est] est non *Buecheler* | sopio *in codd. bis legit Lunelli*[1] *125, def. Tandoi*: ropio *legit Keil, Morel.*

versus: distichon elegiacum discripsit Buecheler 400 sq. (quem / non ... rubet, est non ...), *sed cf. Lunelli*[1] *125 sqq.*

40 (16 Bue., 247 Ho.)

QUINTIL. inst. 8, 3, 29 (*post Verg. catal.* 2): nec minus noto Sallustius epigrammate incessitur:

et verba antiqui multum furate Catonis,
  Crispe, Iugurthinae conditor historiae.

2 MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 109

Pompeio Lenaeo dubitanter tribuit Traglia[1] *101, Domitio Marso R. Reggiani, Prometheus 7, 1981, 43-49*

41 (17 Mo., 18 Bue., 13 Co.)

CHAR. 363 B (275 K): hyperbole est dictio fidem veritatis (*deest in Char.*) excedens augendi minuendive gratia; augendi, ut 'nive candidior', 'velocior Euro'; minuendi sicut 'tardior testudine leviorque foliis', (sicut ... foliis *desunt in Char.*) item ut:

extractam puteo situlam qui ponit in horto,
  ulterius standi non habet ipse locum.

cf. DIOM. GLK I 461

1 extractam **L**: extracta **N** | situlam] situla **L** | qui] si *tempt. Buechner*: cum *tempt. Courtney* | horto] hortum **L**

'nescio quo pacto pusillum Valerii Catonis hortum mihi in memoriam revocavit' Baehrens; Traglia l.l. comp. Cic. epigrammata

42 (19 Mo., 21 Bue., 250 Ho.)

PS. BASSUS GLK VI 262 *de galliambis laudato Catull. 63, 2*: ... et ille alterius auctoris:

o qui chelyn canoram plectro regis Italo

cf. Sen. Tro. 321: levi canoram verberans plectro chelyn

regis *L. Mueller*: regit *codd.*

versus galliambus

43 (20 Mo., 22 Bue., 251 Ho.)

Diom. GLK I 514 (*post Maecenatis versus fr. 5 et 6)* simile est illud neotericum quod est tale:

rutilos recide crines habitumque cape viri

Maecenati attribut Courtney p. 279
versus galliambus

44 (21 Mo., 23 Bue., p. 472 Co.)

Porph. Hor. sat. 2, 2, 50: Rufus (*Dahlmann al.*: rufus *Christes*) praetorius instituisse traditur, ut ciconiarum pulli manducarentur, isque, cum repulsam praeturae tulisset, tale epigramma meruit:

ciconiarum Rufus iste conditor,
hic e duobus elegantior Plancis
suffragiorum puncta non tulit Septem:
ciconiarum populus ultus est mortem.

Dahlmann[2] 12, rec. Christes, J., AAHG 40, 1987, 33
2 hic e *Monac:* hic est *dett.:* licet *Buecheler, NJbb 34, 1864, 318*
agi videtur de L. Plotio Planco necato a. 43, cf. F. Muenzer RE II A, 1436, qui tamen cognomen Rufus *huic viro alibi non dari monet. ad v. 3 cf. Th. Mommsen, Römisches Staatsrecht III, 407, 5. de ratione quae inter hoc epigramma et Vergilianum illud* Corinthiorum amator iste verborum (*catal.* 2) *intercedit cf. W. Schmid, Philologus 72, 1913, 149*
versus: choliambus

45 (22 Mo., 24 Bue.)

Ps. Bass. GLK VI 263: septima divisio hendecasyllabi talis est:

vivis, ludis, habes, amas, amaris

Catulli aetati dedit Baehrens coll. Catull. 45, 20: amant amantur
versus: hendecasyllabus

45 a

Quintil. inst. 6, 2, 28 *(de affectibus in ipso oratore excitandis):* nec incendit nisi ignis nec madescimus nisi umore,

nec res ulla dat alteri colorem,
quem non ipsa habet ...

Traina, Suppl. Morel. 46
versus: hendecasyllabos indicavit Wells, JRSt 39, 1949, 204

45 b

Dub. Nom. GLK V 590: stomachus generis masculini, quamvis < ... > pluraliter dicat:

stomachi nuper decepti

Rossbach, O., PhW 43, 1923, 624
versus: finis hendecasyllabi

45 c

IN MEMMIVM VERSVS POPVLARIS (*s. I in.*)

(de Memmio cf. Münzer, F., RE XV 1, 1939, 604 s.v. C. Memmius n. 5)

Harnecker, O., in: Cicero, de oratore, erkl. v. K.W. Piderit und O. Harnecker II, Leipzig [9]1889 (Amsterdam 1965), *ad de or. 2, 240*
Cicero, De oratore, comm. A.D. Leeman-H. Pinkster-E. Raabe, Heidelberg 1989, III 246

Monaco, G., Cicerone, L'excursus de ridiculis, Palermo [2]1968, 123 sq.
Traina, Suppl. Morel. 21
Wilkins, A.S., Cicero, De oratore, Oxford 1892 (Hildesheim 1965), 347

Cic. de or. 2, 240, 8: olim tu, Crasse, in Memmium (*sc.* fabellam narrasti), comedisse eum lacertum Largi (**L**: Larcii **M**), cum esset cum eo Tarracinae de amicula rixatus: salsa ac tamen a te ipso ficta narratio; addidisti clausulam, tota Tarracina tum omnibus in parietibus inscriptas fuisse litteras, tria L.L.L., duo M.M.; cum quaereres id quid esset, senem tibi quendam oppidanum dixisse:

lacerat lacertum Largi mordax Memmius

Leeman, comm. in Cic. de or., Heidelberg 1989, III 246
Largi **L**: Largii **AU**: Lacrii **H**
versus tam saturnius quam iambicus senarius

45 d

IN CARBONEM VERSVS POPVLARIS

(*C. Papirius Carbo Arvina tr. pl. a. 90 a. Chr.*)

(Kroll, W., RE XVIII 3, 1949, 1031-1034 s.v. Papirius n. 40; L. Licinius Crassus, cos. 95, mortuus 91, cf. N. Häpke, RE XIII 1, 1927, 252-267 s.v. Licinius n. 55.)

Courtney p. 170

SACERD. GLK VI 461: astismos ... per similitudinem, quo modo dictum est de Carbone, qui mortuo Crasso, homine felice, inimico suo, ante obscurus florere coepit:

postquam Crassus carbo factus, Carbo crassus factus est.

carbo factus *Haupt*: carbo factus est *codd.*
versus: septenarius trochaicus

VERSVS AEVI AVGVSTEI VEL I P. C. SAECVLI

46

BELLVM ACTIACVM

(Rabiri, L. Vari Rufi, Corneli Severi?)

Cia. Ciampitti, N., Herculanensium voluminum quae supersunt, II, Neapoli 1809
Kreyssig, J.T., Carminis Latini de Bello Actiaco sive Alexandrino fragmenta ex vol. Herculanensi nuper evulgata ..., Schneebergae 1814
Krey. Kreyssig, J.T., Commentatio de C. Sallusti Crispi ... atque Carminis (etc., cf. id. 1814), Misenae 1835
Gar. Rabirius, C., Bellum Actiacum e papyro Herculanensi 817 ed. G. Garuti, Bologna 1958
Benario, H.W., The 'Carmen de bello Actiaco' and early imperial epic, in: ANRW II 30, 3, Berlin 1983, 1659-1661
Imm. Immarco Bonavolontà, R., Per una nuova edizione del P Herc. 817, in: Atti del XVII Congresso intern. di Papirologia (Centro Intern. dello Studio dei Papiri Ercolanesi), Napoli 1984, 583-590

Courtney p. 334 sqq., *cf. ad Cornelium Severum*
Scapp. Scappaticcio[1], M. Ch., Il PHerc. 817: Eco virgiliane e 'pseudoaugusteismo', Cronache Ercolanesi 30, 2010, …

Alfonsi, L, Nota a Rabirio, Aegyptus 24, 1944, 196-201
Bardon II 74
Capasso, M. – Radiciotti, P., La falsa falsificazione del De Bello Actiaco (PHerc 817). A proposito di un paradosso ercolanese, Plup 8, 1999, 117-135
Courtney, E., Notes on the minor Latin poets. Carmen de bello Actiaco, Mnemos. 39, 1986, 401-406
Cozzolino, A., Trent'anni di studi sui poeti epici minori d'età augustea (1956-1985), Vichiana 15, 1986, 254-261
Ellis, R. On the Latin hexameter poem contained in the Herculanean papyri, JP 16, 1888, 82-86
Fea, C., Q. Horati Flacci opera …, Romae 1811
Fra. Frassinetti, P., Sul 'Bellum Actiacum' (Pap. Herc. 817), Athenaeum 48, 1960, 299-309
Gigante, M., Virgilio e i suoi amici tra Napoli e Ercolano, Atti e Memorie n.s. 59, Acc. naz. Virgiliana di Scienze, Lettere e Arti, Mantova 1991, 87-125
Herrmann, L., Le second Lucilius, Bruxelles 1958, 227-246
Kloss, G., Die dritte Kolumne des 'Carmen de Bello Actiaco' (P.Herc. 817), ZPE 116, 1997, 21-27
Kraggerud, E., Some notes on the so-called Carmen de bello Actiaco (Pap. Herc. 817), SO 65, 1990, 79-92
Rocca, Rosanna, Epici minori d'età augustea, Genova 1989, 65-91
Sabbadini, R., Spigolature latine. Un codice perduto del 'De bello actiaco', SIFC 5, 1897, 373 sq.
–, Le scoperte di codici latini e greci ne' secoli XIV e XV, Firenze 1905, 138 sq.
Scappaticcio[2], M. Ch., Spunti paleografici, Comm. Erc. 38, 2008, 229-246
Scappaticcio[3], M.Ch., Il PHerc. 817, Angelo Decembrio, Jean d'Armagnac, Vichiana 10, 2008, 84-90
Traglia, A., Poeti latini dell'età giulio-claudia misconosciuti. II. Gaio Rabirio, Cultura e scuola 26, 1987, 47-54
Zecchini, G., Il carmen de bello Actiaco. Storiografia e lotta politica in età augustea, Historia-Einzelschr. 51, Wiesbaden 1987, 11-32
Zecchini, G., Ancora su P.Herc. 817 e sulle fonti di Cassio Dione (50-51, 1-7), Prometheus 20, 1994, 44-52

46 a (262 Ho.)

Index codicvm A. Decembrii 1466 (ed. A. Cappelli, Arch. stor. lombard. 19, 1892, 114): quoddam opusculum metricum, quod dicebatur esse Vergilij, de Bello nautico Augusti cum Antonio et Cleopatra, quod incipit:

armatum cane, Musa, ducem belloque cruentam
Aegyptum

Traina, Suppl. Morel. 36 sq.

46 b

Pap. Herc. 817, col. I:[8]

.....................................]c[.......] um [.........................]
[….......]xim [................... c]ael[es]tia sem[per........]
[C]aesari [.]a [...] ad [P]hariam [.........]s[.......]exc[it...]
[fe]rt his ille [petit ....]nato cum [pro]elia por[t]am,
quem iuvenem [g]ran[d]a[e]vos erat per [c]uncta [sec]u[tus]
bella, fide dextraque po[t]ens rerumque per us[um]
callidus, adsidu[us tra]ctando in munere Ṃ[arti]s.
imminet opsessis Italus iam turribus [ho]stis,
a[nt]e omnis [comit]es, nec defu[it] impetus illis

2 [...]xim *Scapp.*: [pro]xim *Gar.* | c]ael[es]tia *Krey.* | sem[per *Gar.* || **3** [C]aesari[.] *Scapp.*: Caesaris *Baehrens* || **4** fe]rt his *Krey., Scapp.*: [hortans] *Frassinetti* | [petit] *Fra.*: [pater] *Gar.* | [pro]elia *Garuti* | portam *Garuti*: portu *Krey.*: [porta] *Kraggerud* | [g]ran[d]a[e]vos *Hayter* | [sec]u[tus] *Garuti* || **7** adsidu[us *Cia.*: adsidu[os *Gar.* | Ṃ[arti]s *Cia.*: miles *Hayter* || **8** [ho]stis *Krey.*: auctis *Hayter*: altis *Cia.*: hastis *Fea* || **9** a[nt]e omnis [comit]es *Kraggerud*: a[ut] doma[t obstanti]s *Gar.*: a[dsiliens muri]s *Ciamp.*: a[nt]e omnis milites *Imm. praeter metrum*

Octavianus Pelusium aggreditur

---

[8] Coniecturas sine nomine allatas propos. R. Immarco Bonovolontà. Maria Chiara Scappaticcio mihi permisit, ut suis lectionibus novis et apparatu critico uterer.

46 c

col. II

[……...............[illo]s [se]qu[itur...................]
[............. fugiu]nt ipso[que infecta cr]u[o]re
[funera succ]edunt patr[iis defor]mia t[e]rris,
[et foed]a i[psa m]agis quam s[i co]ng[e]sta later[e]nt,
cum [s]uper[are p]otens Pelusia [m]oenia Caesar
[coep]erat im[pe]riis animos cohi[be]re su[o]rum:
'quid [c]apitis iam [ca]pta, iacen[t] quae [praemia belli?]
subruitis ferr[o me]a moenia. quondam er[at h]ostis
haec mihi cum [caus]a plebes quoque: [de]ṇị[q]ụẹ victrix
vindicat h[anc fa]mulam Romana tot e[nsi]bụs gentem.'

2 *suppl. Gar.* || 3 funera *Gar.*: funeraque *Cia.* | succ]edunt *Gar.*: cedunt *Hayter*: adcedunt *Cia.* | patr[iis *Cia.* | defor]mia *Cia.*: si praemia *Hayter*: haec praemia *Krey.* || **4** foeda *Cia.*: captant *Hayter* | i[psa m]agis *Gar.*: illa magis *Cia.* | s[i co]ng[e]sta *Krey.* || **5** cum [s]uper[are p]otens *Blänsd.*: cum [s]uper[ans *Gar. et* [p]otens *Imm. praeter metrum* | p]otens Pelusia: [po]tius Pelusia *Cia.*: [La]tius Pelusia *Ellis, Gar.* || **6** [coep]erat im[pe]riis *edd.* || **7** [praemia belli] *Cia.*: [prona, quid usque] *Fra.* || **8** [de]nique *Scapp.*: nu[nc sibi] *Gar.* || **9** [caus]a *Imm.*: [domin]a *Cia., Kraggerud*: [div]a *Gar.* | [de]ni[q]ue *Scapp.*: nu[nc sibi] *Cia..* || **10** tot e[nsi]bus gentem *Scapp.; archaismus metricus negari non potest*: pote[ntia ta]ndem *Cia.*

Octavianus milites monet

46 d

col. III

[…] [...]...lius[...
[...................]im[........]o[...... tibi fata deder]u[nt]
[n]ụ[min]ị Al[e]xandro tha[l]amos [i]ntr[a]re de[o]rum;
dic̣[o] etiam po[t]uisse deam vidiss[e t]um[ultu]s
Actiacos, cum [c]ausa fores tu ma[xi]ma [be]lli,
pars etiam im[per]ii. quae femina t[an]ta, vi[r]orum
quae serie[s] antiqua [f]uit? ni gloria mendax
multa v[et]us[t]atis nimio c[ond]ebat honoris

2 tibi fata deder]u[nt] *Kloss* || **3** [n]u[min]i *Imm., Scapp.*: [Magno ut] *Kloss*: [cessi]t *Fra.* | in[t]r[a]re *Cia.* | de[o]rum *Riese*: de[a]rum *Imm.* || **4** di[co] *Cia.*: di[ci] *Kloss, qui post* deam *interpungit* | po[t]uisse *Hayter, Scapp.*: doluisse *Cia.*: noluisse *Gar. praeter metrum* | [t]um[ultu]s *Krey.*: triumphos *Hayter* || **8** v[et]us[t]atis *Hayter*: v[en]us[t]atis *Fra.* | condebat *Kloss*: c[ing]ebat *Imm.*: concedat *Cia.* | honoris] honori *Cia.*

Cleopatram quidam consolatur

46 e

col. IV

[..................................]rn[.......]no[...................],
'saepe eg[o] quae ve[st]ris cup[id]e [se]rmonibu[s haus]i.
qua[s] igitur segnis [e]t[ia]nnunc quaerere causas
exs[a]ngu[i]sque moras vitae libet? est mihi coniunx,
[Part]hi[ca s]i posset [P]hariis subiungere regnis,
qui s[...]libuit nostr[a]eque mori pro nomine gentis.
hic igitur Martis m[i]hi mos didu[ctu]s in om[n]is,
[q]uid velit incertum est, terr[i]s quibus aut quibus undis

2 ve[st]ris *Krey.*: ve[te]ris *Cia.* | cu[pid]e *Fra.*: cu[per]e[s *legit et suppl. Scapp., quae monet* cu[per]e[m *nimis longum esse*: cu[rae *Cia.* | haus]i *Blänsd.*: ...]i *Scapp.*: [uto]r *Fra.*: [ango]r *Gar.* | *post v. 2 recte interpungit Scapp.* || 4 exs[a]ngu[i]sque *Hayter*: exsiguasque *Cia.* || **5** [Part]hi[ca s]i *Frass.*: [Part]h[os qu]i *Cia.* || **6** qui s[...] libuit *legit Scapp.*: qui s[pre]vit *Cia.*: qui s[tat]uit *Herrmann, Fra.*: qui[s ser]vit *e.g. Courtney* || **7** hic *Scapp.*: his *Gar.* | Martis *legit Scapp.*: [p]artis *Cia.* | m[i]hi mos *Scapp.*: a[ni]mu[s] *Krey.*: a[ni]mu[m] *Cia.*

Cleopatra loqui videtur

46 f

col. V (v. 1-8) et VI (v. 9-17)

[....]etumqu[e loc]um, quo noxia turba co[i]ret
praeberetque suae spectacula tri[s]tia mortis.
qualis ad instantis acies cum tela parantur,
signa tubae classesque simul terrestribus armis,
est facies ea visa loci, cum saeva coirent
instrumenta necis, v[a]rio congesta paratu:

und[i]que sic illuc campo deforme co[a]c[t]um
omne vagabatur leti genus, omne timoris.
[hic i]acet [absumptus f]erro, tu[m e]ṭ ịḷ[l]le ven[eno]
aut pendente [su]is cervicibus aspide mollem
labitur in somnum trahiturque libidine mortis:
perc[u]lit [ad]flatu brevis hunc sine morsibus anguis,
volnere sẹu t[e]nui pars inlita parva veṇeni
ocius interem[i]t, laqueis pars cogitur artis
in[t]ẹṛsaeptam animam pressis effundere venis,
i[m]mersisque f̣[r]eto clauserunt guttura fauces.
[qu]as inter sṭṛages solio descendit et inter

1 [....]etumqu[e *Scapp.*: delectumque *Hayter* | [loc]um *Krey.*: forum *Cia.* || **7** co[a]c[t]um *Hayter* || **9** [hic *Cia.* | i]acet *Hayter* | [absumptus *Gar.*: [incumbens *Krey.* ||**10** [su]is *Scapp.*: [cav]is *Gar.* || **12** perc[u]lit *Hayter*: percutit *Krey.* || **17** [qu]as *Imm.*: [h]as *Hayter*

Cleopatra aptum mortis genus experitur

46 g

col. VII

atq[ue] alia inc[ipiens ....]ra[.........]teṣ”
sic illi in[te]r se misero [s]e[r]m[o]n[e] fruuntur.
haec regina gerit: procul hanç [oc]ç[ul]ta videbat
Atropos inrid[e]ns [in]ter diversa ṿ[aga]ṇ[te]ṃ
consilia inte[r]itus, quam iam [sua fa]ṭa manerent.
ter fuerat revocata d[i]es: cum parte se[n]atus
et patriae comitante suae cum milite Caesar
gentis Alexan[d]ri carp̣end[a] ad m[o]en[ia] venit,
signaque constituit; sic omnes t[e]rror in artum

1 inc[ipiens ...]ra[...]tes *Scapp.*: mise]ra[m me *Fra.* | linquit] a[man]te[m. *Gar.* || **2** [s]e[r]m[o]n[e] *Hayter* || **4** ṿ[aga]ṇ[te]m *edd.*: labantem *Krey.* || **5** sua *Cia.*: qua *Gar.* || **8** carpend[a] *Scapp.*: ca[pi]en[da] *Imm.*: cupiens *Cia.*: c[u]r[r]ens *Gar.*

Cleopatra mortem opperitur

46 h

col. VIII

]rire [......]m portarum claustra, nec urbem
opsidione tamen n[e]c corpora moenibus a[rce]nt
castraque pro muris atque arma pedestria ponunt.
hos inter coetus [t]alisque ad bella paratus
utraque sollemnis iterum revocaverat orbes
consiliis nox apta ducum, lux aptior armis

1 [...]rire *Scapp.*: [....ape]rire *Imm.* | [atque etia]m *Fra.* || a[rce]nt *Hayter*: absunt *Fea*

Octavianus Alexandriam obsidione petit

Sequuntur Pap. Herc. 817 fragmenta minora (ed. Garuti) (*ex quibus pauca elegi*)

46 i

2 (1627 α) (Gar.)

[............] qu[..]
[....]a[...]m ips[...] P[......................................]
[uir]gineos parat illa choros [..........................]
[im]misce[tq]ue mares inpuberis [..................]
[uiu]os u[te]rque parens quibus e[st...............]
[..........ex]imios et carmina[............................]
[........... fall]aci [s]pes dicta sib[i....................]
[................]u situm ad cl[.................................]
........uere totidemque ads[umit........................]
[hos inter pro]gressa equos inte[rque ministros]

8 ad Cl[eopatram *Herrmann* || **10** progressa equos *hiatusne tolerandus?*

46 i, 1*

3 (1627 β) Gar.

[..............................]iumaf ....]
[............................]o[.......................]
[..]em co[ibe]ntes

[..............................]n plebem ego no[stram]
[....................................]exempta solutae
[.........................] mediamquest[............]
[...................................] moenia flectis
[................................]u . iura deosque
[...................................san]cta vetusti
[..]sira Nilo

46 i, 2*

4 (1628 β = 2) Gar.

pars a

....
....
[.......] funesta ….
[ob]scena a ...
[.....]is ante ...[p]uppis
[..........be]lli

pars b

...]hos [....................
... r]egina[ae ……...
...]e sceptra[.........
...]icit sor[.........
...]ego[........n]otae [….
...]qui r[.........per]enn[is ..
...]o ni quem cala[........
...P]haria[..............

corr. Scapp.
7 cala[mis *vel* cala[this *vel* Cala[bris *vel* cala[mistris *Blänsd.*
loquitur vir quidam de Cleopatra regina

46 i, 3*

6 (1629 O) Gar.

1P
p]roced[
]cordi[
]a qu[ae] compt]a[
]ari[. .][fu]lgentia ri[
]qua[. . . .]u . lcat . .[. . .] profuit
Ba]ctra [---] a[r]ma
ur]bem

2P
]et ign[e] 11
]vomere raptos
e] viscer[e t]raxit 13
]factis

s] Lau[ren]tibus arm[is]
sic] ille profatus
]bes quo h[

1 roced *Imm.*: oscena *Garuti* || **13** t]raxit *Imm.*: Araxis *Garuti* || **14** factis *Imm.*: actis *Garuti*

46 k

8 (1631α) (Gar.)

ut ra[pida] ....
quam z[ephyri]............
Indica q[uam tellus].....
parua cu[m] ....
flectitur..........................
sic imm[ota] ....
pondere.........................
solaqu[e] ....
quae su[per] ....
nec fa[cile] ....

9 (1631 β)

Nilus ....
atque alii ....
n[o]x int[er........
o[rt]a gra[vi ......
effudere ......
includun[.......
quorum au[....
litora pelli[t .....
pars insclus[a .....

46, l

10 (1632 α = 1) (Gar.)

.. il .. a.................na......
.. his etia[m] ... [n]unc .. e .. e .. secia ...
.. totu .. o .. o Sere[s] ....u ....
.. e totum veniens ......tus.....
.......ni......ro....mu...i...ea.........
.....[nou]o[s] adportat in u[s]us
..................ter[ra]sque remo[tas]
.....................]t Sere[s] et Indi
......................lu..................

8 t] Seres et *Imm.:* succurrere *Garuti*

46 m

11 (1632 β = 4) (Gar.)

col. a

]on[
]o t[
]ov[...] la[
]uba[...]a
]sic ṇọcte[

col. b

i]n meḍ[iis]
] veni[t] s[istr]um[
]manu [ut] [ag]mina] [cogat
s]ụperan[t
]ra[....]nas [
li]to[r]a volvi[t]
]que iụ[vantibus auris]

corr. et suppl. Imm. | **4**]uba[: t]uba[*in pugna ex magna copia verborum verisimillimum putat Blaensd.*

Cleopatra, cuius signum sistrum erat, se ad pugnam navalem accingit

46 n

12 (1633 β = 8) (Gar.)

....................].e ṇ[
....................]. . o[
..........]su . . ad[.....] o [........] ṇ[
..........]quẹịsqu[e] [...]a .ị[
sic i]ubet ira [de]um: vi[ct]is pa[tie]nda [f]eremus:
fertil]is e[cc]e patet tellu[s] [P]ẹḷụṣịạ late
pand]et i[t]er totoque tibi v[agus] a[e]quor[e] Nilus
....................]mat. h[ae]c̣ peragas vi[. .]en[
...]nae ḷenis [pr]ecor h[a]ec ul[
[adnixus]que manus genibu[s] mul[cebat amanti].
....................]vertit dictiṣ [. .]t. lin[

5 *post* deum *interp. Blänsd.*: *post* victis *Imm.*| pa[tie]nda *Imm.*: temptanda *Garuti* || **9** noctur]nae *e.g. Blänsd., sed et* aeter]nae, divi]nae, fortu]nae, regi]nae, terre]nae, [… pug]nae *concinnant*: cari]nae *Imm. praeter metrum* | lenis *Scapp.*: linis *Imm.*

M. Antonius Cleopatram alloquitur

46 o

14 (1634 β) (Gar.)

............lla.......
.......freta ponder[e et i]nde
.. [in bel]lum pellere, cu[rs]us
..... [c]arbasa nauta
.......uanor mare ge[n]tis
.......ni a[e]quore uincit
.......ista moueri
...........ta ... am .. em
.................nube
..................ferro

3 cursus *Garuti:* quaerens *Herrmann* || **4** nautae *Herrmann* || **5** uanor mare ge[n]tis *Garuti* : ua norma regentis *Herrmann*

de pugna navali narratur

46 p

16 (1637 = 7) (Gar.)

α) ....m.............
........um n ...-rum
........fiducia gentis
… spe[s i]nuersa ruina
....quo[n]dam .... [c]epit
.qu ... iu praecipe nobis
...... i pondera uertunt

47 (44 Mo., 45 Bue., 26 Co.)

SEN. contr. 6, 8 (264 M): virgo Vestalis scripsit hunc versum:

felices nuptae! moriar nisi nubere dulce est

48 (46 Mo., 47 Bue., 24 Co., 260 Ho.)

E. Norden, E., Die germanische Urgeschichte in Tacitus' Germania, Leipzig 1920, 115, 1

H. Dahlmann, Zum Fragment des Albinovanus Pedo (Mor. S. 115), in: Cornelius Severus, Ak. Wiss. u. Lit. Mainz 1975, 6, 128-137

SEN. de ira 2, 15: in frigora septentrionemque vergentibus immansueta ingenia sunt, ut ait poeta, suoque simillima caelo.

<ingenia immansueta suoque simillima caelo>

versum composuit Bentley, Albinovano Pedoni post alios dedit Norden

49 (42 Mo., 43 Bue., 23 Co.)

Dahlmann[3] 54 sq.
Duret, L., Lucilius Junior, poète scientifique?, in: Filologia e forme letterarie. Studi ... Della Corte III 373-385
Mazzoli, G., Seneca e la poesia, Milano 1970, 258-264
Traina, A., Ancora sui frammenti dei poeti latini, RFIC 116, 1988, 376

SEN. epist. 77, 2: cum intravere Capreas et promunturium, ex quo

alta procelloso speculatur vertice Pallas

Dahlmann auctori postovidiano, Mazzoli et Duret versum Lucilio Iuniori attribuerunt

50 (40 Mo., 41 Bue., 18 Co.)

QUINTIL. inst. 5, 13, 42: facimus autem, ut non sit ille inutilis versus:

non male respondit, male enim prior ille rogarat

51 (48 Mo, 49 Bue., 20 Co.)

QUINTIL. inst. 8, 3, 19: risimus ... nuper poetam qui dixerat:

praetextam in cista mures rosere camilli

'an legendum Camilli *nom. propr.?' ThLL III 205, 24*

52 (41 Mo., 42 Bue., 19 Co., 252 Ho.)

QUINTIL. inst. 9, 2, 26: (*de augendis adfectibus*) unde sunt illa ...:

magnae nunc hiscite terrae!

cf. Hom. Il. Δ 182 et al: τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθών.
cf. Verg. Aen. 4, 24; Ov. met. 1, 544 sq.

53

Norden, E., Ennius und Vergil, Leipzig – Berlin 1915, 54 A. 1
Traina, Suppl. Morel. 50

TAC. agr. 9, 5: (*Agricola*) ad spem consulatus revocatus est, comitante opinione Britanniam ei provinciam dari, nullis in hoc ipsius sermonibus, sed quia par videbatur.

haud semper errat fama, aliquando et eligit

eligit **E** *edd. plerique*: elegit **AB**
versus: senarius iambicus

54 (23 Mo., 25 Bue., 11 Co., 259 Ho.)

CHAR. 10 B (13 K) *de communibus syllabis ante mutam cum liquida:* brevis est in hoc:

tune Clytemestrae foedasti viscera ferro?

cf. DOSITH. GLK VII 387

55 (24 Mo., 26 Bue., 12 Co., 254 Ho.)

CHAR. 10 B (13 K): (*post. fr. 54*) longa autem in hoc:

Cyclops, Aetnaeus cultor, Neptunia proles

56 (25 Mo., 27 Bue.)

CHAR. 355 B (270 K) *de soloecismis:* ordo immutatur ... coniunctionibus <ut> (*add. Keil*):

horum quod mavis, stultusne malus<n>e videri?

quod] quid *Buechner dubitanter*

57 (26 Mo., 28 Bue., 255 Ho.)

CHAR. 357 B (271 K): ellipsis ... ut per 'est':

in medio victoria ponto

58 (27 Mo., 29 Bue., 258 Ho.)

Char. 357 B (271 K) *post fr. 57:* et:

iam Danai nec si referunt

pro ‘ne si quidem referunt’.

nec si *Baehrens:* nisi *codd.:* nisi se *Buechner*

59 (28 Mo., 30 Bue.)

Char. 364 B (276 K): aenigma ... ut:

mater me genuit, eadem mox gignitur ex me

cum significet ex aqua glaciem concrescere et glaciem in aquam resolvi.

idem habent Diom., Don., Sacerd., Pomp., Cod. Salm. Riese 246

60 (29 Mo., 31 Bue., 15 Co.)

Diom. GLK I 451: cacozelia ... nimio tumore:

Iuppiter omnipotens, caeli qui sidera torques,
ore tuo dicenda loquar.

1 Iuppiter omnipotens] iuppiter o praesens ς | torques] torquens **A**

61 (30 sq. Mo., 32 sq. Bue., 16 sq. Co.)

De Nonno, M., Per i fragmenta poetarum Latinorum, RFIC 113, 1985, 250 sqq.

Comment. in Don. GLK IV 423: sciendum autem x litteram duplicem etiam pro simplice posse poni, quando graeca sunt nomina, ut in hoc versu:

implevit litora Xanthus

Ter. Maur. GLK VI 360, v. 1161 *eodem conexu quo Comm. in Don.*

sanguine turbatus miscebat litora Xanthus

cf. V 119: (*littera*) x quotiens transit in nomina Graeca, etiam pro simplici habetur: instravit litora Xanthus ... constravit litora Xerxes

Iul. Tolet: 121, 174, 181 Maestre Yenes: ... prostravit ...

Ter. Maur. GLK VI 359, v. 1160:

pontibus instratis coniunxit litora Xerxes

GLK IV 479: pontibus instratis conduxit litora Xerxes

instratis] extructis *corr.* intratis **B**

62 (32 Mo., 34 Bue.)

Dahlmann, H., Zu Fragmenten römischer Dichter II, 31

Audax GLK VII 333 (*de caesura cata triton trochaeon*):

mors ecce <et> non tardat et omni adlabitur hora

ecce <et> *Baehrens*: ecce *codd.*: celerat *Buechner*

63 (33 Mo., 35 Bue., 4 Co., 243 Ho.)

Isid. orig. 1, 37, 3: metaphorae ... ab inanimali ad inanimale ut:

pontum pinus arat, sulcum premit alta carina

arat **C**: erat **A**^{1}**BT**

cf. Verg. Aen. 10, 296: sulcumque sibi premat ipsa carina, *ibid. 197:* longa sulcat maria alta carina.

in alta *nihil mutandum, cf. Lucan. 8, 564:* celsae ... carinae

64 (34 Mo., 36 Bue., 5 Co., 256 Ho.)

Isid. orig. 1, 37, 4 *de metaphoris:* ab animali ad inanimale ut:

tu, Neptune pater, cui tempora cana crepanti
cincta salo resonant, magnus cui perpete mento
profluit oceanus et flumina crinibus errant

mentum enim, tempora et crines non ad oceanum pertinent, sed ad homines.

Aug. doctr. Christ. 3, 7, 11 *de Neptuno:* sicut a quodam poeta illorum describitur, si bene recolo, ita dicente: 'tu – errant'.

2 perpete **C**: perpeti **ABTU** || **3** profluit oceanus] floruit oceanum **A** | crinibus] criminibus **TU**

cf. Anth. Lat. 720 R.^{2}

65 (35 Mo., 37 Bue., 261 Ho.)

Schol. Lucan. 4, 82 (*raptosque ad nubila fluctus pertulit et caelo defusum reddidit aequor):* † iam adducata sal seginonubibus aetere. †

iam <madet> adducta salsugine nubibus aether

restituere conati sunt Haupt (salsugine) *et Housman ut supra. sed cf. H. Usener, Kleine Schriften II 254*

66 (36 Mo., 38 Bue.)

MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 125, 11 cf. 13: item:

iam ferus Hesperia lavitur Capricornus in unda

lavitur *Baehrens, qui contulit Prop. 4, 1, 86*: dabitur **B** *(priore loco)*: labitur **A** *(pr. et post. loco)* **B** *(post. loco)*
cf. Hor. c. 2, 17, 19: tyrannus Hesperiae Capricornus undae
tempori Augusteo dubitanter assignavit Baehrens

67 (38 Mo., 39 Bue., 7 Co.)

ISID. orig. 9, 2, 40: Seres ... de quibus est illud:

ignoti facie, sed noti vellere Seres

68 (39 Mo., 40 Bue., 6 Co., 242 Ho.)

ISID. orig. 1, 37, 3: metaphorae ... ab animali ad animale:

aligeros conscendit equos

aligeros] aligos **T**

69 (43 Mo., 44 Bue.) *fragmentum suspectum*

GLK Suppl. 171: 'ei' ... dolentis est ut:

ei mihi, quam celeri rapiuntur grata volatu

cf. Ov. met. 4, 718: celeri ... volatu.
quam **B**: quod **A**

70 (45 Mo., 46 Bue., 248 Ho.)

COMMENT. in Don. GLK IV 424: cum diphthongum vocalis sequitur: est ... longa in hoc:

Musae Aonides

cf. GLK IV 479; V 118; VI 230 et 242; VII 232. fort. a gramm. fictus

71 (47 Mo., 48 Bue., 30 Co.)

C. Gl. L. V 175, 35 (Gloss. Lat. I 100): casses genus masculinum. Virgilius *(georg. 4, 247)* <laxos in foribus suspendit aranea cassis, et *nomen poetae*>

suspendit teneros male fortis aranea cassis

hoc nihil nisi versum Vergilianum neglegenter citatum esse aegre credas. itaque in glossa supplenda Thomsonium (AJPh 43, 1922, 352) secutus est Morel hactenus illo cautior quod nomen poetae, quem Aemilium Macrum fuisse coniecerat (cf. Aemili Macri fr. 11), in incerto reliquit

72 (49 Mo., 50 Bue., 29 Co.)

Fulg. mitol. 2, 13 (54 H): ex hoc ovo generantur tres, Castor, Pollux et Helena, nihilominus seminarium scandali et discordiae sicut ante diximus:

et geminum luctu concussit adultera mundum

geminum luctu *codd., Modius*: gemino luctu *unus Marcianus fortasse recte* (gem. mund. *sc. Asiam et Europam)* | concussit *Helm*: concuisset **R**: concubuisset **MD**: cubuisset **G**

de Porfyrio, cuius versus bis laudat Fulg., cogitavit Baehrens

72 a* (dubium)

Fulg. exp. serm. ant. 34: quid sint dividiae: dividias dixerunt tristitias, sicut Propertius (propercius **H** *in margine*; Petronius **D**) [ait]:

dividias mentis conficit omnis amor

Traina, Suppl. 20; Pasoli, E., Dividias mentis conficit omnis amor (Fulg. Exp. 34), GIF 24, 1972, 363-371

Porcio Licino tribuit Pasoli; Traina dubitat

72 b

VERSVS POPVLARES IN SARMENTVM

(*Maecenatis libertum*) (*p. 144 B.*)

Haffter, H., Interpretationen zur römischen Volkspoesie, Hermes 87, 1959, 91-102

Schol. Iuv. 5, 3: Sarmentus natione Tuscus ... incertum libertus an servus, plurimis forma et urbanitate promeritis eo fiduciae venit, ut equitem Roma-

num ageret, decuriam quoque quaestoriam compararet. quare per ludos, quibus primum in (*Pithoeus*: qui ibi primus *codd.*) XIIII ordinibus sedit, haec a populo in eum dicta sunt:

(a) aliud scriptum habet Sarmentus, aliud populus voluerat.
(b) digna dignis: sic Sarmentus habeat crassas compedes.
(c) rustici, ne nihil agatis: aliquis Sarmentum alliget.

(a) aliud scriptum] alium scriptum *Courtney p. 475* || (b) crassas *Pithoeus*: crassos *codd.* || (c) agatis *Pithoeus*: agitis **PS** || *singulos versus agnoscit Buechner*

versus: septenarius trochaicus

SERIORIS AETATIS VERSVS

IGNOTI AVCTORIS APVD IVVENALEM VERSVS

73 (p. 165 Bue.)

Iuv. 6, 601 cod. Laur. 34, 42 et Reg. 2029 et post 6, 614 Valla et cod. Urb. 661:

semper aquam portes rimosa ad dolia, semper
istud onus subeas ipsis manantibus urnis
quo rabidus nostro Phalarim de rege dedisti.

1 aquam] aquas *Brit. 12002* | rimosa] fimosa *Kr* || **3** quo] quod *Brit. 12002, Valla* | nostro Phalarim] phalerum nostro *Brit. 12002*

'sed hi tres versiculi in multis non sunt codicibus, quos in antiquissimo legimus codice et Probus etiam refert' Valla, Gr. 161 sq.; 304

74

Iuv. 14, 205 sqq.: illa tuo sententia semper in ore / versetur dis atque ipso Iove digna poeta:

'unde habeas quaerit nemo, sed oportet habere.'

cf. Seneca fr. 5; U. Knoche, Juvenal, Satiren übertr., München 1951, 139: 'Der Autor der Sentenz ist nicht sicher festgestellt. Man hat an Lucilius, Ennius und andre gedacht.'

75

MARTIALIS fragmentum (?)

SCHOL. Iuv. 4, 38 (56 W.): meminit hoc Valerius Martialis in epigrammate (*L. Friedlaender, Martialis, vol. II p. 217*) his versibus finit<o>:

Flavia gens, quantum tibi tertius abstulit heres.
  paene fuit tanti non habuisse duos.

76

IGNOTI AVCTORIS (C. IVLII SOLINI ?) PONTICA

(s. IV ?)

(Diehl, E., C. Iulius Solinus, RE X 1, 1917, 823-838 s.v. Iulius n. 492)

ANTH. LAT. ^{2}I 2 ed. Riese, Lipsiae 1906, n. 720, p. 203 sq.
PLM III p. 172 Baehrens
C. Iulii Solini Collectanea rerum memorabilium rec. Th. Mommsen, Berolini ^{2}1895.
Birt, Th., Kritik und Hermeneutik, München 1913, 155
Bonnet, M., Zur lateinischen Anthologie, NJPhP 115, 1877, 272
Bücheler, F., Zum Gedicht des Pseudosolinus, RhMus 51, 1896, 325 sq.
Garrod, H.W., Notes on the Poetae Latini Minores, JPh 32, 1913, 72-78
Harrison, S.J., rec. FPL ed. J. Blänsdorf, Gnomon 72, 2000, 552-555
Klein, J., Zu Solinus, RhMus 22, 1867, 627 sq.
Smolak, H., HLL V § 557, p. 327 sq.

Carmen extat post Solini opera in **A** (cod. Paris. 6831, s. X) *cum inscriptione:* versus peracti operis, *in* **B** (cod. Paris. 6810, s. X) *sine titulo, in* **C**$^{1.2.}$ (cod. Paris. 4873 et Paris. 8319 f. 39, s. XI–XII): item C. Iuli Solini poliistor ponticon; *in* cod. Autun. 39, s. XI; *in* **E** (cod. Casinati 391, s. XI), *in* cod. Vat. Regin. 1478, s. XV: item Cai Iulii Solini sive garamanti ponticon; *in* **M** (cod. Ambros. C 246 inf.). **AC^{2}E** *versus exhibent duobus columnis inter se confusis.*

Tethya marmoreo fecundam pandere ponto
et salis aequoreas spirantis molle catervas
quaeque sub aestifluis Thetis umida continet antris
coeptanti, Venus alma, fave. quae semine caeli

parturiente salo divini germinis aestu,
spumea purpureis dum sanguinat unda profundis,
nasceris e pelago placido dea prosata mundo.
nam cum prima foret rebus natura creandis
in foedus conexa suum, ne staret inerti
machina mole vacans, tibi primum candidus aether
astrigeram faciem nitido gemmavit Olympo.
te fecunda sinu Tellus amplexa resedit
ponderibus librata suis, elementaque iussa
aethereas servare vices. tu fetibus auges
cuncta suis: totus pariter tibi parturit orbis.
quare, diva, precor, quoniam tua munera parvo
ausus calle sequor, vitreo de gurgite vultus
dextera prome pios et numine laeta sereno
Pierias age pande vias. da Nerea molli
placatum gaudere freto votisque litata
fac saltem primas pelagi <vitemus> harenas.
vos quoque, qui resono colitis cava Tempea coetu

Harrison 554

1 fecundam **B**: fecit clam **A**: fecit dea **C**[1.2] | pandere] pondere **A** || **2** aequoreas *Mommsen*: equoreas *codd.*: equoreus **A**: aequorei *Pithoeus*: aequorea *Baehrens* | spirantis] spiratis **B** | molle *Salmasius*: mole *codd.* || **3** aestifluis] aestifluo *ante corr.* **C** | Thetis *om.* **C** || **4** coeptanti, Venus] coeptantem Venus **BD**: ceptante menus **A**: ceptante meniis **C**[1.2]**M**: coeptante mediis **E** | quae *om.* **AC**[1.2]**EM** | semine] somine **A**: femine **D** || **5** *post* salo *interp. Baehrens* || **6** purpureis … profundis] purpurei … profundi *Lindenbrog* || **8** creandis *Salmasius*: profundis *codd.*: ferundis *Baehrens* || **9** in foedus **BD**: insidiis **A**: in fidus **CEM** || **10** vacans] cavans **ACE**: danans **M** | candidus **B**: candidit **AC**: canduit **E** *Baehrens*: candit **M** || **11** astrigeram faciem] astrictam faciem **E**: astitam faciem **M**: astrigera et facies *Baehrens* || **13** librata **AC**, *cf. Ov. met. 1, 13*: fundata **BD** || **14** aethereas] aetherias **BCD**: aeternas *Barth* | auges *edd.*: augens *codd.* || **17** calle sequor vitreo de *edd.*: calles (cales **M**) equo ruit hinc de **AEM**: calles eoq ruit reo *Paris. 8319* || **18** dextera] dextra *Mommsen* || **19** Nerea] uerea **D**: aerea **E**: tarea **M** || **20** gaudere] candere *Baehrens* || **21** vitemus *Harrison, rez. FPL*[3] *554*: libemus *codd.* || **22** qui] quae *Buecheler* | Tempea] tempora **D** | coetu *Pithoeus*: cytu *codd.*

Nemesiani esse coniecit Baehrens, ignotum poetam non ante aetatem

Antoninorum agentem putavit Buecheler; poetam IV p. Chr. saeculi esse putat Smolak. de titulo carminis dubitans 'poeticon' coni. Buecheler; exordium 'Halieuticorum' *nescio cuius poetae putavit Mommsen; fr. inc. 64 huc pertinere putat Riese*

77 (p. 169 sq. Bue.)

IGNOTI AVCTORIS VERSVS DE VII SAPIENTIBVS

Hyg. fab. 221 (130 Schm.) *enumeratis VII sapientibus*: sententiae eorum sunt:

'optimus est' Cleobulus ait 'modus' incola Lindi;
ex Ephyra Periandre doces 'cuncta emeditanda';
'tempus nosce' inquit Mitylenis Pittacus ortus;
'plures esse malos' Bias autumat ille Prieneus;
Milesiusque Thales 'sponsori damna' minatur;
'nosce' inquit 'tete' Chilon Lacedaemone cretus;
Cecropiusque Solon 'nequid nimis' induperavit.

2 emeditanda *Buecheler*: et meditanda *codd.* || **7** induperavit *Scheffer*: induperabit *codd.*

exemplum Graecum, quocum accurate concinnent hi versus, non tenemus; Anth. Pal. 9, 366 et unum versum praemittit (ἑπτὰ σοφῶν ἐρέω κατ᾽ ἔπος πόλιν, οὔνομα, φωνήν) *et Periandro sententiam* χόλου κρατέειν (cuncta emeditanda *noster*), *Pittaco* οὐδὲν ἄγαν, *Soloni* τέρμα … ὁρᾶν βιότοιο *attribuit. contra epigrammatis Cougny 4, 48 sententiae congruunt, ordo et forma metrica diversi sunt. versuum apud Hyginum servatorum seram originem et prosodia arguit* (Biăs v. 4, Milĕsius *v. 5*) *et Ausonius in comparationem vocatus, qui saepius in hac materia versatur* (*cf. Schenkl ed. p. 283 s.v. sapientes septem*).

78

Tert. apol. 25, 8: misera illa coniunx Iovis et soror (*Verg. Aen. 1, 46*) adversus fata non valuit. plane

fato stat Iuppiter ipse

Tandoi, V., Intorno a una citazione poetica latente in Tertulliano, apol. 25, 8, in: DMP I 175-199; Traina, Suppl. Morel. 52

79 (34 Co.)

Hieron. comm. in Esaiam 8, 27, 1 p. 245 Adriaen: pulchre quidam poeta in Gigantomachia de Encelado lusit:

quo fugis, Encelade? quascumque accesseris oras,
sub deo semper eris

Hagendahl, H., Latin Fathers and the classics, Göteborg 1958, 230; Traina, A., Supplemento Moreliano addendum, RFIC 119, 1991, 198 sq.

2 deo] Iove *metri causa edd. Claudiani*

Claudiano dat Heinsius, probat Schenkl, refragatur Birt metri causa

80

Macrob. sat. 7, 12, 9: unde est et illud proverbium, quo utuntur gulones:

mulsum quod probe temperes,
miscendum est novo Hymettio
et vetulo Falerno

2 est *Fleckeisen*: esse *codd.*

versus: **1** *sq. glyconeus,* **3** *aristophaneus; versus prave restitutos putat Morel p. 188*

81 (p. 189 Bue.)

TARENTINVS SENARIVS

Arnob. 5, 21 (193 Reiff.): illum citabimus Tarentinum notumque senarium, quem antiquitas canit dicens:

taurus draconem genuit et taurum draco

Clem. Alex. Protr. 2, 16, 3 (13 St.): ἀμέλει, φησί τις ποιητὴς εἰδωλικός, ταῦρος δράκοντος καὶ πατὴρ ταύρου δράκων. *cf. Kaibel, CGF I 189 et W. Kroll, RhMus 72, 1917/18, 79 adn. 2*

versus: trimeter iambicus

82 (p. 190 Bue., 32 Co., 249 Ho.)

IGNOTI AVCTORIS DE TRIVMPHO CVPIDINIS

Lact. inst. 1, 11, 1: non insulse quidam poeta triumphum Cupidinis scripsit:

quo in libro non modo potentissimum deorum Cupidinem, sed etiam victorem facit. enumeratis enim amoribus singulorum, quibus in potestatem Cupidinis dicionemque venissent, instruit pompam, in qua Iuppiter cum ceteris diis ante currum triumphantis ducitur catenatus.

Courtney p. 467

82 a

HISTORIA APOLLONII REGIS TYRI (s. IV–VI)

(Schmid, W., RE II 1,1896, 144 sq., s.v. Apollonios n. 89)

Historia Apollonii regis Tyri, ed. A. Riese, Lipsiae 1871
Historia Apollonii regis Tyri, ed. M. Ring, Posonii et Lipsiae 1888
Klebs, E., Die Erzählung von Apollonius aus Tyrus ..., Berlin 1899
Hunt, J., rec. ed. Pavlovski, Kansas 1978, ClPh 76, 1981, 341 sqq.
Historia Apollonii regis Tyri, ed. D. Tsitsikli, Königstein/Ts. 1981
Historia Apollonii regis Tyri, ed. G. Schmeling, Lipsiae 1988

Braidotti, C., Il canto di Tarsia, Schol(i)a 7, 2005, 81-99
Harrison, S.J., rec. FPL. ed. J. Blänsdorf, Gnomon 72, 2000, 552-555

(1)

Redactio **A** c. 11 (p. 7 Schm.): qui (*sc.* Apollonius) dum navigaret, intra duas horas diei mutata est pelagi fides.

certa<que> non certis cecidere < ... >
concita tempestas rutilans illuminat orbem.
Aeolus imbrifero <flatu> turbata procellis
corripit arva. Notus picea caligine tectus
scindit<que> omne latus pelagi ...
... revolumine murmurat Auster.
volvitur hinc Boreas, nec iam mare sufficit Euro,
et freta disturbata sibi < ... > involvit harena.
... et cum revocato a cardine ponto
omnia miscentur. pulsat mare sidera caeli.
in sese glomeratur hiems; pariterque morantur
nubila, grando, nives, zephyri, freta, fulgura, nimbi.
flamma volat vento, mugit mare conturbatum.

ereptaque die remus non invenit undas.
hinc Notus, hinc Boreas, hinc Africus horridus instat.
ipse tridente suo Neptunus spargit harenas.
Triton terribili cornu cantabat in undis.
arbor fracta ruit, antemnam corripit unda

Harrison 554

1–17 red. **A**; **11–18** red. **B**

1 certa<que> *Tsitsikli*: certa **APVa**^{c} || **2** concita *Riese*: concitatur **APVa**^{c} | orbem **P**: urbem **AVa**^{c} || **3** Aeolus *Riese*: eulus **AP**: eurus **Va**^{c} | inbrifero **A**: imbris eoo **P**: imbris ero **VA**^{c} | <flatu> *Riese* || **4** arva **P**, *cf. Verg. Aen. 8, 695*: arma **AVa**^{c} | picea *Riese*: clīpeo **A**: clipeo **P**: clyppeo **Va**^{c} | tectus *Riese*: ratis **APVa**^{c} || **5** scindit<que> *Ring*: scindit **APVa**^{c} | omne **F**, *Riese*: omnes **APVa**^{c} || **5–6** pelagi revolumine murmurat **AVa**^{c} (*hic desinit* **A**): pelagi revolumine murmur erat **P**, *cf. Verg. Georg 4, 261*: pelagi<que> volumina versat *Riese, cf. Aen.5, 408* || **8** sibi **PVa**^{c}: Libys *Riese*: Libyssa *Tsitsikli* | < … > *lacunam unius syllabae indicavit Harrison* | involvit **PVa**^{c}: involvunt **F** | harena **P**: arena **Va**^{c}: harenas **F** || **9** cum **P**: dum **Va**^{c}: totum **F** | revocato *Ring*: revocata **PVa**^{c}: revocant **F** | ponto *Ring*: pontum **PVa**^{c} || **10** caeli] celi **SL** *cf. Hunt 342*: celum **P** *Riese* || **11** glomeratur **F**: glomerantur **P** | morantur **FG**: moratur **PVa**^{c}: movetur et movet *red.* **B**: moventur *Kortekaas* || **12** Zephyri *edd.*: zepheri **F**: papheri **P**: paferi **Va**^{c} | fulgura] fulgora **Va**^{c}: fulgida **P** | grando nubes zephyri fretum et immania (**βMπ**: humana **b**) nimbi *red.* **B** || **13** flamma volat **Va**^{c}: hinc borreas hinc affricus orridus flamma volat **P**: flamina; dant venti mugitum, mors sedula terret *red.* **B** (s. t./ m. *Tsitsikli*) | mare **P**: mareque **Va**^{c} | conturbatum *Ring*: conturbat **PVa**^{c} || **14** ereptaque … undas] (*hunc versum supplet* **Va**^{c}; *cf. Klebs 25*) | die **G**: diem **Va**^{c} | remus **FG**: remediis **Va**^{c} | undas **FG**: unda **Va**^{c} | ereptisque sibi remis nauta non invenit undas (non i. u./ n. *Tsitsikli*) *red.* **B** || **15** africus horridus] africos orridos **Va**^{c}: auster orridus **P** | instat] instat stat **Va**^{c}: instat star (*aut* stat) **P** || **16** tridente **F**: tridentes **PVa**^{c} || **17** triton **FG**: trinō **P**: trin **Va**^{c} | terribili *Riese, cf. Ovid. Met. 12, 103*: terribilis **Pva**^{c}**FG** | cantabat: consurgit *(?) Harrison*

(2)

ibid. c. 41: His carminibus (*sc.* Tarsia) coepit modulata voce canere:

"per sordes gradior, sed sordis conscia non sum,
sic rosa in spinis nescit compungi mucrone.
piratae rapuerunt † me gladio ferientis iniquo.
lenoni nunc vendita non violavi pudorem.

ni fletus luctus lacrimae † de amissis essent,
nobilior me nulla, pater si nosset ubi essem.
regali genere et stirpe propagata piorum,
sed † contemptam habeo et iubeor adeo laetari!
fige modum lacrimis curasque resolve dolorum,
redde oculos caelo atque animos ad sidera tolle!
mox aderit deus ille creator omnium et auctor,
non sinet hos fletus casso maerore relinqui."

v. **1–12** red. **A** et **B** et **C**

1 per **G** *Ring*: media per **PVa**ᶜ**F** || **2** sic *Schmeling*: sicut **P** | sed velud in spinis nescit rosa puneta mucronis **π** *Tsitsikli* | compungĭ *licentia metrica frequens serioris aetatis* || **3** *versus longior metro uno; cf.* **π**: me ferientĕs inique *Harrison, qui* gladio *del. ut interpretamentum vocis* mucrone *v. 3* | rapuerunt me *Ring*: me rapuētant **P** | ferientis **FG**: ferientes **P** | iniquo] iniqui *red.* **B** || **4** vendita non *Riese*: vendita sum sed *codd.* | non *Schmeling*: numquam **PF** | pudorem **FG**: pudore **P** | lenoni ... pudorem] lenoni numquam violavi vincta pudorem (*red.* **B**) || **5** ni *Ring*: nisi **PVa**ᶜ | fletus luctus lacrimae *Merkelbach, Schmeling*: fletus et lucti et lacrime **P** | ni fletus lacrimae aut (et *red.* **C**) luctus de amissis inessent *red.* **B** *et* **C** | amissis *Riese*: amissis parentibus *codd.* | essent *Schmeling*: inessent **PVa**ᶜ || **6** nobilior me nulla *Merkelbach, Schmeling*: nulla me melior **P** || **7** regali *Merkelbach, Schmeling*: regio sum **P** | genere *Riese*: genere orta *codd.* | propagata *red.* **A**: procreata *red.* **B** | piorum **PVa**ᶜ**F**: priorum *Riese* || **8** contemptam *Schmeling*: contemptum **PVa**ᶜ | habeo **P**: ab eo **Va**ᶜ | iubeor **βM** (*red.* **B**): iubebor **P** (*red.* **A**) | contemptu habeor, iubeor *Harrison* | adeo **Vac**: a deo quandoque **P**: adeoque *Riese* | sed ... laetari] atque iubente deo quandoque dolore levabor *red.* **B** *et* **C** || **9** curasque **M**: curas **P** | dolorum *Ring*: dolorem **P**: doloris *red.* **B** || **10** oculos caelo *red.* **A**, *Ring*: celo oculos **PVa**ᶜ: polo faciem **π** (*red.* **B** *et red.* **C**) | atque *Tsitsikli*: et **P** | animos **FG**: animum **P** || **11** mox **π** (*red.* **B**) | deus ille *Schmeling*: ille deus **P** | et **F**: *om.* **P** || **12** sinet *Riese*: sinit **PF** | maerore *edd.*: merore **π**: dolore **P**: labore **βM** (*red.* **B** *et red.* **C**) | relinqui *red.* **B**: reliqui *red.* **A**

83 (p. 190 Bue., 33 Co.))

IGNOTI AVCTORIS DE VENERE ET AMORIBVS

(Buecheler, RhMus 36, 1881, 329, cf. etiam Manitius, Gesch. der lat. Literatur des Mittelalters I, München 1911, 284; München 1923, 801)

ALTERCATIO HADRIANI ET EPICTETI p. 28 Lind.: Hadriano interroganti, quare Venus nuda pingatur, Epictetus respondet:

nuda Venus picta <est>, nudi pinguntur Amores,
<si> quibus nuda placet, nudos dimittat oportet.

1 nuda ... pinguntur] nuda Venus, nudi <pueri> pinguntur *Buecheler, La Penna* | <est> *Pithoeus* || 2 <si> quibus *Buechner*: quibus *cod.*: <quod> quis *Baehrens*: <nam> quis *Burman Anth. I p. 40* | <si> ... oportet] nuda quibus placet haec, nudos admittat et illos (et ipsos *Baehrens*) *Morel dubitanter*

83 a

MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 103: permixtiones colorum [id est membrorum] in metris ... ex imperfecto et perfecto, quod ἀσυνάρτητον appellavimus metron, quale est ex iambico dimetro acatalecto et ithyphallico compositum ita:

iubar superne fulgida lucet arce caeli

Cristante, Mus Pat. 5, 1987, 182 sq.
Eur. fr. 929 N²: ἑῷος ἡνίχ᾽ ἱππότης ἐξέλαμψεν ἀστήρ.
Citti 218 n. 19; Cristante

VERSVS METRI CAVSA LAVDATI

Inter exempla metrica ab Apthonio (Mario Victorino) GLK VI 1–173 aliisque auctoribus artis metricae laudata nonnulla poetarum incertorum esse veri dissimile non est, cf. Cristante, L., rec. Suppl. Morel. a A. Traina – M. Bini conf., Bologna 1986, in: Museum Patavinum 5, 1987, 182 sq.; id., Apthoniana, Padova 1990, 8 sqq.

84 (50 Mo., 51 Bue.)

MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 71: qui per singulos pedes verba terminarit, erit indecens sicut:

Pythie, Delie, te colo, prospice votaque firma

85 (51 Mo., 52 Bue.)

MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 107: optimus autem est (*sc. hexameter*) ... ut est ille:

Mars pater, haec pateris, quae nos quoque posse negamus?

86 (52 Mo., 53 Bue.)

Paretti, L., Un frammento dimenticato dagli „Hedyphagetica“ di Ennio? RFIC 134, 2006, 140-149

Marc. Victor. (Aphton.) GLK VI 72: incipit autem versus herous hexameter a duodecim syllabis, in quo omnes spondei sunt ut:

non phocae turpes, non marcentes ballenae

87 (55 Mo., 56 Bue.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 125: item (*anapaesti quattuor ultimo bacchio a brevi incipiente*):

ast ego iam Bromio thiasos celebrabo renato

renato ς: nato **AB**

88 (56 Mo., 57 Bue.)

Fortun. GLK VI 285: nunc exempla videamus a dimetro … tetrametrum acatalectum:

caelicolae Veneris sacra semina

versus: tetrameter dactylicus acatalectus

89 (57 Mo., 58 Bue.)

Fortun. GLK VI 285: pentametrum acatalectum:

haec mare canificat nec agit freta caerula

cf. Ov. her. 15, 65: peragit freta caerula
canificat ἅπ. εἰρ.: candificat *Baehrens*
versus: pentameter dactylicus acatalectus

90

Aug. de mus. 5, 27: ... in fine alterius choriambici bacchius, cuius exemplum est:

te domus Euandri, te sedes celsa Latini

Traina, Suppl. Morel. 63: 'Aug. uersum ita metiri uidetur ut choriambo incipiat, bacchio claudatur.'

Euandri] Euandrea *ed. Erasmi 1529*: Euandria *ed. Lovan. 1577*

91 (53 Mo., 54 Bue.)

GLK Suppl. p. CCXXXVII: schesis onomaton ... ut ...:

provida larga, < ... > sollers, facunda, decora

<manu> *susp. Buechner*: <alacris> *Traina rec. 119*
fragmentum suspectum ut omnia ex hoc volumine sumpta

92

Isid. etym. 1, 36, 13: schesis onomaton multitudo nominum coniunctorum quodam ambitu copulata, ut:

nubila, nix, grando, procellae, fulmina, venti.

cf. Exc. Iul. Toletan. GLK Suppl. p. CCXXXVII

cf. fr. 82a*, 3 et 12
prŏcellae *praeter metrum*

93 (58 Mo., 59 Bue.)

Schindel, U., Die lateinischen Figurenlehren des 5. bis 7. Jahrhunderts und Donats Vergilkommentar, Abh. Ak. Wiss. Göttingen, Phil.-hist. Kl., 3. Folge, 91, Göttingen 1975, 28 sq

Pomp. GLK V 309: fuit imperator quidam Eliogabalus: si sic poneret, non poterat stare versus, sed sectionem fecit et interposuit 'nam':

Elio nam gabalus

artificium Ausonio dignum esse sensit Morel, cf. ep. 5, 36; Schindel contulit Auson. Caes. 24 p. 193 Peip. 211 Prete

94 (59 Mo., 60 Bue.)

Mountford, Quotations from classical authors in medieval latin glossaries, New York 1925, 129

C.Gl.L. V 200, 28: fingit format, alias tergit. Cicero (*Sest. 77*) <e foro spongiis effingi sanguinem et ...>

pavimentum sfungia fingebat

et corpora fingere lingua (*Verg. Aen. 8, 634*), id est ursa natos

pavi corripitur mentum *codd., ubi verbum e margine illatum sententiam e poeta quodam sumptam esse arguit qui vocis* pavimentum *syllabam alteram corripuit* | fingebat *Mountford*: fingebant *codd.*

alicui poetae christiano assignat Mountford

versus incertus

95 (p. 191 Bue., p. 427 Co.)

GLK VI 636 (*de vitiis hexametri*): cui deest (*sc. caput*), tale invenitur, quale Horatius hoc ipsum vitium reprehendens posuit:

acephalus primus quorum hic quem dicimus ipse est,
nam prior est tribrachys

1 acephalus] accephalus **B**

'unde petitum sit exemplum versus acephali quod grammaticus Horatio tribuit, non constat' Keil

versus: hexameter dactylicus acephalus

96 (60 Mo., 62 Bue.)

Rufin. Rhet. Lat. min. 50: μετάθεσις est cum quod ante dictum est postponitur et quod post dictum est ante ponitur ut:

eripis ut perdas, perdis ut eripias

97 (61 Mo., 61 Bue.)

Aldhelm. de pedum regulis 178 Ehw. *vocem* posteritas *ut choriambi exemplum afferens*:

et sit priscorum nescia posteritas

98 (62 Mo., 63 Bue.)

Marc. Victor. GLK VI 105: fit elegium tale:

lactea sanguineis lilia mixta rosis

cf. Prop. 1, 20, 37: lilia ... candida purpureis mixta papaveribus

99 (63 Mo., 64 Bue.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 127: item:

nulla meo sedeat turba profana loco

e Ter. Maur. GLK VI 381, v. 1864, de choriambico metro e pentametro heroo mananti

100 (64 Mo., 65 Bue.)

Diom. GLK I 507: pentam. eleg. cuius exemplum est:

candida caeruleo nata Venus pelago

101 (65 Mo., 66 Bue.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 52: (exempla) trochaici tetrametri catalectici:

Roma, Roma cerne quanta sit deum benignitas

Aug. mus. 5, 7

versus: septenarius trochaicus

102 (66 Mo., 67 Bue.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 61: ut est hoc tetrametrum:

caeruli Neptune rector, Conse litorum potens

caeruli *Keil*: caerule **AB** | conselitorum **AB**
versus: septenarius trochaicus

103 (67 Mo., 68 Bue.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 85: tetrametrum ... catalecticum ... item:

Iuppiter tremenda sancte tela qui regis manu

tela qui regis manu *corr.* ς: qui regis manu tela **AB**
versus: septenarius trochaicus

104 (68 Mo., 69 B.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 85: *ante fr. 103*

tale quale vere primo sibilat teres donax

cf. Fortun. GLK VI 288, Frgm. Bob. GLK VI 622

primo] dulce *Mar. Victor.*
versus: septenarius trochaicus
Sereno tribuit Wernsdorf. Pervigilium Veneris? an Flori?

105 (p. 420 Co.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 75: exemplum erit tetrametri catalectici, quod est in anapaesticis nobilis ille versus:

alius cithara sonituque potens volucres pecudesque movere

de Orpheo narratur
versus: septenarius anapaesticus

106

Mart. Cap. 5, 514: labdacismus, ubi L plurimum dissonat, ut si dicas:

sol et luna luce lucent alba leni lactea

Traina, Supp. Morel. 66

107 (69 Mo., 70 Bue.)

Traina, A., RFIC 113, 1985, 119 et
Dahlmann, H., Zu den Fragmenten römischer Dichter III 63

Fragm. Bob. GLK VI 622: tetrametrum catalecticum ... post lacunam:

quae scabri latus † trage valicta † litoris vado

quae ... vado] quae rapit ligustra grata lecta litoris vado *Keil*: quae scabri latus radebat celeri litoris vado *tempt. Buechner*: quae scabri latus trahebat icta litoris vado *Traina, Dahlmann* | valicta] uncta *Cassata apud Tandoi PLF II p. XII*
versus: in omnibus coniecturis septenarius trochaicus

108 (70 Mo., 71 Bue.)

Mall. Theod. GLK VI 595: huius (*tetram. troch.*) exemplum:

pastor ille saepe mane dulce carmen insonat

versum haud dubie fictum putat Morel
versus: septenarius trochaicus

109 (71 Mo., 72 Bue.)

MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 144: trochaicus tetrameter catalecticus pluribus longis in breves solutis sic:

agite turba Phrygia nunc et quatite gravia tympana

et quatite ς: est quatita **AB**
versus: septenarius trochaicus

110 (72 Mo., 73 Bue.)

SERV. GLK IV 460: archilochium constat tetrametro catalectico ... ut est hoc:

tolle thyrsos, aera pulsa, iam Lyaeus advenit

aera] era **S**: sacra **P** | pulsa] pulsans ς *et Laurentianus*
'num fictus sit dubitari potest' Baehrens
versus: septenarius trochaicus

111 (73 Mo., 74 Bue.)

PS. BASS. GLK VI 263 *ut Sotadei exemplum*:

Galli timidi semianimes tergora versant

cf. MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 53; 91; 18
Traglia, Poetae novi, Roma 1962, 107 fr. 9
versant *Ps. Bass.*: vertunt *Mar. Victor.*
versus sotadeus cum anaclasi

112 (74 Mo., 75 Bue.)

MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 93: colon anaclomenon:

Cybele rotabo crines

cf. Apul. met. 8, 27 de gallis: crinesque pendulos in circulum rotantes
versus: initium galliambi

113 (75 Mo., 76 Bue.)

MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 79: (*de iambico metro*) pessimus ... qui singula verba in dipodiis habet, qualis est:

praesentium divinitas caelestium

versus: trimeter iambicus, fortasse a grammatico confictus

114 (76 Mo., 77 Bue.)

Diom. GLK I 507, 7 (cf. 26): iambicus, qui verus est, constat ex omnibus iambis ut:

anus virente secta pinus in Crago

cf. Hor. c. 1, 21, 8 viridis Cragi
pinus in Crago] pinsin grago **ABM**: pinus in agro *ed. princ.*
versus: trimeter iambicus

115 (77 Mo., 78 Bue.)

Rufin. GLK VI 562 (*e Iubae libro quarto*) *inter iamborum exempla* (*post fr. inc. 30*):

misera marino quae timid<ul>a in litore

tumidula <in> *Morel*: timida (timido **R**) in **ABR**: timidam *Ven.*: tumida in *Asc. Ald.*: tumida *Putsch*: tumidula *ten Brink*
Laevio dat Tandoi DMP I p. XI
versus: trimeter iambicus

116 (78 Mo., 79 Bue.)

Rufin. GLK VI 562 *post fr. 115*:

vallis per imas amne labens caerulo

primum hemist. etiam GLK IV 458; VI 281; 287 valles per imas
versus: trimeter iambicus

117 (79 Mo., 80 Bue.)

Rufin. GLK VI 562 *post fr. 116*:

armiger in Ida pede vago litora petens

cf. Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 49
versus: trimeter iambicus

118 (80 Mo., 81 Bue.)

Rufin. GLK VI 562 *post fr. 117*

caerula nec aliter liquida superans malaciae

nec … superans *Keil ad exemplum versus Graeci 562, 2 ut responsio metrica efficiatur*: non aliter superans liquida *codd.* | malaciae *Putsch*: malitiae **ABR**
versus: trimeter iambicus

119 (81 Mo., 82 Bue.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 133: quattuor breves primo pede … tamquam:

beneficia pro re colere sapientis viri est

pro re ς: proprie **AB**
cf. Liv. 7, 30, 3 beneficium … acceptum colamus
versus: trimeter iambicus

120 (82 Mo., 83 Bue.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 97: bacchiacis et creticis coniugationibus adaeque usi sunt, ut est hoc:

acuta falce si virentis aesculos

virentis **A**: virentes **B**
versus: senarius iambicus

121 (83 Mo., 84 Bue.)

Diom. GLK I 507: huius (*scazontis*) exemplum est:

ligare guttur pendulo cavum vinclo

pendulo] pendula **M**
versus: choliambus

122 (84 M., 85 B.)

Rufin. GLK VI 563 (*e Iuba*): choliambus … ut est …:

o quae tenerulae comparis tenes crinem,
sudes in ista Veia latent fossa

Traina, A., Ancora sui frammenti dei poeti latini, RFIC 116, 1988, 377

1 quae] qui *Heraeus, Kl. Schr. 224 a*[3] || **2** veia **R**: via *et in marg.* veia **A**: via **B**: pervia *Traina* | devia latens *Bergk*

versus: choliambus

duos versus coniunxit, coniunctos ad Matium rettulit L. Mueller, rursus separavit O. Crusius qui inter Matii frgm. dubia (Herondae mimiambi ed. min.[5] *97) recepit*

123 (85 Mo., 86 Bue., p. 419 Co.)

Wagner, Quaestiones neotericae, Diss. Leipzig 1907, 7

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 53, 78 et 99: (*exempla*) proceleum. tetram. catal. ut:

nemus ave reticuit, ager homine silet

homine ς : hominem **AB** | silet *53*: sonat *78, 99*

Sereno dederunt Wernsdorf et Wagner

versus: tetrameter proceleusmaticus catalecticus

124 (p. 420 Co.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 75: quod genus frequens est apud Aristophanem, unde et aristophanion vocatur, non quia conditor eius idem fuit ..., verum quia plurimus in hoc metro Aristophanes est, ut:

mare non amo, quod modo cum placido stetit aequore, litora caedit

versus: septenarius anapaesticus (octon. catal.)

125 (p. 420 Co.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 78: purum vero anapaesticum tale est:

nitet aurea purpureae Veneris coma roscida, lactea cervix.

versus: septenarius anapaesticus (octon. catal.)

126 (p. 419 Co.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 126: calabrius etiam versus, quia occasio admonuit, inter anapaesticos numerabitur, utpote qui ex anapaesto et spondeo constet, velut:

[h]abeatur ut est ventum; tibi comprecor errorem similem.

versus: septenarius anapaesticus

127 (p. 419 Co.)

ATIL. FORTUNAT. GLK VI 290: tetrameter (proceleumaticus) catalecticus:

maritima itinera peragere cupio

maritima itinera] maritima tenera **AB**: itinera maritima *L. Mueller* | peragere **B**: proagere **A**

versus: tetrameter proceleusmaticus

128 (87 Mo., 88 Bue., 28 Co.)

TER. MAUR. GLK VI 387, v. 2060 (*de metro 'apelassonos' agens*): in carmine sic est:

Diomedem modo magnum dea fecit, dea belli
dominatrix, Phrygas omnis ut in armis superaret.
patulis agmina campis iacuerunt data leto,
pavidi tergaque dantes petierunt trepidae moenia Troiae.

MAR. VICTOR. (APHTON.) GLK VI 64: **1** dea fecit – **2** Phrygas

Diomedem] Diomeden *Lachmann*

versus ionicos sic sep. Bentley: dea fecit ... Troiae *quinque trimetros Keil*: dea fecit ... dantes *tres tetrametros Courtney, qui tamen secundum Terentianum Maurum ionicos a minore non versibus distingui, sed continuo currere admonet p. 465*

Terentiani ipsius an Septimi Sereni esset dub. Bentley (*ad Hor. c. 3, 12, 1*)

cf. Hom. Il. Ε *1 sqq.*

128 a*

PRISC. GLK III 460 K: si semiquinariam habet, tertiam trochaicam habere raro potest, nisi quando monosyllaba intersit dictio, ut:

munera clara dedit, dat et idem debita patri

Traina suppl. 8 n. 6

128 b*

Traina, A., Diomede I 499, 14 Keil, RFIC 113, 1985, 303 sq.

DIOM. GLK I 499: partipedes sunt, qui in singulis pedibus singulas orationis partes adsignant, ut:

miscent foedant flumina candida sanguine sparso

foedant *Traina*: foede **m**: fida *codd.*: fido *Putsch*

129

IGNOTI CVIVSDAM ARTIFICIVM METRICVM

(p. 160 Bue.)

a

QUINTIL. inst. 9, 4, 90: memini quendam (non *add.* T[1]) ignobilem poetam talem (*sc. versum*) exarasse:

astra tenet caelum, mare classes, aera messem

hic retrorsum fit sotadeus (*messem area, classes mare, caelum tenet astra*).

Caesi Bassi hunc versum esse coni. F. Leo, Die beiden metrischen Systeme des Altertums, Hermes 24, 1889, 294 n. 2

b (21 sq. Co.)

QUINTIL. inst. 9, 4, 90: itemque e sotadeo evadit retro trimetros:

caput exseruit mobile pinus repetita

versus sotadeus cum prima longa soluta: ˘ ˘ –

VERSVS RECIPROCI

Polara, G., I palindromi, in: Studi di filologia classica in onore di G. Monaco, Palermo 1991, III 1335-1343
Steinmetz[1] 341-344

130 (88 Mo., 89 Bue.)

DIOM. GLK I 516: reciprocus versus apud neotericos talis est:

versu volo, Liber, tua praedicentur acta,
acta praedicentur tua, Liber, volo versu.

Sotadicus est ex utraque, sed durus, ut possit ad recursum convenire.

1 versu] versus **B** | **2** versu] versum **B**
versus: duo formae sotadei

131 (89 Mo., 90 Bue.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 113 (*de reciprocis versibus*): qui retrorsum dum leguntur, longe aliud metrum ex se procreant, ut est hic elegus (v. **1.2**). ex his superior herous in sotadium recurrit sic (**3**), alter, qui est petametrus, in iambicum trimetrum redit sic: (**4**).

esse bonus si vis, cole divos, optime Pansa,
  omine felici, Pansa, precare deos.
Pansa optime, divos cole, si vis bonus esse,
  deos precare, Pansa, felici omine.

Diom. GLK I 510 (3), 513 (3), 516 (1.3). cf. F. Leo, Hermes 24, 1889, 294, 2
versus: **3** *sotadeus,* **5** *trimeter iambicus*

132 (90 Mo., 91 Bue.)

Diom. GLK I 517: reciprocus item qui est talis:

pio precare ture caelestum omina;
omina caelestum ture precare pio.

hic (v. 1) decurrit iambicus, recurrit (v. 2) elegiacus.

1-2 omina *bis L. Mueller*: nomina *vel sim. codd.*
versus: **1** *trimeter iambicus,* **2** *pentameter dactylicus*

133 (91 Mo., 92 Bue.)

Mar. Victor. (Aphton.) GLK VI 113: item (**1**) sotadium dabit tale: (**2**).

ecce tumet vitis tua gemmis, optime Bacche.
Bacche optime, gemmis tua vitis tumet ecce.

1 vitis tua gemmis *Camerarius*: gemmis tua vitis **ABς**
versus: **2** *sotadeus*

134 (92 Mo., 93 Bue.)

SIDON. epist. 9, 14, 4: hi sunt recurrentes qui metro stante neque litteris loco motis ut ab exordio ad terminum, sic a fine releguntur ad summum. sic est illud antiquum:

Roma, tibi subito motibus ibit amor

in hoc pentametro dactylico non voces, sed litterae a fine lectae eundem atque ab exordio versum efficiunt.

versus Ostiae in domo, quae vocatur Casa degli Aurighi, inventus, cf. M. Guarducci, Il misterioso 'Quadrato magico', Arch. class. 17, 1965, 254 sq.

135

SIDON. epist. 9, 14, 4: *post* ibit amor *legitur in* **C**: et

si bene te tua laus taxat, sua laute tenebis

versus: hexameter dactylicus, laute *syllaba altera correpta*

136 (93 Mo., 94 Bue.)

SIDON. epist. 9, 14, 4: et illud:

sole medere pede<s>, ede perede melos

pedes **F**, *Loyen ed. Sidon., Polara 1341*: pede **MCP**
versus: tetrameter dactylicus cum longa

137

SIDON. 9, 14, 6: igitur istic (nam viator adveneram), dum magis ripam quam vadum quaero, tali iocatus epigrammate per turbulenti terga torrentis his saltem pedibus incessi:

praecipiti modo quod decurrit tramite flumen,
tempore consumptum iam cito deficiet.

Hoc si recurras, ita legitur:

deficiet cito iam consumptum tempore flumen,
tramite decurrit quod modo praecipiti.

En habes versus, quorum syllabatim mirere rationem.

Conspectus fragmentorum incertorum

Morel	Blänsd.	Morel	Blänsd.	Morel	Blänsd.
1	25	32	62	63	99
2	(Petron. fr. 26, 3)	33	63	64	100
3	26	34	64	65	101
4	27	35	65	66	102
5	28	36	66	67	103
6	29	-(37)	–	68	104
7	30	38	67	69	107
8	32	39	68	70	108
9	33	40	50	71	109
10	34	41	52	72	110
11	35	42	49	73	111
12	36	43	69	74	112
13	37	44	47	75	113
14	38	45	70	76	114
15	39	46	48	77	115
16	40	47	71	78	116
17	41	48	51	79	117
18	in Caes. 1	49	72	80	118
19	42	50	84	81	119
20	43	51	85	82	120
21	44	52	86	83	121
22	45	53	91	84	122
23	54	54	(dist. Cat.)	85	13
24	55	55	87	86	Tiberian. 8
25	56	56	88	87	128
26	57	57	89	88	130
27	58	58	93	89	131
28	59	59	94	90	132
29	60	60	96	91	133
30	61	61	97	92	134
31	61	62	98	93	136

INDICES

INDEX METRICVS

INITIA FRAGMENTORVM

INDEX POETARVM

INCERTORVM VERSVS